NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 B
38

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-23.d.29

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS DE SVBREPTIONE RESCRIPTORVM.

Authore

IOAN. BAPTISTA LEONELLIO BARTHOLINO. I. C. P.

In Paterno Peruſino Gymnaſio Iuris Canonici Profeſſore Ordinario.

Opus ſanè Iuris vtriuſq; profeſſoribus valdè vtile, & in vtroq; etiam foro verſantibus maximè neceſſarium.

Cum tribus Indicibus, Primo Quæſtionum, Secundo Articulorum, Tertio verò rerum notabilium.

Ad Illuſtriſs. ac Excellentiſs. D. ASCANIVM CORNEVM, Caſtilionis, & Cluſij Marchionem, atque Ciuitatis Acerni Dominum.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM LICENTIA.



VENETIIS, MDCI.

Apud Florauantem Pratum.

Digitized by Google

C O P I A.

Gli Eccellentiſs. Signori Capi dell'Illuſtriſs. Conſeglio di Dieci, infraſcritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relatione delli tre à ciò deputati, cioè, del Reuer. P. Inquiſitore, del Circ. Secretario del Senato Lorenzo Maſſa, & di D. Fabio Paolini, Dottore Lettor publico, che nel Trattato de Subreptione Reſcriptorum di D. Io. Bapt. Leonellio Bartholino Iureconſulto, non ui è coſa contra le leggi, & è degno di ſtampa, concedono licentia, che poſſi eſſer ſtampato in queſta Città.

Dat. die 4. Auguſti 1601.

D. Zorzi Foſcarini
D. Andrea Guſſoni
D. Andrea Minoto
} Capi dell'Illuſtriſs. Conſeglio di Dieci.

Illuſtriſs. Conſ. X. Secretarius
Leonardus Otthobonus.

1601. à 7. Agoſto, Regiſtrato in Libro.
Ant. Lauredanus Off. cont. Blaſph. Coad. & Sec.

ILLVSTRISSIMO,

Ac Excellentiſs. Domino

ASCANIO CORNEO,

CASTILIONIS,

Et Cluſij Marchioni, atq; Ciuitatis Acerni Domino, Domino meo obſeruandiſsimo.

Joan. Baptiſta Leonellius Bartholinus. I. C. P.

SOlent prudentes patresfamiliàs prouidere ſuis dilectis filijs aliquem beneuolum, ac potentem protectorē, cuius patrocinio non tantum defendi valeant à maleuolorum inſidijs; verùm etiam eorum ſtatus aliquo bono augeri poſſit: Quod intelligens ego, id ipſum faciendum mihi eſſe cogitabam quibuſdam meis liberis, quos tenuis mea doctrina, debileq; ingenium ſtudendo pepererūt. Cęterùm à prudenti inſtituto reuocabat animū illa multorum hominum peſſima, & (vt Vulp. ait) naturalis facilitas ad diſſentiendum, qua pleriq; po-

tius impugnant, quàm laudent aliena. Quod ſi litterarum, optimorumq; ſtudiorum lucubrationes à maleuolorum linguis nemo tueri poteſt, haud ſanè nimium apertè colligitur, cui vſui ſit futura defenſio, & dedicatio. Verùm quia inter libros, & liberos non modica reperitur differentia, hinc factum eſſe puto librorum viris Heroicis dedicationes, ad illum finem inſtitutas, ac ordinatas, vt per eas, aut promulgentur eorum virtutes, merita, ac excellentia; aut manifeſtetur erga eoſdem authoris obſeruantia. Mihi hęc omnia animo reuoluenti in eligendo aliquem Excellentem Heroem, cui pręſentem tractatum conſecrarem de recepto ſcribentium more, Tu vnus occurriſti Illuſtriſs. ac Excellentiſs. Princeps, quem eius fronti pręponerem. Nec alium conuenientiùs poteram, nec debebam eligere, non tamen eo conſilio, vt tuas heroicas virtutes vndique notas exaltare audeam; ſed vt meam erga te perpetuam obſeruantiam, aliquo ſigno ſignificare valeam. Contemplando enim merita, & virtutes, quas à tuis progenitoribus per quãdam propagationem inſpicio te eſſe conſequutum, adeò heroicas intueor, vt apud approbatos authores obſeruem nobiliſſimam familiam tuã originem traxiſſe à nobiliſſima ac antiquiſſima illa Romanorum familia de Cornelijs denominata. Vnde ſicut illam apud Hiſtoricos legimus fuiſſe ornatam omni virtutum genere; ita etiam tua eiſdem meritis à natiuitate eſt exaltata. Eò autem eſt maior excellentia tua Princeps Excellentiſſime, quò non tantum

tum

tum nobilitate agnationis, verumetiam prçheminētia cognationis apud omnes prçclariſſimã eſſe perſpicimus. Quippe qui à nobiliſsima de Columna familia deſcendiſti, quæ virtutum merita, licet in te ab origine ſint eximia, atq; imitatione, & admiratione digna, nihilominus an ſint maiora ijs, quç tibi proprio iure debentur, cum Caio Iureconſ. ſubſiſto id definire. Siquidem obſeruo non tantum tuorum maiorum te imitatorem, verumetiam ſummopere ſtudere diuerſis heroicis operationibus illos ſuperare. Ad quas non dico exaltandas, ſed recenſendas, nō cuiuslibet, ſed Ciceronis, aut Demoſthenis eloquentia eſſet neceſſaria. Vnde cum profitear me doctoré, & non oratorem, nec poſſum, nec debeo lumen Soli addere. Non omittam tamen, quòd dum componebam haſce meas de Subreptione Reſcriptorum lucubrationes, continuò mihi occurrebant tua prudentiſsima ac doctiſsima reſcripta ad diuerſas diuerſorum preces, in quibus obſeruabam maximum tui ingenij, ac iudicij acumen, maximam prudentiam, maximam ſapientiam. Vnde ex his nonnulli facilè conſequi poterunt, quod in hoc opuſculo deſiderari poſſet. Hçc autem materia ob continuum in reſcribendo vſum non tantum eſt vnicuiq; vtilis, verùm etiam neceſſaria; in qualibet enim curia, in quolibet tribunali, in omni denique regimine, ac principatu quotidie videmus ſubditos, ac etiam externos ſupplicantes, ſuperiores verò reſcribentes pro iuſtitia; ſçpius autem pro aliqua gratia conſequenda. Qua

de re

Digitized by Google

de re dubitari nequit, hunc librum, tuo fœlicisſimo nomine ornatum, ac illuſtratum, omnibus vtilem, beneuolis magis gratum, maleuolis deniq; minus odioſum fore. Multa poſſem hic addere, quędam tamen alibi conuenientius referam. Omnia autem, ſumma etiam modeſtia tuę Illuſtriſs. ac Excellentiſs. Dominationis admonet vt ſileam, quę ſicut tacita ſincerę virtutis meditatione gaudere ſolet; ita multò libentiùs in heroicis actionibus ſe exercet, quàm earum laudes audire velit. Reliquū eſt, humaniſſime Princeps, vt hoc opuſculum ea hilari fronte accipias, qua aliquando inter famulos tuos me recepiſti. Interim rogo, atque anxiè poſtulo, vt non ægrè feras, quòd me tibi addictiſſimum, ac deditisſimum hoc minimo, quo tamen poſſum, ſigno, atteſtor, & profiteor; atq; in tuorum famulorum albo deſcriptum iamdiu conſeruari velis. Hoc votum noſtri ſumma laboris habet. Atque pro certo ſcias, ob collata beneficia, ac maximas animi dotes, quibus in dies magis eluceſcis, me nunc eſſe, & facturum nominis tui, donec vixero, ſemper ſtudioſisſimum, &c. Vale.

Digitized by Google

INDEX QVAESTIONVM
PRAESENTIS OPERIS.

I. *QVæſtio eſt de præmiſsis ad intelligentiam propoſitæ materiæ, de vtilitate præmiſſorum. Menoch. lib. 6. de præſumpt. præſumpt. 2. Alberi. in ſuo diction. in verb. præſationes. Bart. & Sali. in l. 1. C. de nou. Codi. facien.*

II. *Quæſt. de intelligentia cap. ſuper litteris, de reſcript. Hæc Decretalis eſt clauis materiæ ſubreptionum, ideò inſuper præcipuè Feli. & Bero. ſunt videndi.*

III. *Quæſt. de qualitate reſcriptorum, Not. Alber. in d. ſuo dictionar. in verb. reſcriptum, & Luc. de Penna ad l. 1. C. de Piſtor. lib. 11.*

IIII. *Quæſt. de precibus, & ſupplicationibus reſcriptorum. Not. Doct. ſuper tit. C. de preci. imp. Specul. in 2. par. ſui ſpecul. tit. de ſupplica.*

V. *Quæſt. de ſubreptione reſcriptorum in communi, Not. decem regulas diſtinctè declaratas à Felin. in d. c. ſuper litteris. num. 17. vſque ad num. 41.*

VI. *Quæſt. de ſubreptione reſcriptorum ad lites, Henric. Boic. in d. c. ſuper litteris, num. 7. & ſequen. Calderi. conſ. 5. ſi. eod. Felin. in c. cæterùm. nu. 1. cum pluri. ſeq. eod.*

VII. *Quæſt. de ſubreptione reſcriptorum ad gratias, Feli. in c. ad aures, nu. 5. per tot. & in c. in noſtra, num. 24. eod. vbi infert diuerſa.*

VIII. *Quæſt. de latitudine falſitatis, Henric. Boic, ſuper c. cum quidam. de iure iur. & ibi alij. Clar. in ſua pract. §. 1. verſ. ſunt etiam. Hoſtien. in ſua ſumma, tit. de falſo. §. qualiter committatur, verſ. porro circa reſcripta.*

IX. *Quæſt. de dolo, quo committitur ſubreptio, Feli. in c. ſi autem, per tot. eod. de reſcript. ibid. Dec. & alij. Hoſtien. in ſua ſum. de dol. per tot.*

X. *Quæſt. de ignorantia, qua committitur ſubreptio. Dec. in 1. & 2. lect. ad c. cognoſcentes, de conſtitu. Feli. in c. quoniam, num. 5. de Simonia. Henric. Boic in c. is, qui, de ſolutio.*

XI. *Quæſt. de reſcripto continente vnum, vel plura capita, Feli. in c. ſedes, per tot. eod. de reſcript. & in c. Fraternitatis, nu. 9. vſque ad finem. de Haeret. & ibi etiam alij.*

XII. *Quæſt. de except. aduerſus reſcriptum ſubreptitium. Doct. & præcipuè Bald. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius.*

XIII. *Quæſt. de probat. prædictarum exceptionum, doct. ſuper d. l. præſcriptione, quæ ſimiliter eſt famoſa ſuper propoſita materia, ideò ſolemniter repetita.*

XIIII. *Quæſt. de pœna ſubreptionis. Iaſ. in l. & ſi legibus. C. eod. ſi contra ius.*

Digitized by Google

ius.Felin.in c.ex tenorè, nu.5. cum plur.ſequen.& in c.inter cæteras.nu. 7.ferè in fi.cum plur.ſequen.eod.de reſcript.

XV. Quæſt.de diuerſitate opinionum circa propoſitam materiam, Doct.in d.l.præſcriptione,& in d.c.ſuper litteris.

XVI. Quæſt. de imit. Principis, Alber. in d. ſuo dictionario in verb.imitatio.

XVII. Quæſt.de iuriſdictione Iudicis delegati vigore reſcripti ſubreptitij. Feli.in d.c.ſuper litteris.num. 41.& ſequen. ibid. Dec.nu.16.& ſequen. & Marant. in ſuo Specul. part.4.diſtinct.8.

XVIII. Quæſt.de exequut.reſcript.Feli.& Dec.in c.ſanè, il primo, de officio iudicis delegati. Henric. Boic in c. de cætero, de ſenten.& re iudi. & ibid. Feli. c. quærenti, & ibi Doct. eod.de offi.iud.deleg.

FINIS.

INDEX QVAESTIONVM, ET ARTICVLORVM.

QVÆSTIO PRIMA.

De præmiſſis ad intelligentiam propoſitæ materiæ. Art. 14.

1 QVid ſit reſcriptum. c.dicēti. §.Vniuerſa,25.q.2.
2 Quid ſit reſcriptū obreptitiū, & ſubreptitiū. Bero.in d.c. ſup.litteris.
3 An,& quomodo reſcriptum ſubreptitium differat ab obreptitio, Bero. ibid.
4 Quid ſit veritas.c.cum humilitatis. 22. q. 2.
5 Quid ſit falſitas.c.hoīes.22.q.2.
6 Quid ſit mendacium. ca.Beatus, ead.q.2.
7 Quomodo falſitas, & mendaciū inter ſe differant,ex dictis locis.
8 Quid ſit ſimulatio, & fictio.ca.ſi quælibet.cum ſequen.ead.q.
9 Quomodo fictio,& ſimulatio differant à falſo, & mendacio, ex eiſdem locis.
10 Quid ſit fraus,dolus,culpa,& malitia. l.in fraudem creditorum, ff.qui, & à quibus.
11 Quid ſit ignorantia.c.ſi. diſt.37.
12 Quid ſit ſimplicitas.
13 Quō termini iſti cognoſcantur.
14 An ex cognitione iſtorum terminorum cognoſcatur ſubreptio, & obreptio.ex eiſdem.&c.

QVÆSTIO SECVNDA.

De intelligentia.c.ſuper litteris,eod. de reſcript. Art. 3.

1 QVæ, & qualis ſit intentio canonis latoris,& quid inde inferatur.
2 An deciſio,quæ in d.c.legitur, ſit prudenter, & rationabiliter facta.
3 Quæ,& quanta ſit vtilitas eiuſdē capituli.

QVÆSTIO TERTIA.

De qualitate reſcriptorum. Artic. 15.

1 AN & quomodo reſcripta diuidantur.d.c.dicenti,per tot. 25.quæſt.2.
2 An omnia reſcripta differāt inter ſe vna differentia, ibid.
3 An reſcripta ad lites,& ad gratias differant inter ſe, & quomodo. c. nonnulli. §. ſi. & ibi glo. eod. de reſcript.
4 An, & quomodo primum & ſecundum reſcriptum inter ſe differant. c.cæterùm, & c.plerumque,eod.
5 An per reſcriptum acquiratur aliquod ius. c. penult. & antepen. de præben. in 6.
6 An oīa reſcripta ſint eiuſdem formæ.ca.cum dilecta,de reſcript.
7 An omnia reſcripta ſint eiuſdem intelligentiæ. Not. cap. ideo, §. quanquam, vſq; ad ſi.25. q.1.& c.cauſam quę, eod.de reſcript.
8 An omnia reſcripta ſint eiuſdem virtutis, & executionis. Not.ca. in memoriam, cum ſeq.d.29.
9 An reſcripta ſint perſonalia, vel realia.ca. dicenti. §. ſi qua.25. q. 2.cum can.ſeq.
10 An, & quomodo reſcripta impetrari valeant ſine mandato.cap.

Digitized by Google

nonnulli. §. fin. & ibi gloſ. de reſcript.
11 An ius per reſcriptum acquiſitum ſit ſeruandum in vtroque foro. cap. omnes. 28. q. 1.
12 An reſcripto poſſit derogari, vel reſpectiuè abrogari, ſicut legi. ca. 4. §. fin. & ibi glo. in verb. abrogatæ, diſt. 4. & ca. fin. §. hoſtilitatis. 25. q. 2.
13 An validitas reſcripti dependeat ab expeditione litterarum. Maximianus, vna cum glo. d. 81.
14 An reſcripta ſint communia vtrique parti. Not. ca. edoceri. eod. de reſcript.
15 An reſcripta ſint perpetua. ca. priuilegia, cum can. ſeque. 25. q. 2.

QVÆSTIO QVARTA.

De precibus, & ſupplicationibus reſcriptorum. *Art.* 23.

1 Quid ſint preces, & ſupplicatio.
2 An, & quomodo ſupplicatio ſit facienda, & admittenda.
3 Quis ſupplicationem porrigere, ac impetrare valeat.
4 Quis ſupplicationem admittere poſſit, §. poſſunt autem, inſti. cano. de iudic.
5 Super qua materia ſupplicare liceat.
6 An ſupplicari valeat cõtra ius cõſtitutionis. can. imperiali. 25. q. 2.
7 An ſupplicari ſit permiſſum contra ius perſonarum. can. reſcripta. 25. q. 2.
8 An ſupplicare liceat contra ius rerum. c. 1. de reb. Eccleſ. nõ alien. in extrauag. communib.
9 An ſupplicare liceat cõtra iura iudicij, facit c. in cauſis, de re iudi.
10 An liceat ſupplicare contra fiſcũ, can. nec damnoſa, 25. q. 2.
11 An ſupplicare liceat contra ius alicuius vniuerſitatis. cap. 1. & 2. d. 25. q. 2.
12 An pmittatur ſupplicare cõtra ius publicum, ca. bonę memoriæ, & ibi glo. de poſtul. prælat. l. 3. C. de primipil. lib. 12.
13 An ſupplicari valeat contra ius priuatum.
14 An in precibus, & ſupplicationibus ſubintelligatur clauſula, ſi preces veritate nitantur, can. dicenti. §. reſcripta, 25. q. 2.
15 An mendax precator carere debeat impetratis. d. can. dicenti. §. & ſi legibus.
16 An quod nemini nocet, ſemper ſit concedendum. d. can. reſcripta, 25. quæſt 2.
17 Ad quid preces ſint admittendæ. ca. ſex differentiæ, in fi. 25. q. 3.
18 Quando preces ſint admittendæ. facit tit. de plus petit.
19 Vbi reſcripta impetrari valeant. ibid.
20 Quibus medijs reſcripta impetrari valeant. authen. de re feudor. per tot.
21 An precum admiſſio ſit ſemel cõcedenda. l. ſi quis. C. de precib. l. bos. §. hoc ſermone. ff. de uer. ſig.
22 Quid iuris ſi de propoſitis articulis dubitetur.
23 Ad quem ſpectat huiuſmodi dubitationes declarare. ca. inter alia, de ſenten. excom. §. ex his... q. 1.

QVÆSTIO QVINTA.

De ſubreptione reſcriptorum in communi. *Artic.* 10.

1 An ſubreptio committatur in quolibet reſcripto.
2 An ſubreptio committatur in narratione iuris, & facti. d. c. dicenti. §. præſcriptione, 25. q. 2.
3 An ſubreptio committatur in reſcripto tam in concedendo aliquid, quam in excitando poteſtatem. c. licèt, de offic. ordina.
4 Qualiter ſubreptio committatur ex parte impetrãtis. d. cap. ſuper litteris.
5 Qualiter

Digitized by Google

5 Qualiter ſubreptio committatur ex parte negotij, ibidem, & c. ſuper eo, de cohabi. cleric.

6 Qualiter ſubreptio committatur ex parte circunſtantiarum, & accidentium, can. occidit. 23. q. 8.

7 Qualiter ſubreptio committatur ĩ vno reſcripto, reſpectu alterius. c. cæterũ, & c. ex parte, il 2. eod. de reſcript.

8 An quælibet omiſſio, vel commiſſio ſubreptitia vitiet reſcriptum, c. ſi. 14. q. 6. c. & ſi quæſtiones, de ſimon. c. 3. de fide inſtrum.

9 Quid commune habeant ſubreptiones cuiuſlibet reſcripti.

10 An, & quomodo ſubreptio euitari valeat p oppoſita, vel alia via.

QVÆSTIO SEXTA.

De Subreptione Reſcriptorum ad lites. Artic. 10.

1 AN ſubreptio reſcripti ad lites committatur ex parte citationis, facit §. finalis, inſtitut. de pœn. temer. litig.

2 An reſcriptum ſubreptitium, vel eius ſupplicatio perpetuet actionẽ. l. 2. C. q̃n libellus Princ. &c.

3 An in præcibus ſit facienda mentio de litis pendentia, & eius inſtãtia. c. cum dilecta, c. ex parte, il 3. eod. de reſcript.

4 An in medio litis liceat ſupplicare ſine periculo ſubreptionis, authen. in medio litis &c.

5 An tacere aliquã partem proceſſus inducat ſubreptionem. idem quod in 3. articulo.

6 An committatur ſubreptio, ſi reſcriptum impetretur à diuerſis, vel ad diuerſos ſuperiores. ca. ex tenore. eod.

7 An liceat ſupplicare ad lites incertas, & quomodo in tali ſupplicatione committatur ſubreptio. c. ſi. & ibi glo. eod.

8 An in ſupplicatione ad obtinendã dilationem inſtantiæ, vel alterius rei cõmittatur ſubreptio, faciunt etiam notata in l. properandum. C. de iudic.

9 An in ſupplicatione ſit facienda mentio non ſolùm de pendentia litis, ſed etiã de qualitate, & circunſtantijs illius. Not. quòd in 3. articulo.

10 An ſupplicatio ad reſcriptum differat à libello C. quando libell. Princ. dat.

QVÆSTIO SEPTIMA.

De Subreptione Reſcriptorum ad gratias. Artic. 10.

1 AN reſcripta ad gratiam ſint etiam ad iuſtitiam. c. poſtulaſti, eod. de reſcript.

2 An, & quomodo euitetur ſubreptio in impetratione beneficij Eccleſiaſtici c. nõ poteſt. c. ſi pro Clericis, de præben. in 6. c. ad aures, eod. de reſcript.

3 An in impetratione alicuius beneficij eccleſiaſtici ſit facienda mẽtio de patrimonio ſupplicantis. c. ſi pauper. de pręben. in 6. cap. tuis, eod.

4 Quid narrari debeat ad obtinendam gratiam in cauſa criminali, ne ſit ſubreptitia. d. can. nec dam noſa. 25. q. 2.

5 Quid narrari debeat ad obtinendam gratiam in cauſa ciuili, vt inde euitetur ſubreptio. ca. cum olim. de re iudi. l. cauſas, vel lites. C. de tranſact.

6 Quid narrari debeat ad obtinendam refirmam, in cauſa feudi, vel emphitheuſis. l. 3. C. de fund. patrimo. lib. 11.

7 An quæ dicta ſunt ad euitandam ſubreptionem, ſint ſeruanda, ſiue reſcriptum lædat, ſiue non.

8 Quid obſeruari debeat ad euitandam ſubreptionem pro impetratione cuiuſcunque alterius gratiæ. c.

tiæ.c. & ſi quæſtiones. §. cum in accipientis, de ſimon.
9 An, & quando quis habeat ius in re, vel ad rem. c. ex parte, & c.in his, & ibi glo.de priuil.c.4.de cõ firma.
10 An idem ſit ſeruandum in impetratione reſcripti ad gratiam, tã in faciendo, quàm in omittendo, facit c.quod ſuper, de fid.inſtru.

QVÆSTIO OCTAVA.

De latitudine falſitatis. Artic. 8.

1 AN delicta habeant latitudinem, & gradus.c. vnum hora riũ, diſt.25.can.1.de pœnit.d.5.
2 Vnde latitudo delictorũ oriatur. ca.licèt, & ibi glo.de crimi.falſi. & d. ca.1.
3 Qualis ſit delictorum, & falſitatis latitudo, & quõ cognoſcatur.
4 An detur falſitas ex parte rei. §.in fraudem, inſtitut.quibus ex cau. manumitt. &c.
5 An falſitas ex parte rei ſit eiuſdẽ qualitatis cum falſitate ex parte perſonæ illam committentis. d. ca.ſuper litteris. & l.2. C. de reſcind. vendi.
6 An, & quomodo reſcripta dicantur ſubreptitia aliquando in totum, aliquando pro parte.idem. c. ſuper litteris.
7 An, & quãdo falſitas ex parte rei remoueat reſcribentem ad ita reſcribendum, ibid.
8 An ſit idem vti reſcripto ſubreptitio, & ſubreptionem committere, c.penul.de crimi.falſ.

QVÆSTIO NONA.

De dolo, quo committitur ſubreptio. Artic. 6.

1 QVotuplex ſit dolus, l.1.ff. de dol.
2 Quando dolus com mittatur, glo. ad c.pleriq́ue.14.q.3.
3 Quomodo dolus diſtinguatur à culpa, l.magna.ff.de verb.ſignif. l.culpa, ff. de reg.iu.
4 Qualis ſit effectus ipſius doli.c.2. in ſi. de his quæ ſiunt à maiori parte capituli.
5 An dolus ſemper accuſet, idem quod ſupra in 3. art.
6 Quomodo dolus probetur. l. dolum. C. de dolo.

QVÆSTIO DECIMA.

De ignorantia, qua committitur ſubreptio. Artic. 11.

1 QVotuplex ſit ignorantia. ca. quamuis, diſt.38.c.pen.§.ſi. & ibi glo. 1.q.4. glo.ſummę eiuſdem diſtinct.
2 Ignorantia an ſit bona, vel mala. ca.1. d.diſt.38.l.nec ſupina, ff.de iur. & fact.ignor.
3 An ignorantia ſit naturalis, Philoſophus 1.diuino.in princ.
4 An ignorans dicatur contradicere. l.in eo iure, ferè in ſi.ff.de rit. nupt.
5 Qualis ſit effectus ignorantiæ.l.regula.ff.de iur.& fact.ignor.
6 An ignorantia excuſet.D.Tho.1. 2.q.76.art.3.
7 Qualis ſit excuſatio ignorantiæ. D.Tho. ibid. art.4.
8 Circa q̃ materiã ignorantia excuſet.c.ignorãtia, de regul.iur.in 6.
9 An, & quomodo ignorantia excuſet in materia reſcriptorum, ead. regul.
10 An, & qnomodo ignorantia, & ſimplicitas ſint eadem.cap.excellentiſſimus.11.q.3.
11 Quomodo ignorantia probetur. c.nulli, de elect.in 6.

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

De reſcripto continente vnum, vel plura capita. Art. 7.

1 AN ſit eadem ratio, ſi reſcriptũ cõtineat unum, vel plura capita. c. contingit, de fid. inſtrum.
2 An reſcriptum continẽs plura capita, ſi in vno teneat, vel non eiuſdem iuris, ſit cenſendum in altero. l. tabernam. l. pictoris, & l. feriæ, ff. de fund. inſtruct.
3 An ſeries cuiuslibet capitis prædicti reſcripti realiter non narrata, vel aliter, quàm oportebat, uitiet illud in totũ, vel pro parte. ibid.
4 An circumſtantiæ cuiuslibet facti ſint narrandæ. l. quintus Mutius, ff. de aur. & arg. cap. 1. de pœnit. diſt. 5.
5 An ſicut ſunt plura capita in præcibus narrãda; ita etiam ſint plures ſeries facti.
6 An ſit eadem ratio de ſerie facti quoad lites, & de ſerie facti quoad gratiam.
7 An ſubreptio euitari valeat per aliquam clauſulam, ita quod reſcriptum teneat, & valeat.

QVÆSTIO XII.

De exceptionibus aduerſus reſcriptum ſubreptitium. Art. 5.

1 AN, & quomodo exceptio ſubreptionis opponi valeat. c. 2. de ordi. cognit.
2 Quando exceptio ſubreptionis opponi valeat, cap. paſtoralis. de exceptio.
3 An exceptio ſubreptionis ſuſpendat iudicis iuriſdictionem. l. 2. C. ſi con. ius.
4 An contra iudicem iſtum poſſint opponi aliæ exceptiones vltra prædictam, & quænam illæ ſint. c. olim, de except.
5 Qualis ſit effectus exceptionum, de quibus diximus ſupra l. 2. ff. de except.

QVÆSTIO XIII.

De probationibus exceptionum. Artic. 5.

1 AN exceptiones, de quibus ſupra, probari debeant. l. 1. ff. de exceptionibus, iuncta l. qui accuſare, C. de eden.
2 A quo ſint probandæ prædictæ exceptiones. l. in exceptionibus, ff. de probatio.
3 Quomodo ſit probanda exceptio ſubreptionis. c. cum Iohannes, de fid. inſtrum.
4 Qualis debeat eſſe probatio prædictarum exceptionum. facit l. 1. C. de probatio.
5 Quando circa huiuſmodi exceptiones, & earum probationes ſit pronunciandum.

QVÆSTIO XIIII.

De pœna ſubreptionis, & eam committentis. Art. 10.

1 AN reſcripta ſubreptitia ſint nulla. l. non dubium, C. de legibus.
2 An reſcripta ſubreptitia ſint nulla ipſo iure. Doct. in d. l.
3 An nullitas reſcriptorum, de qua ſupra, ſit pęna, Doct. in ead. lege.
4 An impetrans reſcripta ſubreptitia modis prædictis, poſſit puniri alia pœna vltra pœnam nullitatis. l. reſpiciendũ. §. fi. ff. de pęn.
5 Qualis ſit iſta alia pœna. l. vt facta, ff. eod. de poen.
6 An ad pœnas prædictas imponendas ſemper requiratur dolus. d. l. vt facta, poſt prin.
7 An reſcripta reperiãtur nulla alia via, quàm via ſubreptionis. c. licèt ad regimen, de crimi. falſ.
8 An eadem pœna imponi valeat ob di-

ob diuerſa reſcripta ſubreptitia.
9 Quomodo cognoſcatur, quando pœna, præſertim nullitatis, dicatur impoſita ipſo iure, glo. ad c. ſi diligenti, in verb. cauſam perdant, de foro compet.
10 Quæ ſit vtilitas, ſi pœna ſit impoſita ipſo iure, vel per iudicem veniret imponenda iuxta ea, quę ſupra diximus.

QVÆSTIO XV.

De diuerſitate opinionum circa materiam propoſitam. Art. 7.

1 Vnde oriatur opinionũ diuerſitas. gl. 1. ad d. c. ſup litteris.
2 An, & quomodo vna opinio cognoſcatur melior altera.
3 An aliqua opinio habeat aliquando viam iuris.
4 An, & quales ſint opiniones circa ſubreptionem reſcriptorum.
5 An, & quomodo opiniones inter ſe contrariæ, ſint ad inuicem conciliandæ. d. c. ſuper litteris.
6 Quæ opinio in decidendo ſit ſequenda, Doct. in c. 1. de conſti.
7 Quomodo iura in hac materia ſubreptionis inter ſe contraria, conciliari valeant.

QVÆSTIO XVI.

De imitatione ſuperioris reſcribentis. Artic. 6.

1 AN Princeps debeat viuere iure, & ratione. l. digna vox. C. de legib.
2 An princeps poſſit concedere reſcripta ſine cauſa vera, vel præſumpta. facit c. ſiit quidã, 25. q. 1.
3 An princeps ſit imitandus. c. domi nus. diſt. 56. ca. de conſtantinopolitana, diſt. 22.
4 An eadem ratio debeat mouere executoré reſcripti ad illud exequẽdum, quæ mouet Principem ad illud idẽ concedendum. ibid.
5 An ob identitatem rationis ſit facienda extenſio ad non contenta in reſcripto glo. fi. in c. tranſlato, de conſtit.
6 An ceſſante cauſa reſcripti, debeat etiam illud ceſſare, & quomodo c. ſi cautio. de fid. inſtrum.

QVÆSTIO XVII.

De iuriſdictione Iudicis dati per reſcriptum ſubreptitium. Art. 6.

1 AN iudex datus per reſcriptũ ſubreptitiũ habeat aliquam iuriſdictionem. d. c. ſuper litteris.
2 An iudex iſte habeat iuriſdictionem à iure, vel aliunde. d. clem. 1. eod. de reſcript.
3 An iudex incompetens poſſit iudicare in caſu ſuæ iuriſdictionis. l. 1. C. vt nemo in cau. propr.
4 An deciſio c. ſuper litteris, ſupra ſępè citati, in illa parte eius, quod iudex incompetens propter ſubreptionem extendatur ad alios iudices ob alias cauſas incompetentes.
5 Qualis ſit forma communis, & forma ſpecifica alicuius reſcripti, de quibus in d. c. ſuper litteris. c. quia diuerſitatem, & ibi gl. de conceſſ. præben.
6 An definire articulum de incompetentia poſſit differri vſque ad finem iudicij.

QVÆSTIO XVIII. & vltima.

De executione reſcripti. Art. 20.

1 AN reſcriptum ſit exequendũ, ſiue ſit ſubreptitium, ſiue non. c. 2. de falſo &c.
2 An reſcriptum ſit exequẽdum iuxta fines illius c. cum dilecta, eod. de reſcript. l. ſi procurator. C. de procurat.

3 An executor reſcripti habeat aliquam authoritatem vltra contenta in eo.c.1. de offi.iudi.deleg. c.1.de ſequeſtrat.
4 Quomodo authoritas executoris reſcriptorum extra contenta in eis cognoſcatur. c. ſedes. eod.de reſcript.clem. 2.de procurat.
5 An actus contra formam reſcripti geſtus, ſit nullus, & quomodo.d. c.cum dilecta, & d.l.nō dubium,
6 An ſimplex reſcriptum contineat quęcunq; negocia.c.qui ad agendum., de procurat. in 6.
7 An reſcriptum contineat quæcunque connexa.facit l.1.ff.de leg.1. & ibi docto.
8 Quomodo negocia, & connexa cognoſcantur in reſcriptis contineri. ibid.
9 Quid iuris ſi dubitet de executione alicuius reſcripti.authen.de iudicib. &c. in fi.ca.paſtoralis, de fid.inſtrum.
10 Quomodo nullitas reſcripti, eiuſque ſubreptio in iudicio proponi valeat c. 2. de ordin.cognition.
11 An executori reſcriptorum ſit crędendum.c.1.de elect.in extrauag. l.1.C.de mandat.Princip.
12 An in executione reſcripti debeat attendi tempus datæ, vel tempus præſentationis.c.cum, cui, de præben.in 6.ca.ſi eo tempore, de reſcript.eod.
13 An omnia reſcripta habeant executionem paratam.l.2.§.parum, ff.de orig.iu.
14 An quilibet poſſit eſſe executor reſcripti, ca. ſtatutū, de reſcrip.in 6.
15 An reſcriptum exequi debeat etiam contra tertium.
16 Quō reſcripta ſint exequenda.
17 Quando, & vbi reſcripta ſint exequenda.
18 An quæſtiones, & articuli in iſta materia ſubreptionis, vt ſupra explicati, habeant etiam locum in tribunali Sancti officij.
19 Quomodo ſolutiones datę ad quęſtiones, & articulos, de quibus ſupra, ſint ſeruandæ in vtroq; foro.
20 An per dictam executionem reſcriptorum finiatur authoritas executoris. c.quærenti, de offi.iudic.delegat. &c.

F I N I S.

INDEX RERVM
MAGIS NOTABILIVM,
Quæ in præſenti opere continentur.

A

ACcidentia, & circunſtantiæ ſunt narrandæ in precibus ad euitandam ſubreptionē. q.5.art.6. pag.37.col.1.2.

Actio ſicut perpetuatur multis modis, ita etiam per reſcriptum ſubreptitium.q.6.art.2. pag.41.

Actionis nomine uenit etiā exceptio. q.13.art. 1. 74.75.

Admiſſio ſupplicationum pertinet ad Principem ordinarium, & perſonā intermediam, & ſic conciliantur diuerſa iura.q.4.art.4. 23.

Argumenta, quibus pro, & contra demonſtrari poſſet, reſcriptum continens plura capita, eſſe nullum in toto, & pro parte, ſi in vna ſit commiſſa ſubreptio, habentur q.11.art. 6. p.67.col.2.3. & p.68.col.2.&c.

Authoritas iudicis delegati, eiuſque reſcripti finitur per ſententiam de exequendo, ſi executio fuerit quid iuris, aliquando tamen limitatur, at ſi fuerit quid facti vnico actu, ſi aliud non requiratur. q. 18. art. 20. pag.108.

B

BEneficium eccleſiaſticum ſi eſſet concedendum per viam reſcripti, oportet in precibus multa narrare, ad euitandam ſubreptionem, quæ reducuntur ad 7. circunſtantias. q. 7.art.2. pag.47. & 48.

Bona temporalia conſiderahtur ratione dominij, & ratione adminiſtrationis.q.4.art.8. pag.25.col.2.

C

CAp.ſuper literis,de reſcript.eſt vtile ad multa,licèt principaliter ad reſcriptum.q.2.art.3. 10.col.1.

Cap.ſuper literis,de reſcrip.& c.ſuper eo. de cohabit. cleric. An ſint contraria, & quomodo concilientur, habetur in d.q.art.6. 69.70.

Cauſa criminalis ſicut habet diuerſas partes, ita diuerſa ſunt conſideranda ad euitandam ſubreptionem. q. 7.art.4. 49.

Cauſa ceſſante ceſſat effectus, intelligitur de cauſa expreſſa eſſentiali, & totali, ſecus de cauſa impulſiua. q. 16.art.5. 90.91.

Cauſam ceſſare aliquando contingit ipſo iure, vt ſi reſcriptum fuerit ſubreptitium aliquando per ſententiam, ſi illud fuerit iuſtum.d.q.ar.6. pag.91.col.4.& pag.92.&c.

Caſus iudicis incompetentis reducuntur ad tria capita, in quibuſdā enim poteſt cognoſcere, in quibuſdam nequit, & de quibuſdam dubitatur. q.17.art. 1. 93.

Circunſtantiæ quæ ſint, & quod alterent, & aliquando faciant aliud. q. 5.art.6. 37.col.1.

Circunſtantiæ quædam faciunt aliud, & mutant ſpeciem, quædam verò alterant, & aggrauant. q. 8. art. 2. 54.& 55.&c.

Circunſtantiæ cuiuslibet facti de pluribus contentis in aliquo reſcripto, aliquando retinent eandem naturā, & aliquando qualificant factum principale, & ſic diuerſimodè de eis eſt facienda mentio ad euitandam ſubreptionem.q.11.art.4. 69.

Citationem ad impetrandum reſcriptum ad gratiam non requiri; in reſcripto autem ad lites requiri, ſi illud concederetur cum cognitione cauſæ.q.6.art.1. 40.41.

Ciuilis

Ciuilis cauſæ capita, ad quæ quis ſupplicare valeat, ſunt diuerſa, vt eſt perſona rei, vel iudicis, itẽ res, cauſa, modus procedendi, & q.7.art.5. pag.49.50.

Clauſula, Sola veritate inſpecta, tollit ordin.iudicij.q.1.ar.4. col.1.pag.3.

Clauſula ſcienter, & doloſè ponitur in libello accuſatorio ob pœnam ordinariam.q.14.art.6. 80.

Clauſula ſi preces veritate nitantur, præſumitur in reſcriptis ſecundum vnam opin.d.q.4.art. 14. 28.29.

Clauſula, Motu proprio, non tollit ſubreptionem.q.5.art.1. 34.

Clauſula, ex certa ſcientia cuius ſit effectus.d.q.6.art.7. pag.44.

Clauſulæ diuerſæ, quæ opponi ſolent, in reſcriptis explicantur, in d.q.art. 7.pag. 70.71. vt eſt illa appellatione remota: & quoſdam alios: ſi preces veritate: ſi ita eſt perſonaliter, quouis alio modo: cum poteſtate; non obſtãtibus, & ſimiles aliæ &c.

Clauſulæ irritantes, & derogatoriæ effectus, & vbi, declaratur d.art.6.& pag. col.2. &c.

Cognitio vniuerſalis ſemper dẽt præcedere.d.q.1.art.13. pag.7.col.1.

Commune reſcriptum quando ſit, eſt dubium ob argumenta ad vtramq; partem, ſol.id eſſe ex parte impetrãtis, concedentis, rei petitæ, & executionis.q.3.art.14. 19.20.&c.

Communis opinio regulariter habet vim iuris.q.15.art.3. 84.85.&c.

Contrarietates in iure, & apud doct. debent conciliari quando fieri poteſt.d.art.3. & pag. col.3.4.

Connexa quædam ſunt naturalia, quædam artificialia, quædam accidentalia. Rurſus quædã ſimplicia, quædam ita ſe habent, vt vnum accedat ad aliud.q.18.art.7. 99.100.

Concedendum eſt, quod nemini nocet, amplia ſi modicè noceat.d.q.4. art.16. 30.col.1.

Conciliantur rubri. & ll. tit. C. vt lit. pend. & authen. ut in medio lit.d.q. 6.art.5. 43.col.2.

Conciliantur cap. cæterùm, de reſcriptis, & cap. ſanc. il 1. de offi iud. deleg. ad inuicem.d.q.5.art 7.pag.37. col.3.4.&c.

Conſtitut. differt à reſcripto ad lites in materia, & conuenit cum reſcripto ad gratiam ſimiliter in materia.q.4.art.5. 23.col.3.4.

Contra ius ſupplicare eſt prohibitum ſi illud fuerit de fine, ſecus ſi de medio ad illum, vel aliquem non lædat, ſiue priuatum, ſiue ſuperiorem. d.q.4.art.6. & pag.24.&c.

Contradicit magis ignorans, quàm qui diſſentit, quia contradictio ignorantis eſt contradictoria. q.10.ar.4. 62.63.

Contrariæ opiniones debent ad inuicem conciliari, licèt regulariter cõmunis opinio ſit ſequenda, d. q. art.5. pag.6.

Contenta in reſcripto, quædam ſunt expreſſa, & quædam tacita, quæ declarantur aliquando à lege, aliquando à natura rei mandatæ, & aliquãdo à diuerſis circunſtantijs. q. 18. art.3. 97.col.3.

Contenta in reſcripto vltra in eo expreſſa diuerſæ dantur regulæ ad illa cognoſcenda, inter quas habetur illa ſupra in d.art.3.relata, d.q.art.4. 97.98.&c.

Culpa differt à dolo, quia cum habeat gradus, dolus denotat ſupremum illius gradum, q.9.art.3. 59.

Culpa eſt deuiatio à bono ob negligentiam, d.q.1.art.10. pag.6.

D

DEciſio cap. ſuper literis quoad incõpetentiam iudicis extenditur ad alios caſus incompetentiæ, q.17. art.4. 94.

Definire controuerſiam de incompetentia debet fieri in principio iudicij, licèt aliquando id limitetur. d. q.art.6. 95.

Delegatus iudex poteſt ſubdelegare. d.q.art. & pag. col.2.in fi. & ſeq.

Delicta omnia, vt dicunt priuationem boni, ſunt æqualia; vt autem dicunt

priuationem maioris, vel minoris boni,ſunt inæqualia, queſt.8.art.1. pag.53.54.
Delicta ſicut committuntur dolo, & culpa, ita diuerſimodè debent puniri eod.art.3.& pag. col.2.3.
Delicta, quæ differunt ſpecie admittunt latitudinem ab obiecto, & diuerſis accidentibus;quæ autem differunt numero,à circumſtantijs.d.q.art.2. pag 54.col.2.3.
Delicta excuſantur à dolo, & ſic à pœna ordinaria diuerſis de cauſis.d.q. art. & pag.
Derogare reſcripto an poſſit,arguitur ad vtramq; partem, & poſtea cum diſtinctione ſoluitur.queſtio d.q.3. art.12. 18.19.
Differentia reſcriptorum ſicut una eſt ſubſtãtialis, altera accidentalis, ita vno reſpectu eſt vnica, altera multiplex, ead.q.3. art.2. 11.12.
Dilatio ad aliquid faciendum poteſt concedi, dummodo modicè alterũ lædat. q.6.art.8. 44.45.
Diſpenſatio eſt de iure permiſſa. q.4. artic.4. 23.
Diſtractus ſimilis eſt cum contractu, ideò idem iuris in vtroque eſt ſeruãdum. q.7. art.10. pag.52.col.2.
Diſtrahere aliquid per viam reſcripti, vt legitimè fiat,ea omnia,& aliquãdo plura ſunt narranda,quæ requiruntur, ad obtinendum reſcriptum pro contrahendo d.q.art.atq; pag.
Diuiſio reſcriptorum deſumitur à loco,vbi explicantur,à fine, à concedente, à materia, à forma à tempore,à medio,& à validitate q.3.articulo 1. pag.11.col.1.2.
Dolus deſcribitur,vt in l.1.ff.de dolo, differt autem à fraude, quia committitur factis,& verbis.q.1.ar.10. pag.5.à terg.
Dolus duplex eſt, uerus, & præſumptus.eodẽ art. pag.6.vbi not.etiam quomodo committatur.
Dolus, & fraus re ipſa,& ex propoſito æquiperantur quæſt. 2. artic.3. pag.10.col.1.
Dolus alius eſt verus, alius præſumptus, alius bonus, alius malus, & quilibet cognoſcitur diuerſis coniecturis,q.9.art.1. 58.
Dolus,ſicut conſideratur ex parte perſonæ deceptæ,perſonæ decipientis, negocij,& alicuius tertij,ita etiam diuerſimodè committitur; d.q.9. artic.2. 58.
Dolus ſemper accuſat, licèt illius effectus ſæpè ſit diuerſus ob diuerſitatem illius. d.q.art.5. 59.
Dolus cum probetur coniecturis, atque illæ ſint diuerſæ,poſſent reduci ad 7.circumſtantias.d.q.art.6. 60.
Dolus ad imponendam pœnam ordinariam ſemper requiritur, ſecùs quoad extraordinariam. q.14. art. 6.pag.80.&c.
Dubia circa preces debent ſolui à procuratoribus,& aduocatis.Circa admiſſionem verò earum ab habente legitimam iuriſdictionem d.q.4. artic.22.pag.32.33.&c.
Dubia prædicta debent declarari à Principe,ſeu ſuperiori, à conſuetudine,à iudice, & à doctoribus, d.q. 4.art.23. pag.33.col.2.3.

E

ECcleſiam poſſe errare,verificatur in iudicando.q.16.art.3. 90.col.1.
Effectus doli criminaliter cogniti eſt punire doloſum pœna ordinaria; ciuiliter verò annullare actum.q.9. artic.4.pag.59.col.3.& 4.
Effectus ignorantiæ ratione cognitionis eſt diuerſitas opinionum,ratione verò morum peccatum. q. 10. artic.5. 63.
Effectus exceptionis ſi illa deſumatur à proceſſu,eſt differre,ſi verò à meritis cauſæ,perimere.d.q. artic.5.d. pag.74.
Emphitheuſis, & feudum, licèt ſint contractus, admittunt tamen ſupplicationem,& reſcripta,in quibus poteſt committi ſubreptio, vt in alijs.q.7.art.6. 50.
Euitatur ſubreptio ſi narratum fuerit oppoſitum illius,quo illa committitur.

titur.id autem reducitur ad ſupplicantem,ad negocium, ad accidentia,ad ius,& ad aliud reſcriptum.d. q.artic.10. pag.39 40.
Euitatur ſubreptio in practica aliquãdo per nonnullas clauſulas, vt vocãt,ſalutares.d.q.& art.40.col.1.2.
Exceptio ſubreptionis poteſt opponi ſecundum ſtilum curiæ, debet etiã ſpecificari,q.12.art.1. pag.71.
Exceptio eadem ſpecificatur ab eiſdem medijs, à quibus oritur ſubreptio,ead.q.art.& pag.
Exceptio ſubreptionis in reſcriptis ad gratiam poteſt opponi quandocunque,ad lites verò regulariter in prĩc ſecùs limitatiuè, d.q.art.2. 72.
Exceptio probari debet, quando ponit aliquid in eſſe, ſecùs ſi ſit negatiua.q.13.art.1. 75.
Exceptio vna ponit aliquid in eſſe,ſecùs altera, & alia reperitur mixta. d.q.art.2. & d.pag.
Exceptiones contra iudicem vltra ſubreptionem deſumũtur ex diuerſis accidentibus, præcipuè autem ex ſeptem circunſtantijs, d.q.art.4. pag.73.74.
Exceptionum admiſſio, vel reiectio aliquando requirit iudicis pronunciam, idque cognoſcitur, ſi ſine ea impediretur proceſſus. d.q.artic.5. pag.76.77.
Excitationis reſcriptum admittit ſubreptionem ſicut reſcriptum conceſſionis. q.5. art.3. 35.
Excitationis reſcriptũ quomodo differat ab alio reſcripto. ibid.
Excuſare aliquem à delicto ob ignorantiam verificatur quoad factum, ſecùs quoad ius,d.q.art.6. 63.64.
Excuſatio ob ignorantiam eſt aliquãdo à toto, & aliquando a tanto, cũ illa reperiatur aliquando circa factum, & aliquando circa circumſtantias: aliquando cum negligentia, aliquando ſecùs d.q.art.7. 64.
Executio reſcripti datur ſub eo reſpectu, ſub quo illud teneat,ſecùs aliter,q.18.art.1. 91
Executio iuris fit cum cognitione cauſæ, ſecùs executio facti,dummodo fines mandati non excedantur.d.q. art.16. 106.
Executor reſcripti ſæpè habet authoritatem vltra contenta in ea,d.q.artic.3. 97.
Executor reſcripti tenetur aliquando ſimpliciter obedire; aliquando verò poteſt recurrere ad reſcribẽtem, d.q.art.9. 101.
Executori reſcripti non eſt credendũ, niſi illud oſtendat, aut illius legitimam copiam, ſecùs limitatiuè, d. q.art.11. 103.
Expeditio litterarum in foro fori, eſt neceſſaria, ſecùs in foro poli; licèt argumenta adſint in vtramq; partem.d.q.art.13. 19.
Expeditio iſta quando reuocatur in dubium, eius intelligentia deſumitur à præcibus, d.q.art. & pag.col. 3.in fi.
Extrinſeca forma reſcripti ex diuerſo capite deſumitur, videlicet à iudice, & à modo q.3.artic.6. pag.14. col.4. & pag.15. col.1.

F

Facti ſeries quid demonſtret habetur.q.5.art.5. 36.col.4.
Factum vnum vnitum cum alio habet aliquando naturam acceſſorij. q.11.art.1. 67.col.2.
Facta diuerſa quomodo vniantur in aliqua ſcriptura,habetur d.q.art.3. pag.68.
Facta ſicut ſunt plura, & diuerſa, ita etiam eorum ſeries non ſemper retinent eandem naturam. d. q.art.5. pag.69.
Falſitas eſt inadæquatio rei ad intellectum ſeu voluntatem.q.1.ar.5. p.3.
Falſitas,& veritas conſiderantur naturaliter, & moraliter e ad. q.artic.& pag.à terg.
Falſitas reperitur etiam naturaliter,& poteſt cauſare ſubreptionem,quando inde p̃ſumif malũ q.8.ar.4.p.55
Falſitas ex parte rei, & ex parte committentis aliquando differt, & aliquando

Digitized by Google

quando eſt eadem,idque cognoſcitur ab effectu.d.q.art.5. 56.

Falſitas commiſſa circa ſubſtātiam negocij,aut ex propoſito,aut circa accidentia, ſeu circunſtantias facientes aliud,cauſat ſubreptionem in totum, aliàs verò pro part. d.q.art.6. ead.pag.

Falſitates iſtæ remouent Principem à reſcribendo, vel ab ita reſcribendo. d.q.art.7. 67.col.1.& 2.

Falſum,mendacium,fictio,& ſimulatio quomodo differant, habetur in d.q.art.9. d.pag.5.

Fictio eſt diſpoſitio contra veritatem. q.1.art.8. pag.4.

Fictio eſt ad bonum, & ad malum,ſimulatio verò ſemper ad malum. ead.q.& art. pag.5.

Finis reſcriptorum in communi eſt vtilitas priuata,in particulari verò certa regula cognoſci nequit, d. q. artic.17. 30.

Fiſci iuribus acquirendis per reſcriptū poteſt derogari, ſecùs acquiſitis. d. q.art.10. 26.col.2.

Forma, quæ alio nomine ſolemnitas, dicitur,duplex eſt,intrinſeca,& extrinſeca,q.3.art.6. 14.col.3.

Forma ſupplicationis reperitur diuerſa ad diuerſitatem voluntatis Principis, q.4.art.2. 22.col.1.

Forma communis reſcriptorum ad lites eſt modus procedendi ſecūdum ſolemnitates iuris. Forma autē ſpecifica eſt idem modus, ſed ſummarius. Quoad gratiam verò communis eſt pro iuſtitia, ſpecifica verò gratioſa.q.17.art.5. 94.

Formam dare reſcriptis communem, vel ſpecificam dependet à voluntate reſcribentis.d.q.& art. 95.

Futuræ lites non admittunt reſcripta, ideò in eis committitur ſubreptio. q.6.art.7. 44. col. 2.

G

GEneralis forma reſcripti deſumitur à voluntate reſcribentis, & à ſcriptura.q.3.art.6. 15.col.2.

Generale reſcriptum per modum gratiæ, licèt ad lites conſideretur ratione iudicum, negocij, & perſonarū, tamen non teneret, niſi generalitatis incertitudo reducatur ad certitudinem,q.6.art.6. 44.

Generale mandatum, & reſcriptum,ſicut diuerſimodè conceduntur, & ſic aliquando ſimpliciter, aliquando generaliter, & aliquando ad certa negocia, cum clauſula tamen generali, ita diuerſa continent, q.18. art.6. 99.

Gratiarum reſcripta peti poſſunt ſine mandato.d.q.art.10. 17.col.2.

H

HOmines facilè inter ſe diſſentiunt ob diuerſam eorum naturam,q.15.art.1. 84.

Honores cum ſæpè concedantur per viam reſcripti, ideò ad illud impetrandum ſæpè committitur ſubreptio, ad quam euitandam oportet narrare factum cum ſuis circunſtantijs.q.7.art.8. 51.

I

IDem ius eſt ſeruandum circa ſubreptionem plurium capitum alicuius reſcripti, quod ſeruari debet in vna. q.11.art.1. 67.

Ignorātia diuerſo reſpectu diuerſimodè diuiditur,d.q.art.11. pag.6.

Ignorantia eſt priuatio ſcientiæ, ead. q.art.& pag.

Ignorantia eſt multiplex, & cognoſcitur à potentia, ab vtilitate, à voluntate, à cauſa, ab effectu, à bonitate, ab obiecto, ab ordine, à pertinacia, & à diligentia.q.10.art.1. 61.

Ignorantia in genere eſt mala, in ſpecie aliquando bona ratione obiecti.d.q.art. 2. 61.62.

Ignorantia ratione potentię eſt voluntaria, ratione naturæ hominis eſt naturalis.d.q.art.3. 62.

Ignorantię probatio habetur ex diuerſis coniecturis, quæ reducuntur ad 7.circunſtantias. d.q.art.11. 66.

Impetratum reſcriptum poteſt eſſe, & aliquando eſt ſubreptitium. q.5.artic.1. 33.34.

Impetrantes reſcripta committunt ſubreptionem dolo, vel ignorantia.d.q.art.4. 35.36.

Impetrans reſcriptum aliquãdo committit aliud malum vltra ſubreptionem,ideò vlteriùs etiam punitur.q.14.art.4. 79.

Improbitas impetrantis reſcriptum, ſicut poteſt eſſe maior,& minor,ita etiam maiori, vel minori pœna vltra nullitatem punitur. d.q.artic.8. pag.81.82.

Imitatio Principis non eſt permiſſa, niſi iuſtè gubernet.q.16.art.3.pag. 89.90.

Intentio authoris eſt agere de ſubreptione reſcripti publici, q.1. art.1. pag.1.

Intentio authoris,diuiſio c.ſuper litteris,ac eiuſdem diuiſio,q.2.ar.1.pag. 8.col.3.& 4.

Intrinſeca forma reſcripti cognoſcitur à definitione, & à voluntate reſcribentis.q.3.art.6. 14.col.4.

Interpretatio reſcriptorum ita fieri debet,quòd ſi illa conſiderentur in reſpectu ad ius, debet cum illo concordari, limitatur cum illa ſint aliqñ contra, vel præter,vel ſupra,aut ſm ius. reſpectu autẽ rerum oportet illas diſtinguere, cum quædam ſint iudiciales,quædam odioſæ,quę dam fauorabiles,& quędam ambitioſæ, d.q.art.7. 15.per tot.

Interpretatio iuris eſt Principis, conſuetudinis,iudicis,& Doctoris.d.q. art. 23. 33.

In iudicio cõſideratur tempus, & partes eius.q.6.art.3. 41.42.

In eodem conſideratur cauſa, illius diſcuſſio,eiuſdem pendentia,& inſtãtia.d.q.& art. 42.col.2.

Incompetẽtia iudicis cognoſcitur ab omnibus circunſtantijs.q.17.art.1. pag.92.col.4.& ſequen.

Inſtrumenta regulariter non habent executionem paratam,ſecus limitatiuè, q.18.art.13. 104.col.4.& ſeq.

Inquiſitionis fidei iudicium eſt mixtum, cum in eo imponatur pœna tantum,pœnitentia ſolùm,& vtraque.d.q.art.18. 107.

Ipſo iure,vel ope exceptionis quando aliquid cognoſcatur eſſe tale,à qualitate verborum de præſenti, vel de futuro,aut à cauſa, vel effectu deſumitur.d.q.art.9. 82.col.3.4.

Iudicare de incompetentia maximè differt à iudicio de meritis cauſæ.d.q.art.3. 94.

Iudicium aliud ſummarium,aliud ſolemne,ideò quędam ad illud requiruntur de iure naturæ, quædam de iure humano.q.4.art.9. 25.

Iudicium poteſt derogari per reſcriptum quoad ea,quæ ſunt de ſolemnitate iuris humani.d.q.& art.p.26.

Iudicium de dolo poteſt eſſe ciuile,& criminale.q.9.art.4. 59.col.2.

Iudicis incompetentia conualidatur quãdo ipſe à principio pronunciat ſe eſſe vel non eſſe competentem.q.12.art.2. 72.col.4.

Iudex incompetens in caſibus, in quibus poteſt iudicare,ſi fuerit ordinarius,id habet à iure,ſi delegatus,à reſcribente.d.q.art.2. 93.

Iudex pronunciando ſe incompetentem non poteſt reaſſumere cauſam. d.q.art.6. 95.col.3.

Iura circa reſcripta ad inuicem contraria quomodo concilientur. d.q.art.15. 29.col.4.

Iuris mentio eſt omnino neceſſaria in reſcriptis,ſi illud fuerit particulare. d.q.art.2. 34.35.

Ius, quod quis habet vigore reſcripti, dicitur in re, & ad rem,primum nõ tollitur,ſecus ſecundum:ideò de eo eſt facienda mentio in precibus. q.7.art.9. 51.32.

Iuriſdictio iudicis delegati ſuſpenditur per exceptionem ſubreptionis quoad merita cauſæ, ſecus quoad competentiam,d.q.art.3. 73.

L

LAicus poteſt eſſe iudex in cauſa pertinente ad forum eccleſiaſticum iure delegationis. q.18.art.14. pag.105.col.3.

Latitudo delictorum, ſicut datur ab obiecto, à cauſis, & à circumſtantijs; ita etiam prædicta ſunt narranda, vt euitetur ſubreptio. q. 8. art. 3. pag. 55. col. 2.
Latitudo ſicut dependet à prædictis; ita etiam ab eiſdem cognoſcitur, ead. q. art. & pag.
Latitudinis gradus in practica ſunt in arbitrio iudicis, ead. q. art. & pag. col. 3.
Læſio per reſcriptum non permittitur, ideò inde ſubreptio poteſt committi, & ne committatur, de ea eſt facienda mentio. q. 7. art. 7. 51.
Leges in materia ſubreptionis nõ tantum ſunt inter ſe cõtrariæ, ſed etiam videntur contrariari decretal. q. 15. art. 7. pag. 87. vbi et conciliantur.
Libellus, & ſupplicatio, licèt inter ſe differant, conueniunt tamen, cum idem in vtroque ſit ſeruandum. d. q. art. 10. 46.
Litis pendentia ſicut multa requirit, & fit diuerſimodè; ita etiam diuerſo modo inſuper poteſt committi ſubreptio. q. 6 art 9. 45. 46.
Litium reſcripta nequeunt peti ſine mandato. q. 9. art. 10. 17. col. 2.
Locus vbi ſupplicari poſſit, eſt incertus, licèt certioretur, q 4. art. 19. 31.
Locus exequendi reſcriptum, quoad executionem iuris eligitur à iudice: quoad exequutionem facti, eſt, vbi reperitur res, d. q. art. 17. 107.

M

Malitia eſt idem cum fraude d. q. art. 10. pag. 6.
Mandatum, reſcriptum, & compromiſſum æquiperantur, q. 2. artic. 3. pag. 10. col. 1.
Mandatum ad aliquid agendum eſſe, vel non eſſe neceſſarium, habentur argumenta hinc inde. d. q. artic. 10. pag. 17. col. 1.
Mandatum ſufficere aliquando ſi fuerit generale, aliquando requiritur ſpeciale, & aliquando datur à iure, & aliquando ab homine. d. q. art. & pag. col. 2. 3. 4.
Mandati fines tunc ſunt exequendi, q̃ñ continent quid, quale, & quantum, & conditio mandantis redditur melior. q. 18. art. 2. 96. 97.
Materia reſcriptorum regulatur à qualitate iuriſdictionis ipſius reſcribentis. q. 4. art. 5. 23. col. 2. 3.
Materia ignorantiæ quo ad excuſationem attinet, vna eſt neceſſaria, altera damnoſa, tertia indifferens. Quo ad ſubreptionem autem vna quid facti, altera quid iuris. q. 10. artic. 8. pag. 65.
Media ad ſupplicandum quędam ſunt prohibita, quædam permiſſa, hinc dantur referendarij, procuratores, aduocati, & ſimiles. d. q. ar. 20. pag. 31. 32.
Medium litis reijcit noua reſcripta, niſi in certis caſibus, & propterea ſæpè committitur ſubreptio. q. 6. artic. 4. 42. 43.
Mendacium eſt vocis ſignificatio cum voluntate fallendi. q. 1. art. 6. 3.
Mendacium eſt triplex, videlicet materiale, morale, mixtum, ead. q. & art. pag. 4.
Mendacium eſt malum de intrinſeca ratione, ead. q. art. & pag.
Mendacium, & falſitas ſunt idem materialiter, differunt formaliter. d. q. art. 7. pag. 4. & art. 8. pag. 5.
Mendaces diuerſimodè puniri, habetur in d. q. art. 9. 5. col. 3.
Mendacem eſſe puniẽdum, clarum eſt in iure. d. q. 4. art. 15. 29. col. 2.
Mendax impetrator carere debet impetratis, d. q. art. & pag. col. 3.
Modus committendi dolum de iure non datur, ſed ſolùm modus cognoſcendi, q. 9. art. 2. 58.
Modus conciliandi opiniones eſt inducere partes ad concordiam, vel ſequi mediam viam, aut conſiderare circunſtantias, ſeu ad principem recurrere, q. 15. art. 15. 86.
Modus cognoſcendi iuriſdictionem ciuilem, & eccleſiaſticam, habetur à qualitate perſonarum, & cauſæ, d. q. art. 14. 105. col. 2.

Modus exequẽdi reſcripta in foro conſcientiæ, eſt via denunciationis. d. q. art. 19. 107.

Motu proprio reſcriptum conceſſum non admittit ſubreptionem. q. 5. artic. 1. 34.

N

Negocium debet narrari cũ ſuis cauſis ad euitandam ſubreptionem. q. 5. art. 5. pag. 36. col. 2. 3.

Negocia controuerſiæ in iudicio propoſita, debẽt definiri aliquãdo cum proceſſu, & aliquando ſine. quæſt. 6. artic. 5. pag. 43. col. 2.

Negocia connexa, & grauiora quomodo cognoſcantur, dantur diuerſę regulę, ſed dicitur eſſe in arbitrio iudicis. q. 18. art. 8. 100. 101.

Negligentia præſentandi reſcriptum definitur arbitrio iudicis, licèt diuerſa doceant Doctores, d. quæſt. artic. 12. pag. 103. col. 4.

Nullitas alia datur ipſo iure, alia ope exceptionis. q. 14. art. 1. 77.

Nullitas reſcriptorum cõſideratur ex parte iuris, impetrantis, & concedentis, & ſic reperitur diuerſa, ead. q. art. & pag.

Nullitas licèt cum diſtinctione diuerſa cognoſcatur, quando ſit pœna, & quando non, in materia tamen reſcriptorum ſemper eſt pœna. d. q. art. 3. 78. 79.

Nullitas reſcriptorũ committitur aliquando per aliquam falſitatem circa diuerſa accidentia. d. q. artic. 7. pag. 81. col. 1. 2.

Nullitas omnis reſcriptorum cognoſcitur à circumſtãtijs, ad quas reducitur. d. q. art. & pag. col. 3.

Nullitas à ſubreptione orta poteſt in iudicio proponi modo tam ciuili, quã criminali. d. q. 18. art. 10. 102.

O

Omittere, vel committere aliquid errore, vel ignorantia, aut ſunt idem, aut æquiperantur. q. 5. art. 8. pag. 38.

Omiſſio, vel commiſſio illius rei, quæ in præcibus debebat narrari, vel taceri, vitiat reſcriptum. d. q. artic. & pag. & ſequen.

Operatio omnis aut eſt iuſta, aut iniuſta, aut dubia. prima eſt ſequenda, ſecũda fugiẽda, tertia reducitur ad cõſciẽtiã, q. 16. art. 3. pag. 89. col. 4.

Opinionum diuerſitas in theorica oritur à rigore, ab æquitate, à fine, & à medijs. q. 15. art. 1. 84.

Opinionum eadem diuerſitas in practica oritur ab affectionibus animi, ead. q. art. & pag.

Opinionum vna cognoſcitur melior altera à maioritate rationis, & authoris. d. q. art. 2. ead. pag.

Opiniones circa ſubreptionem ſunt plures, & præcipuè quinque, d. q. art. 4. 85. 86.

Opinio omnis in cõparatione ad ius reperitur ſupra, ſecundum, præter, & contra, d. q. art. 3. 85.

Opinio in iudicando eſt ſequenda, qñ caſus non eſt à lege deciſus, aut obſcurè. d. q. art. 6. 87.

P

Partes proceſſus ſunt tres, videlicet à principio vſque ad conteſtationem litis, à conteſtatione vſque ad concluſionem, & à concluſione vſq; ad ſententiam. d. q. art. & pag.

Patrimonij mẽtio eſt facienda ab impetrante beneficium in ſuis præcibus. q. 7. art. 3. 48.

Perpetuum, vel temporaneum reſcriptum cognoſcitur à circumſtãtijs. q. 3. art. 15. 20.

Perſonæ omnes ſunt capaces ad ſupplicandum regulariter, ſecùs limitatiuè. q. 4. art. 3. 22.

Perſonarum ius eſt eas qualificare. d. q. art. 7. 24.

Plura capita in eodem reſcripto contenta, ſi fuerint vnita, ob initium vnius omnia vitiantur. q. 11. artic. 2. pag. 67. col. 4. & ſequen.

Pœna diuerſa à nullitate ſæpè imponitur vltra illam, vel arbitrio iudicis, q. 14. art. 5. 80.

Pœna impoſita à iure eſt grauior, quã ſi eẽt ipoſita ab hoĩe. d. q. ar. 10. 83.

Præſumptio reijcit probationē in aduerſarium. q. 13. art. 1. pag. 75. in fi.
Primum & ſecundum reſcriptum, vt intelligantur, tres dantur regulæ. q. 3. art. 4. 12.
Primum reſcriptum non dicitur reuocatum, niſi de eo in ſecundo ſit facta mentio cum ſuis qualitatibus. d. q. art. 4. 13. col. 1.
Primum reſcriptum reuocatum per ſecundum dicitur nullum ope exceptionis, ead. q. art. & pag. col. 2.
Primum reſcriptum non eſt nullum ipſo iure, quando per ſecundum reuocatur, q. 5. art. 7. 38.
Princeps, & inferiores debent viuere iure, & ratione. q. 2. artic. 3. pag. 10. col. vlt.
Princeps non poteſt per viam conſtitu. aliquid definire de pertinentibus ad alium principem, ſecus per viam priuilegij. d. q. art. 5. 23. col. 4.
Princeps debet viuere ſecūdum diſpoſitionem iuris, licèt leges reperiantur in contrarium. q. 16. art. 1. 88.
Princeps dicitur legibus ſolutus ratione neceſſitatis, & pœnæ, ſecùs ratione honeſtatis, & regulæ rectè viuendi, ead. q. ar. & pag. in fi.
Princeps non poteſt concedere reſcripta ſine cauſa, licèt illa aliquando præſumatur, d. q. art. 2. 89. col. 1.
Priuatæ perſonæ iuri poteſt per reſcriptum derogari in modico, & quoad bona fortunæ. d. q. art. 13. 28.
Proceſſus fabricatus coram iudice incompetenti, an ſit nullus, eſt dubiū, a circumſtantijs tamen cognoſcitur, licèt reſpectu ſubreptionis nullus ſit reputandus. quæſt. 18. art. 5. pag. 89. 90.
Proceſſus quid ſit. q. 6. art. 5. pag. 43. col. 3.
Probare exceptionem pertinet aliquādo ad actorem, & aliquando ad reum, & ſi fuerit ſubreptionis, ad impetrantem. d. q. art. 2. pag. 75. & art. 3. pag. 76.
Probatio debet eſſe plena, & ſufficiēs. d. q. & pag. art. 4.
Prodeſſe cum diſtinctione cognoſcitur quando ſit de præcepto, & quādo de conſilio, d. q. art. 16. 30.
Publicum ius diuerſimodè accipitur, præcipuè autem ratione vtilitatis, & authoritatis, ideò poteſt eidem aliquando derogari. d. q. art. 12. 27.

Q

Qualitati perſonarum per reſcriptum poteſt derogari, q. 4. art. 7. pag. 24. 25. ſecùs limitatiuè.
Qualitas bonorum à lege definita poteſt per reſcriptum tolli. d. q. art. 8. pag. 25.
Quæ ſunt iuris poſitiui, poſſunt tolli à principe. & ſtatuto, ſecùs alia. q. 16. art. 2. 89.
Quæ continentur in reſcriptis, quædā ſunt exequenda, quædam ſecùs, ideò dantur quædam reſcripta executorialia. d. q. art. 13. p. 104. col. 4.
Quilibet poteſt eſſe executor reſcripti ad gratiam, ſecus reſcripti ad iuſtitiam, d. q. art. 14. 105.
Quodlibet reſcriptum debet continere omnes circunſtantias, ad hoc, ut euitetur ſubreptio. q. 5. artic. 9. pag. 39. col. 3.
Quod proponitur in iudicio ſit diuerſimodè, videlicet per viam actionis, exceptionis, accuſationis, inquiſitionis, denunciationis, & notorij. q. 18. art. 10. 102.

R

Rationis idētitas dēt mouere principem ad reſcribēdum, & executorem ad exequendum regulariter, ſecùs limitatiuè. q. 16. art. 4. 90.
Rebuffus in ſua practica beneficiali adnotat plures reſcriptorum differentias, quorum compendium habetur d. q. art. 3. 12.
Reſcripta, quamuis ſubreptitia, non ſemper ſunt nulla q. 2. art. 2. pag. 9. col. 3.
Reſcripta eſſe plura, habetur q. 3. artic. 1. 11.
Reſcripta ſunt contra, prçter, ſupra, & ſecundum legem, vt conſuetudo. d. q. art. & pag. col. 1.

Reſcripta

Reſcripta eſſe realia, ſeu perſonalia cognoſcitur à circunſtantijs, quas reperiũtur reſpicere.d.q.art.9.p.16.
Reſcripta eſſe ſeruanda in vtroque foro, habentur argumenta ad vtramque partem, & cum diſtinctione cognoſcitur quid iuris.d.q.art.11.18.
Reſcripta ſubreptitia ad gratiam ſunt nulla ipſo iure, ſecùs aliquando ratione ſimplicitatis.q.14.art.2. 78.
Reſcripta dicuntur ceſſare ceſſante cã illorum, per cauſam aũt ẽt circumſtantiæ intelliguntur.d.q.art.6. 91.
Reſcripta formaliter conſiderata ſemper habent executionem paratam ad imitationem legis, ſecùs aliquã do limitatiuè. q.18.art.13. 104.
Reſcriptorum quædam ſunt ad iuſtitiam, quædam ad gratiam, & quædam mixta, q.7.art.1. 47.
Reſcriptorum quædã ſunt ualida, quędam nulla, d.q.art.2. 2 col.1.
Reſcriptum quid ſit ad mentem aliorum, q.1.art.1. 1.
Reſcriptum quid ſit ad mẽtem authoris.ead.q.art.& pag.col.2.3.
Reſcriptum ſemper tribuit aliquod ius, licèt illud ſit aliquando ordinatorium, aliquando deciſorium.d.q.art.5. 14.
Reſcriptum dicitur perpetuum aliquando ſecundum eius naturam, & aliquando ratione effectus, q.6. art.2.pag.41.col.3.in fi.& ſeq.
Reſcriptum ad lites differt à reſcripto ad gratiam, quæ differentia deſumitur à quatuor generibus cauſarum, licèt aliquando inter ſe cõueniant. q.11.art.6. 70
Reſcriptum ſubreptitium dicitur nullum moraliter, ſecùs naturaliter, d. q.art.9. 83.
Ruſticitas, ſimplicitas, & ignorantia, ſicut concurrunt, ita reddunt reſcriptum ſubreptitium pro parte, & aliquando in totum. q.10. artic.10. pag.65. & 66.

S

Scientia non cauſat afflictiones, & mala, ſed voluntas hominis ſcientis.q.10.art.2. 61.62.
Secundum reſcriptum debet mentionem continere de primo ad euitandam ſubreptionem, q.5.art.7.pag. 37.col.4.
Series facti reſcripti continentis plura capita, aliquando tota, & aliquando pro parte eſt narranda ſecundum connexionem prædictorũ capitum, q.11.art.3. 68.69.
Separabilia hoc habent proprium, ut poſito uno non ponatur aliud, ſecùs contingit in connexis, q.18.artic.7. 100.
Simplicitas aliquando laudatur, & aliquando damnatur. d.q.art.12. 6.
Simplicitas eſt actus, quo homo aliquid ſimpliciter facit. ibidem. 7.
Simulatio eſt factum contra veritatem.q.1.art.8. 4.5.
Subreptio, & obreptio ſecundum intentionem impetrantis ſunt idem, ſecùs ſecundum terminorum intelligentiam. d. q. art. & pag. & melius art.3. ibidem.
Subreptio cognoſcitur per cognitionem falſitatis mendacij, ſimplicitatis, veritatis, eatumque gradum d. q.art.vlt. 8.
Subreptiones diuerſorum reſcriptorum habẽt quid proprium, & quid commune.d. q.art.3. 39.
Subreptio ſicut committitur aliquando dolo, aliquando culpa, & aliquando nec dolo, nec culpa, ita ẽt reſcriptum aliquãdo eſt in totum, aliquando pro parte, & aliquando nullo modo, d.q.art.9. 65.
Subreptio probatur probando eius oppoſitum, quod fuit omiſſum, & narratum, q.13.art.3. 76.
Subreptio commiſſa in reſcripto pertinẽte ad ſanctum officium eſt grauior qualibet alia.d.q.art.18. 107.
Subreptitia reſcripta eſſe nulla ſimpliciter diuerſis medjs demonſtratur. q.2. art.2. pag.9.col.1. Ad quæ argumenta quomodo reſponderi debeat, habetur in eod. artic. & pag. colum.3.4.

Subrepti-

Subreptitium reſcriptum quid ſit, habetur q.2. art.2. 2.
Supplicatio aliquando eſt loco appellationis, aliquando verò eſt petitio ſuperiori facta ad aliquid obtinendum, & ſic ſemper eſt quædam petitio &c.q.4.art.1.pag.21. col.2.3.
Supplicatio fieri debet ſecundum diſpoſitionem iuris, & ſtilum Curiæ, d.art. pag.22.col.1.
Supplicatio regulariter ſemel admittitur ſecùs limitatiuè. d. q. artic.21. pag.32.
Supplicationem eſſe de iure admiſsã probatur, & declaratur. d.q.4.artic.2. 21.col.4

T

Tempus ad ſupplicandum ad litem poteſt defendi, vt ſit certum, ſecus ad gratiam.q.4.art.18. 31.
Tempus reſcripti duplex eſt, videlicet, datæ, & præſentationis. Quodnam autem attendi debeat, cum diſtinctione cognoſcitur. q.18.art.12. pag.103.104.
Tempus exequendi reſcriptum quoad executionem iuris, debet eſſe vtile, ſecùs quoad executionem facti. d.q.art.17. 106.107.
Termini ſubreptionis, falſitatis, veritatis, mendacij, fictionis, ſimulationis, doli, fraudis, ignorantiæ, & ſimil. cognoſcuntur à definitione, & diuerſis coniecturis. d.q.art.13.pagina 7.&c.
Terminorum intelligentia præmitti debet in explicatione cuiuslibet materiæ.q.1. in princ. 1.
Tertius in iudicio conſideratur diuerſimodè, contra quem reſcripti executio noceret, ſi illam ſciret, ſecùs aliter.d.q.art.15. pag.105.& 106.
Teſtes debent puniri ſi falſum cõmittant eodem modo, quo punitur impetrans reſcriptum ſubreptitium. q.2.art.3. 10 .col.2.

V

Veritas eſt adæquatio rei ad intellectum, ſeu ad voluntatem. q.1. art.4. 3
Veritas potiùs, quã opinio eſt ſequenda.d.q.art.& pag. col.2.
Veritas alia eſt publica, alia priuata. d.q.art.& pag.
Virtus reſcripti eſt diuerſa, & diuerſimodè declaratur.q.3.art.8. 16.
Virtutes ſi conſiderentur ad inuicem, differentia ſpecifica vna eſt maior altera ratione ſpeciei, in homine autẽ ratione maioris, & minoris participationis.q.8. art.2. 55.
Vnica nullitatis pœna imponitur, licèt reſcripta ſubreptitia ſint plura. q.14.art.8. 81.82.
Vniuerſitatis iuribus per reſcriptum derogari nequit, niſi læſio ſit nulla, aut modica.q.4. art.11. 26.27.
Vnum de connexis contentum in mãdato ſeu reſcripto, trahit ad ſe alterum.q.18.art.7. 100.
Vti reſcripto, vel inſtrumento falſo, vel illud committere, aliquando ſunt idem, & aliquando differunt. d.q.art. 8. 57.

FINIS.

Digitized by Google

Errata Corrigenda.

Quæſt.1. art.1. col.3. in fi.nu. lege,in. ead.q. art.13.col.4 notandum,lege, notandus. Quæſt.2.in princ.quo,lege,qua. Quæſt.3.art.5.in princ.ſecunda,lege, prima. ead.q.art.14.in fi.ſumus dicturi.lege,diximus. Quæſt.4.art.2.in fi. minimè:lege,omninò.ead.q.art.8.in prin.conſtituto:lege,conſulto.ead.q.art. 9.poſt prin.iam.lege,eam.eadem q.art.10.colum 2.alicuius.lege,alias etiam. eadem q.art.11.in fi.remittendum, lege, recurrendum. ead.q.art.12.colum.2. in fi.Orfalius:lege,Omphalius. ead.q.art.16.col.2.promittitur,lege,permittitur. eadem q. art.18.col.1.vtrique, lege vtriuſque. ead.q.art.20.col.2.4.lege, quatuor. ibidem cur.lege, cap. Quæſt.5.art.1.in princ.q.2.lege, q.3.eadem q. art.5.poſt princ.verè, lege, vera.eadem q.art.6.poſt principium. d.1.lege, d. part. Quæſt.6.art.6.poſt princip.quod circa modum.lege,quam.eadem q.art. 2.in fi.obſeruare.lege,obſeruaſſe. eadem q.art.4.ante finem: explicauimus ſupra,dele.ſupra. Quæſt.7.art.4.ante finem : qualitates omiſſæ: lege,qualitatis. Quæſt.8.art.1.col.1.cum eam:lege,cum cauſa. Quæſt.9.art.3.ferè in fi.illam culpam:lege,culpa. Quæſt.10.art.4.in prin.ipſe tenet.lege, ipſa. Quæſt.11.in deſcriptione vltimi articuli per aliquã cauſam.lege, per aliquam clauſulam. eadem q.art.2.in prin.totam mentionem.lege venditionem. eadem q.art.2.colum.3.aliquid connexionem.lege aliquam. Quæſt.14.art.3.in prin.vt præſupponitur,dele.vt Quæſt.15.art.3.ante finem : ſecundum ius approbarem,lege, approbaret. Quęſt.18.art.5.in fi.ideò in præcedenti.lege,in preſenti.eadem q. art.7.in princ.eius videtur. lege, videatur. ead. q. art.16.in fi.cum habeamus, dele cum.

Digitized by Google

QVAESTIO PRIMA.

De præmiſſis ad intelligentiam propoſita materia. Art. 14.

DOCTRINÆ de ſubreptione, & obreptione reſcriptorum operam daturũ prius præmittere oportet intelligẽtiam quorundam terminorum, iuxta l. 1. ff. de iuſti. & iur. l. 1. ff. ſi cert. pet. l. 1. ff. de dolo. Inſtit. ca. de iu. ca. in princ. & inſti. ciuil. de iuſtitia, in princip. cum vulg. ſiquidem terminis ignotis impoſſibile eſt rei propoſitæ diſtinctam ſibi comparare cognitionem, & propterea dicebat Philoſophus, in ſcientijs particularibus pręmittẽdum eſſe quid, & quia. Qua de re circa propoſitam materiam videndum eſt videlicet.

Primò, Quid ſit Reſcriptum.

Secundò, Quid ſit Reſcriptum obreptitium, & ſubreptitium.

Tertiò, Quomodo iſta duo reſcripta inter ſe differant.

Quartò, Quid ſit veritas.

Quintò, Quid ſit falſitas.

Sextò, Quid ſit mendacium.

Septimò, Quomodo falſitas, & mendacium inter ſe differant.

Octauò, Quid ſit ſimulatio, & fictio.

Nonò, Quomodo ſimulatio, & fictio differant à falſo, & mendacio.

Decimò, Quid ſit fraus, dolus, culpa, & malitia.

Vndecimò, Quid ſit ignorantia.

Duodecimò, Quid ſit ſimplicitas.

Decimotertiò, Quomodo termini iſti cognoſcantur.

Decimoquartò, An ex cognitione iſtorum terminorum cognoſcatur ſubreptio, & obreptio.

Quid ſit reſcriptum. Art. 1.

REſcriptum ſi ſecundum vocis ſignificationem cõſideretur, à reſcribendo videtur denominatum, vnde ſicut ille qui alicui reſcribit, aliquando ex perſona publica, & aliquando à priuata, ita quoque reſcriptum duplex reperitur, publicum videlicet, & priuatum. Quamuis autem ſubreptio in vtroque aliquando committatur, intentio tamen noſtra in præſenti tractatu eſt pertractare de ſubreptione, quæ committitur in reſcripto publico, licèt eius cognitione cognoſcatur etiam ſubreptio reſcripti priuati; Hoc pręmiſſo non eſt vlterius ignorãdum, quod Doct. ſuper rub. de reſcript. diuerſas adnotant de eo deſcriptiones, vnde Abb. ibidem dicit Reſcriptum accipi poſſe dupliciter, videlicet generaliter, & ſic comprehendit etiam priuilegium, & beneficium principis; & ſtrictè, atque ita reſcriptum eſt id, quod Princeps ſcribit ad iuris obſeruantiam. Hæc doctrina non uidetur vndique ſatiſfacere, cum per eam habeamus ſolùm quid ſit reſcriptum in ſpecie. Atque hac fortaſſe de cauſa Bero. in eadem rubr. nu. 2. videtur congruentius illud deſcri-

pſiſſe, dum dixit, quod reſcriptum generaliter ſumptum eſt, id quod Princeps ſupplicanti reſcribendo reſpondet. Alij verò doctores laborant circa declarationem doctrinæ Abb. vt eſt Dec. & Feli. & cum, (ſecundum Logicos præſertim) clariſſimum ſit quamlibet rem diuerſimo de poſſe diſcribi, atque quamlibet etiam deſcriptionem poſſe defendi, ac impugnari ob diuerſas cauſas, ac reſpectus, ideò in præſenti non intendo examinare quænā definitio, ſeu Reſcripti deſcriptio ſit magis congrua, ſed ſolùm poſtquā diximus aliquid ad mentem aliorum, breuiter nūc adnotemus quid proprio iudicio ſit tenendum. Publicum igitur reſcriptum in genere ſumptum nil aliud uidetur eſſe, niſi quædam humana ordinatio ſingularis, clara, vtilis, iuſta, & poſſibilis, facta, & conceſſa ab habente iuriſdictionem ob bonum principaliter priuatum, & aliquando publicum ſuper propria materia, & cum legitima cauſa ad inſtantiam alicuius, vel motu proprio obligans in ſuo genere ad eius obſeruantiā &c. Iudicaui hanc definitionem eſſe de dicto Reſcripto aſſignandā ea potiſſimum ratione, quia reſcriptum imitatur legem, vt adnotant Doct. ſuper d. rub. vbi præcipuè Fel. num. 12. Et propterea ſicut ad legem requiruntur cauſæ, & circunſtantiæ D. Tho. 1. 2. q. 90. ca. erit. diſt. 4. ca. non debet, de conſanguin. &c. ita etiam hoc idem uidetur dicendum de reſcri. &c. Vnde dixi, Primò, humana ordinatio &c. quia etiam lex eſt quædam humana ordinatio, vt vltra D. Tho. in d. q. art. 1. Sot. lib. de iuſt. q. 1. art. 1. Secundò, dixi ſingularis, ad differentiam legis, quæ ſemper debet eſſe communis, d. ca. erit. l. 1. & 2. ff. de ll. Doct. communiter in rubr. de conſti. Tertiò, dixi, clara, vtilis, iuſta, & poſſibilis, quia in hoc conuenit cum lege iuxta d. cano. erit. & ca. non debet, arg. l. quæ de tota, cum ibi adnot. ff. de rei vendic. Quartò, dixi facta, & conceſſa ab habente iuriſdictionem &c. ad differentiā reſcripti priuati &c. Quintò, dixi ob bonum priuatum & aliquando publicum, quia Princeps reſcribit aliquando in pœnam, & aliquando in commoditatem alicuius, iuxta §. ſed & quod, Inſtit. de iure naturali &c. l. 1. ff. de conſtitut. princ. & ſic reſcriptum dicitur factum aliquando ad vnum, & aliqñ ad alium finem de præd. Sextò, dixi principaliter, quia reductiuè ſemper debet reſpicere bonum commune, iuxta ea, quæ nos docent Doct. & præcipuè Abb. in ca. de multa, de præben. &c. Septimò, dixi ſuper propria materia, & cum legitima cauſa, quoniam docet Caiet. in ſua Sūma in verb. lex iniuſta. Et id deſum pſit à D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. quod lex dicitur iuſta, & reſpectiuè iniuſta, aliquando à materia, aliquando à fine, aliquando à forma, & aliquādo ab authore, vnde hoc idem puto dicēdum de reſcripto &c. Octauò, dixi ad inſtantiam alicuius, vel motu proprio, quia ita legimus in iure, ca. ſi motu proprio, cum ſeq. de præbend. in 6. & ibi Docto. Nonò, dixi obligans in ſuo genere &c. quia ſicut lex in ſuo genere omnino obligat. D. Tho. in d. q. 96. art. 4. tex. & Doc. communiter ſuper c. 1. de conſtit. ita quoque hoc idem eſt dicendum de reſcript. in caſu ſuo, cum faciat ius, vt ſuprà diximus, & clarius infrà dicemus; vnde meritò &c.

Quid

Digitized by Google

Quid ſit Reſcriptum obreptitium, & ſubreptitium. Art. 2.

OBſeruando quæ in iure habentur in materia de Reſcriptis, quantum tamen facit ad articulum propoſitum, talis de eis debet adnotari diſtinctio, vt reſcriptorum quædam teneant, & valeant, quædam verò ſint nulla. Hæc autē rurſus ita ſubdiuiduntur, vt quædam dicantur nulla, quia annullantur à lege ob falſitatem in illorum impetratione commiſſam, l. 2. cum omnibus ſeqq. C. ſi cont. ius. Quædam verò ſunt nulla, quia à lege prohibetur ne concedantur, l. nec damnoſa, & l. reſcripta, C. de preci. Impe. &c. De quibus omnibus infra ſuo loco dicemus. Ex qua diſtinctione puto inferendum, Reſcriptum ſubreptitium, & obreptitium nil aliud videri eſſe, niſi illud, in cuius impetratione, vel conceſſione eſſet commiſſa aliqua falſitas, videlicet in occultando verum, vel in dicendo mendacium, iuxta c. 1. de falſo, & c. quiſquis, 11. q. 3. cōtra quam deſcriptionē primo facit tex. in c. ne quis arbitretur, 22. q. 2. vbi legimus, aliud eſſe falſum dicere, & aliud tacere verum, ergo &c. Secundo ſicut reſcriptum obreptitiū videtur differre à ſubreptitio, ita quoque duæ erant aſſignandæ deſcriptiones &c. Tertio ſupra in præcedenti art. deſcriptum fuit reſcriptum in genere, vnde deſcriptio prædicta debebat conuenire cuilibet ſpeciei, quia genus ſecundum Logicos addita ei differentia conſtituit ſpeciem &c. In contrarium tamen puto eſſe reſpondendum, qđ videlicet d. deſcriptio ſit congrua ea potiſſimum ratione, quia ponderando ſingula iura, in quibus agitur de d. ſubreptione, ſemper apparet illam committi tacēdo verum, vel dicendo falſum, & mendacium; Vnde hac concluſione poſita, reſpondendo nunc ad obiecta dicimus ad primū, quod ſi conſiderentur prædicti duo actus ſecundum propriam eorum naturam, ſine dubio obiectio eſt uera, & concludit: ſed ſi conſiderentur ratione finis, & intentionis occultantis veritatem, uel dicentis mendacium, tunc ſecus eſt dicendum. Et hac de cauſa dicit D. Auguſt. in ca. ſup. in deſcriptione adducto, quod uterque dicitur reus, quia, qui ueritatem occultat, nō vult prodeſſe, & qui dicit mendacium nocere deſiderat: atque Turrecre. & alij ſuper d. ca. ne quis, diſtinguit diuerſa mendacia, & ſic demonſtrat quando ſit peccatum mortale, & quando non. Ad ſecundum uerò reſpondetur, iſtud argumentum præſuppo nere prædicta duo reſcripta, ſed an hoc ſit uerum infra artic. ſeq. dicemus. Cæterū admiſſo quòd inter ſe differant, nihilominus in intentione impetrantium dicantur conuenire, ut apparebit ex infra dicendis, & etiam ſupra adnotauimus, & propterea obiectio non videtur obſtare. Ad tertium denique dicimus, ꝙ prædicta deſcriptio reſcripti in genere ſumpti, ſine controuerſia conuenit omnibus reſcriptis habentibus debita requiſita ad legitimum reſcriptum, quæ qualia ſint, cognoſcitur ex dicta deſcriptione; ſed ſi aliquod reſcriptum reperiatur, in quo dicta requiſita, uel alterum eorum deſideretur, licèt quoad apparentiam, & quoad factum illud omnino detur, & exiſtat, quoad diſpoſitionem tamen iuris ſecus

eſt dicendum ad ſimilitudinem legis iniuſtæ. At quoniam reſcripta ſubreptitia de iure non tenent, ut infra ſuo loco demonſtrabimus, ideò non eſt inconueniens ſi prædicta deſcriptio non conueniat reſcriptis ſubreptitijs, cum non entis nullæ ſint qualitates, iuri. vulg.

An, & quomodo reſcriptum ſubreptitium differat à reſcripto obreptitio. Art. 3.

VT prius aliorum dicta breuiter hic referam, ideò Abb. ſuper ca. cum dilecta, nu. 7. eod. de reſcript. adnotat ad mentem Innoc. quòd litteræ ſubreptitiæ tunc dicantur, quando falſo expreſſo, uel ueritate ſuppreſſa fuerint impetratæ. Obreptitiæ uerò dicuntur illæ quæ per inuolutionem uerborum ironicè, uel callidè loquendo effugiunt deliberatam conſcientiam Principis, tunc enim dolo dicuntur impetratæ. Hæc differentia non uidetur undique ſatisfacere: quia reſcriptũ dolo impetratum non uidetur continere aliquid falſitatis, & ſic iuxta tex. in d. cap. ſuper litteris, eod. non poſſet dici ſubreptitium, uel obreptitium, cum aliud ſit aliquid eſſe nullum ob dolum, & aliud ob falſum: iſtæ enim duæ cauſæ ſine controuerſia annullant aliquando actum, quamuis ſeparatæ fuerint. De dolo probat text. in cap. ſedes, in fi. cum cap. ſeq. eod. & in cap. ad noſtram, de empt. & facit totus tit. ff. & C. de dolo. De falſo uerò probat text. in d. cap. ſuper litteris. uerſic. inter alios autem, & ibi Docto. An autem hoc ſit abſolutè uerum, infra ſuo loco demonſtrabimus, Bero. ſuper dicto cap. ſuper litteris, nume. 1. & 2. in 1. & 2. lect. longo diſcurſu demonſtrat quomodo poſſet ſaluari hæc opinio, quòd videlicet iſta duo reſcripta inter ſe differant. Quæ quamuis ſit communis, vt de ea teſtatur idem Bero. lo. cita. & Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. Caſ. 201. nu. 9. dicit illam eſſe et magis communem, ſiquidem vltra authoritatem Innoc. ſuper d. cap. cum dilecta, num. 3. poſſet confirmari per l. ſi idem, C. de Codicillis. Nihilominus altera opinio, & ſic negatiua ſemper mihi magis placuit, prout eam confirmat veram etiam Menoch. in d. Caſu num. 10. cum ſeq. Quamuis autem plura media adducat ad id demonſtrandum, illa tamen potiſſimum ratione videtur probari, quod vtrumq; reſcriptum nullius dicitur eſſe effectus, cum clariſſimum ſit apud omnes profeſſores, quod illa, quæ ad inuicem diſtinguuntur, debeant quoque diuerſos producere effectus, ſi quis autem plura cupiat videre de quæſtione iſta videat loca, vt ſup. citata, & præcipuè Menoch. à d. nu. 9. vſque ad nume. 22. atque nouiſſimè Maſcard. in ſuo tractat. de probat. concluſ. 1123. cum iuxta propoſitum inſtitutum ſit ſatis iſta tantum adnotaſſe.

Quid ſit veritas. Art. 4.

VEritas diuerſimodè reperitur à Doctor. definita, vnde Chriſtophor. Iauell. in ſua Philoſophia Chriſtiana tract. 2. part. 8. ca. 2. col. 5. refert plures definitiones, atque illam approbat, quæ eſt D. Auguſtini dicentis veritatem eſſe ſimilitudinem ſui principij ſine vlla diſſi-

mili-

militudine. Alberic. in ſuo dictio. in verbo, Veritas, adnot. ad mentem glo. ſuper Authen. de inſtrum. cautel. in prin. in uer. imitatio. Veritatem humanam eſſe notitiam certæ rei, maximè per uiſũ. Philoſophi peripatet. dicunt ueritatem eſſe adæquationem rei ad intellectum. Ioã. Alſtaing. in ſuo Lexico, & Zimara in ſua tabul. in uerbo, ueritas. Ex quibus omnibus puto inferendum, quòd inter intellectum, ſeu uoluntatem noſtram, & rem aliquam, reperiatur quædam ſimilitudo, ſeu adæquatio, quæ notitia, uel uirtus dicitur, atque ueritas nominatur: unde ſicut iſta ſimilitudo diuerſimodè diuiditur, ita quoque & ueritas ipſa, & propter gloſ. communiter receptam ſuper cap. 3. de regul. iur. adnot. Veritatem aliam eſſe bonæ uitæ, aliam diſciplinæ, & aliam iuſtitiæ. Ad hoc facit id quod nos docent Summiſtæ, in uerbo, Veritas. Ad hæc accedit etiam, quod ſicut homo conſideratur dupliciter, uidelicet ut perſona publica, & ut perſona priuata: ita etiam ueritas erit duplex, publica uidelicet, & priuata, atque ſucceſſiuè eius quoque definitio. Vnde ſicut ueritas iſta, eiuſque definitio eſt diuerſa, ita quoque cognitio de eis diuerſimodè habetur, hinc eſt, ꝙ Maſcard. in ſuo tractat. de probat. concluſ. 1403. per tot. docet, quomodo ueritas cognoſci ualeat quando aliter id eſt uia ordinaria cognoſci nequeat; hinc eſt etiam, quòd cum cauſæ ſæpè cõmittãtur cum Clauſula, Sola ueritate inſpecta, &c. prohibetur propterea ordo iudiciarius, Fel. in c. olim, nu. 12. de accuſat. Aret. in conſ. 84. num. 1. uerſ. ſed magna. Rom. in conſ. 519. nu. 4. & Iaſ. in l. Iuſtitia, num. 7. 8. ff. de iuſt. cum ſimil. Sed contra iſtas deſcriptiones unũ ſummopere obſtat, quòd uidelicet non ueritas, ſed opinio ſit omnino ſequẽda, l. is qui putat, ff. de acqu. hered. ubi legimus plus eſſe in opinione, quàm in ueritate; hoc idem probat etiam tex. in ca. nuper, de Biga. unde meritò &c. Cæterùm, tali obiectione non obſtante, uidetur de iure illud omnino tenendum, quod ſicut ueritas eſt adæquatio, uel ſimilitudo rei ad intellectum, uel uolũtatem, ita etiam in actu exequendi ſemper illa ſit ſequenda: atque id ulterius confirmatur per §. ſi quis rem ſuam, Inſtit. de lega. & per ca. ueritate, diſtinctio. 8. Ad obiectum autem plura eſſent adnotanda, ut congruum cognoſcatur illius reſponſum, cum ſine controuerſia nonnulli dentur caſus, in quibus attenditur opinio, in nonnullis uerò alijs attenditur ueritas, ut inprimis uideri poteſt apud Docto. in lo. adduct. & præcipuè Henric. Boic. ſuper d. c. nuper, ubi diſtinguendo demonſtrat quid iuris de iſta difficultate, & Doct. communiter ſuper l. Barbarius, ff. de off. præt. De qua quidem re quoniam etiam infra aliquid ſumus dicturi, ideò ſit ſatis hoc in præſenti adnotaſſe.

Quid ſit falſitas. Art. 5.

QVoniam contrariorum eadem eſt diſciplina l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iur. §. 1. Inſtit. eod. §. 1. inſti. Ca. de iur. perſo. cũ ſimil. ideò ex cognitione ueritatis cognoſcitur quoque quid ſit falſitas, ſiquidem ſicut ueritas eſt ſimilitudo rei ad intellectum, uel uoluntatem, ut ſuprà diximus, ita quoque falſitas nil aliud uidetur eſſe, niſi diſſimilitudo rei ad intellectum, uel uoluntatem,

in tex.

Digitized by Google

in tex. autem Authen. de inſtru. cau tel. in princ. in verb. imitatio, deſcribitur faſitas, quòd ſit veritàtis imitatio, vel veritatis mutatio, vt ibidem declarat glo. & adnotat Batto. quæ deſcriptio poſſet confirmari per l. quid ſit falſum, ff. ad l. Corneliam de falſ. Hoſtienſ. in ſumma eiuſdem tit. in princ. iudicauit addendum eſſe ad iſtam deſcriptionẽ ex certa ſcientia: cum nemo de falſo puniri debeat, niſi illud dolo fuerit commiſſum, l. 1. ff. eod. Ioan. de Ana. ſuper rubr. de falſo, nu. 2. facit tex. in l. ſi quis obrepſerit, ff. eod. & probat Clat. in ſua pract. crimi. §. falſum, verſ. excuſatur autem, cum ſeq. quæ Hoſtienſ. opinio quamuis ſit admodum probabilis, ſi tamen eſſet omnino ſequenda, ob eandem rationem etiam ad deſcriptionem veritatis ſimilis clauſula addi deberet. Cæterum defendendo Hoſtienſem, & ſuſtinendo etiam oppoſitum dicerem ego ad mentem D. Bonauenturæ ſecundo Sententiarum, diſtin. 37. art. 2. q. 3. quòd tam veritas, quam falſitas ſub duplici reſpectu deſcribi poſſent, videlicet naturaliter, & moraliter primo modo ſicut veritas eſt adæquatio, vel ſimilitudo rei ad intellectum, ſeu voluntatem, ita quoque falſitas eſt inadæquatio, ſeu diſſimilitudo rei ad prædictas potentias, vel vt vno verbo dicam cum tex. in d. Authen. falſitas eſt veritatis imitatio, ſeu mutatio, vt dicit glo. uel immutatio, vt dicit Bar. At ſecũdo mõ veritas eſt adęquatio, vel ſimilitudo prędicta cum intentione virtuosè viuendi. Falſitas verò erit dicta inadæquatio, vel diſſimilitudo, ſeu dictæ veritatis mutatio, cum intentione decipiendi, & fallendi; hinc eſt, quòd ſicut ex deſcriptione veritatis plura inferuntur, vt ſuprà adnotauimus, ita quoq; ex deſcriptione falſitatis quædam illis oppoſita cognoſcuntur.

Quid ſit mendacium. *Art. 6.*

Deſcribitur mendacium in cap. Beatus Paulus. §. ille ergo, 22. q. 2. quod ſit falſa vocis ſignificatio cum voluntate fallendi; hoc idem approbat glo. ſuper l. de ætate. §. ſi cum eſſet, in verb. mendacij, ff. de interrogat. Put. in ſuo tract. de Sindica. in verbo, Tortura, cap. 5. num. 3. atque Summiſtæ in verb. mendacium, in prin. Quę quidem definitio ad mentem Ioan. de Turrecre. ſuper cap. is autem, d. can. & q. ad 1. non videtur vndique congrua, ea præſertim ratione, quia aliquando quis loquitur verum, & credit eſſe falſum, & propterea talis oratio nõ videtur falſa. Secundo, mendacium opponitur veritati, at quoniam oppoſitio iſta non ſolùm conſiſtit in verbis, ſed etiam in factis, ergo idem quod ſuprà. Tertio, pôt quis aliquid proferre, & affirmare contra veritatẽ abſque voluntate fallẽdi, ergo talis oratio non erit falſa. His, & ſimilibus non obſtantibus, in contrarium eſt omnino reſpondendum, quòd videlicet dicta definitio ſit congrua, atque vltra auctoritates ſupra relatas demonſtratur adhuc ea ratione, quia cum mendacium in præſenti conſideretur moraliter, ideò neceſſario in eius definitione requiritur voluntas, ſi quidem dicebat D. Auguſtinus 15. q. 1. in prin. peccatum, & mendacium in tantum eſſe peccatum, in quantum ſit voluntariũ, cum à voluntate mereamur, & demereamur, ſicuti nos docet Philoſophus in Ethicis. Qua de re dicitur

tur primo in d. definitione, falſa, ſignificatio loco generis, dicitur ſecundo cum voluntate fallendi, loco propriæ differentiæ, & cum vulgaris ſit apud Logicos Concluſio, quòd vna, & eadem res poſſit diuerſa definitione definiri, ex quo definitio multiplex reperitur, ideò non oportet vlterius procedere. Cæterum ad maiorem iſtius definitionis dilucidationem non erit inutile reſpondere etiam ad obiecta; Inprimis tamen præmittere debemus ad mentem Turrecrematæ lo. cita. & D. Thom. 2. 2. quæſtione 110. artic. 1. quod mendacium conſideratur dupliciter, videlicet materialiter, & formaliter, primo modo committitur mendacium quando illa vocis ſignificatio non correſpondet rei ſignificatæ: at ſecundo modo illud committitur, quando quis dicit aliquid cum intentione fallendi; poſſet addi tertio illud committi aliquando materialiter, & formaliter ſimul; hinc eſt, quòd mendacium triplex reperitur, videlicet materialiter tãtum, formaliter ſolum, atque vtroque modo. Et ſic ni fallor, intelligimus definitionem mendacij, vt ſupra traditam. Hoc præmiſſo, dicimus ad primum argumentum, quòd illud continet mendacium materialiter tantum conſideratum, dicta verò definitio demonſtrat vtrumque, ideſt materiale, & formale ſimul. Ad ſecundum reſpondetur, quòd per terminum vocis duo poſſumus intelligere, vt adnotat ibidem Turrecremata, primum vt eſt ſignum alicuius rei, & ſic largè: ſecundum, id quod eſt proprium eius ſignificatum, & ſic ſtrictè. Vnde in d. definitione accepta fuit vox primo modo, & ſic largè: in obiectione verò ſecundo modo, & ita ſtrictè, & propterea non obſtat. Ad tertium non oportet ſpecialiter reſpõdere, cum eius ſolutio habeatur ex iam dictis, & præcipuè ad primum, &c. Ex quibus inferri debet primo, mendacium eſſe peccatum contra naturam. Socin. ſen. in conſ. 15. num. 15. in fi. & 16. uol. 1. Secundo, cum in dicta definitione dicatur, cum uoluntate fallendi, ideò dolus videtur de intrinſeca ratione huius, hoc tamen non videtur verum, per ea quæ legimus in c. primum, 22. quęſt. 2. uoluntas enim fallendi poſſet ordinari, & dirigi ad diuerſum finem, vt infra ſuo loco dicemus, meritò &c.

Quomodo falſitas, & mendacium inter ſe differant. Art. 7.

QVoniam mendacium de eius intrinſeca rõne opponitur veritati, vt cõſtat per deducta, videtur inde inferendum, illud idem eſſe cum falſitate, cum vtrumq; dicat defectum veritatis; Cæterum tali argumento non obſtante, contrarium nos docent Theologi, ꝙ videlicet mendacium, & falſum, & addendo periurium, differunt inter ſe, vt adnotat Ioan. Alſtaing. in ſuo Lexico, in verb. falſitas. Hanc autem differentiam deſumunt à definitione cuiuſlibet termini, ſiquidem ſicut mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum volũtate fallendi, vt diximus, & falſitas eſt inadæquatio rei ad intellectum, vt vltra ſupra allegata docet etiam D. Bonauentura d. lib. 2. Sententiarum diſtinct. 37. ar. 2. quæſtione 3. Et ſic ſunt definitiones omnino diuerſæ, ita quoque oportet aſſerere prædictos terminos eſſe ſimiliter inter ſe diuerſos. Confirmatur:

Digitized by Google

tur: quia voluntas committendi falſum non eſt de intrinſeca ratione illius, ut probat tex. in d. cap. ſuper litteris, Et ibi Docto. eo. de reſcript. & propterea legimus à iure ſtatutum aliquem non poſſe puniri de falſo, niſi dolo illud commiſerit, vt diximus ſupra, & nouiſſimè probat Maſcard. in d. ſuo tract. de probat. concluſ. 739. nu. 12. Cum ibi adduct. ſecùs autem eſt dicendum de mendacio, de cuius intrinſeca ratione dicitur uoluntas, vt conſtat ex eius definitione, & propterea legimus mendacem ſimpliciter aliquando puniri, l. de ętate §. ſi cum eſſet, ff. de interroga. actio. l. fi. ff. de rei vendica. & ibi Doct. Felin. in c. cæterum, num. 28. & ſeq. de iudi. Bertazol. in conſ. 470. lib. 2. Rolan. à Vall. conſil. 88. vol. 4. & per ampliat. & limita. hoc idem docet Gabriel. in ſuis concluſ. tit. de acquir. poſſ. concluſ. 5. Sed de hac re infra ſuo loco dicemus. Vnde ſtante hac concluſione uera, non obſtat modo, quod ſupra in contrarium eſt adductum, quia ad id reſpondetur, quòd ſine controuerſia mendacium, & falſum in aliquo conueniunt, & propterea dicunt iidem Theologi, omne mandaciũ eſſe falſum, cum contineat, & dicat mutationem ueritatis, ſed non omne falſum eſt mendacium, quia de intrinſeca ratione falſi non eſt uoluntas fallendi, ut conſtat ex deductis etiam in præcedentibus articulis. Qua de re, vt uno verbo omnia cõcludam, termini iſti conueniunt materialiter, differunt verò formaliter conſiderati.

Quid ſit ſimulatio, & fictio.
Artic. 8.

Fictio deſcribitur ab Alciato in ſuo tractat. de præſumpt. in princ. num. 1. quòd ſit legis aduerſus veritatem in re poſſibili ex iuſta cauſa diſpoſitio. Dicitur enim legis diſpoſitio, quia ab homine induci nõ poteſt, ut dicit iſte Doctor; an autem hoc ſit uerum, aliorum ſit iudicium, quia teſtator diſponendo de rebus ſuis, cur eſt quòd non poſſit aliquid fingere, & inſuper diſponere? Illud idem videtur dicendum de contrahentibus. Diffinitur et alijs modis, vt videri põt apud Menoch. in ſuo tract. de præſumpt. lib. 1. preſumpt. 8. num. 1. cum pluribus ſeq. & ante eum Iaſ. in l. ſi is qui pro empt. nu. 168. ff. pro empt. Et cum ſecundum omnes, fictio denotet id, quod aſſumitur contra ueritatem; ideo merito quidem Chriſtus in Euangelio aſſumpſit habitum peregrini contra ueritatem, & finxit ſe longiùs ire, & propterea fingere nõ eſt ſemper peccatum, imò aliqñ bonũ, exemplo ipſius Chriſti, & probat text. & ibi Doct. in c. affecte, & in c. ap monne, de præſumpt. Si quis autem plura uidere cupiat, videat Doct. in cita. lo. Et ita per hæc intelligimus iuxta propoſitum inſtitutũ quid ſit fictio. Sequitur modo, vt breuiter videamus quid ſit ſimulatio, quæ ſi accipiatur pro eo quod eſt contra ueritatem, eſſet idẽ cum fictione; Cæterum ſi nomen eſt diuerſum, erit et diuerſæ naturæ, l. ſi idem, C. de Codicillis, & propterea ſimulatio iuxta tot. tit. C. plus valet quod agitur, quàm quòd ſimulatè concipitur, ſemper videtur denotare malum, hinc eſt quòd cõtractus ſimula-

ſimulatus cognita ſimulatione non ualet, nec tenet, vt paſſim nos docent Doct. loquentes de ſimulatione contractus, & nouiſſimè de eo plenè multa nos docet Menoch. in d. tract. de præſumpt. lib. 3. præſumptio. 122. per tot. Vnde differentia inter fictionem, et ſimulationem illa videtur eſſe, ut fictio fiat, & ſit ordinata aliquando ad bonum, & aliquando ad malum: ſimulatio uerò ſemper uidetur ordinata ad malũ, & propterea Ioſeph. Lud. in ſua cõcluſ. 51. per tot. & Corn. in conſ. 4. uolum. 1. docent ſigna, quibus ſimulatio cognoſcatur. Becci. uerò in conſ. 52. docet illud idem de donatione. Quę ſimulatio fit, & committitur de contractu ad contractum, de re ad rem, de perſona ad perſonam, & de contractu ad eundem contractum, modo tamen diuerſo, glo. ſuper l. contra l. ff. de ll. & ſuper ca. pen. 14. q. 3. Ex quibus omnibus puto concludendum, ſimulationẽ, & fictionem nil aliud eſſe, quàm actum, quo aliquid fit, vel dicitur contra ueritatem, & propterea impropriè ſimulatio dicitur ſalſitas, Bal. in l. ſi non uerum. C. de dona. inter vi. & vxo. facit tex. in l. & qui, C. de diſtract. pign. & hoc eſt omnino notãdum, cum faciat ad intelligẽtiam ſtatutorũ, ut dicit Bal. lo. cita. Licèt autem hic quædam alia adduci poſſent, ſi quid tamen ulteriùs deſideretur, quod pertineat ad inſtitutum propoſitum, in ſequenti art. adnotabitur, &c.

Quomodo fictio, & ſimulatio differant à falſo, & mendacio.

Artic. 9.

AD intelligentiam iſtius articuli præmittendum eſſe puto, quòd mendaciũ, & ſalſum de intrinſeca eorum ratione ſunt mala, atque vltra ea, quæ ſupra diximus, id demonſtratur etiam illa ratione, quia cum mendacium, & falſum ſint priuationes ueri, ſequitur, ut cognoſcantur per ipſam ueritatem tanquam per habitum ſibi oppoſitum iuxta doctrinam Zimaræ in ſuo Theore. 96. per tot. Veritas igitur cum ſit quidã habitus ad mentem D. Tho. 2. 2. q. 109. art. 1. dupliciter conſideratur. Primò, pro eo, ſecundum quod aliquid dicitur uerum, & ſic ueritas eſt obiectum uirtutis, & nõ ipſa uirtus, & dicitur æqualitas rei ad intellectum. Secundò, accipitur pro eo, ſecundum quod aliquis dicitur uerax, & ſic eſt uirtus, & opponitur mendacio, & propterea ſicut ueritas accipitur aliquando naturaliter, & materialiter, & aliquando moraliter, & formaliter; ita etiam hoc idem eſt dicendum de mendacio, & de falſo, quod erit propterea aliquando vitium intellectus, & aliquando uitium uolũtatis. Hinc intelligimus l. error facti, & ibi Doct. C. de iuris, & fac. igno atque cognoſcimus, quomodo mendaciũ ſit de intrinſeca ratione malum, cum dicat priuationem ueritatis, & ad hoc facit tex. & ibi glo. in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. hoc tamen limita: quia reperitur aliquando contra, aliquando præter legem Dei, & ſic erit aliquãdo peccatum mortale, & aliquando ueniale iuxta tradita à Ioh. de Turrecre. in cap. primum. 22. q. 2. His præmiſſis dicimus ad articulum propoſitũ, quod falſum, & mendacium differunt à fictione, & ſimulatione, quia fictio, & ſimulatio ſunt aliquando bonæ, iuxta ea, quæ ſupra diximus in præcedenti artic. ſecùs fal-

ſum, & mendacium, quæ ſemper ſunt mala: & propterea docet D. Tho.2.2.q.111.art.1.quòd non omne, quod fingimus, dicitur mendacium, tunc enim mendacium eſſet quando res ficta nihil ſignificaret; vnde ſi ſimulatio, & fictio referantur ad aliquam ſignificationem, non eſſet mendacium, ſed figura ueritatis, hinc datur figuratiua loquutio, & Chriſtus non dixit mendacium, quando finxit ſe longiùs ire, ex quo compoſuit motū ſuum ad iter. Qua de re cum per hæc habeamus ni fallor quomodo fictio, & ſimulatio differant à mendacio, & falſo, inde inferri poteſt ad practicam, quòd ob mendacium aliquando quis priuatur ſua poſſeſſione, iuxta l.fi. ff.de rei uédic.cum alijs per nos adductis ſupra art.3.ſerè in fi. Aliquādo uerò punitur alijs modis iuxta l.contra negantem, C. ad l. Aquil.authen.contra qui.C.de non nume.pecu.authen.Item poſſeſſor. C. qui potio.in pigno. Et in d.lo. Docto.cum ſimil.Item punitur ipſe mendax aliquando ciuiliter, & aliquādo criminaliter ſecundum qualitatem caſus contingentis:at ob fictionē, & ſimulationem totum oppoſitum aliquando contingit, quando uidelicet illæ reperientur ordinatæ ad honeſtum finem, exemplo ipſius Chriſti, ut Theologi nos docent, & preſertim D.Tho.lo.cita.at ſi prædicta fictio, & ſimulatio coincidant cum falſo, & mendacio, atque ſint ordinatæ ad damnū proximi, & ad malum, tam prædicta de mendacio, & falſo, quàm alia ſimilia, uerificantur etiam de ſimulatione, & fictione. Et ita per hæc habemus, ni fallor, intelligentiam articuli propoſiti.

Quid ſit fraus, dolus, culpa, & Malitia. Artic. 10.

SIcut mendacium, & falſitas in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt, vt diximus ſupra art.7. Ita quoq; hoc idem eſt dicendum de fraude, & dolo, & propterea D.Tho.2.2.q.55.art.5. adnotat fraudem committi factis, dolum uerò factis, & uerbis. Hinc eſt, quòd Summiſtę in Verbo, Fraus, dicunt dolum malum eſſe fraudem, ſed non è contra. Hinc eſt etiam, quòd fraus committitur aliquando de perſona ad perſonam, aliquando de re ad rem, aliquando de contractu ad contractum, & aliquando de modo ad modum, iuxta glo. ſuper d.l.contra legem, ff.de ll.& ſuper cap. plerique, 14. quæſt. 3. & Summiſtę in d.uerbo, fraus. Ex quibus puto inferendum, quòd cum fraus, & dolus ſolùm factis, & uerbis inter ſe differant modis prædictis, conſequenter in reliquis uidétur conuenire, & propterea diffinito dolo uidetur etiā definita fraus, & cum I. C. in l.1. ff. de dolo dicat dolum alium eſſe bonum, & alium malum, ideò iuxta eius inſtitutum dicit, quòd dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, & macchinatio ad circumueniendum, fallendum, ac decipiendum alterum adhibita. Cui definitioni ſi addatur factis, & uerbis, erit definitus dolus malus, ut diſtinguitur à fraude; Si uerò addatur factis tantum, erit definita fraus, ut diſtinguitur à dolo. Cæterùm contra hanc deſcriptionē ſummopere obſtat unū, uidelicet, quando quis ob aliquem contractum remaneret grauatus, tunc enim diceretur fraus commiſſa. §. in fraudē, in-

Digitized by Google

inſtitu.quib.manumit. non li. Confirmatur, quia etiam in non faciendo committitur fraus. l. in fraudē, ff.quæ in fraud.credi. Quæ obiectio ne nō obſtāte idem quod ſupra eſt dicendum,& ad obiectum puto ita eſſe reſpondendum, quòd fraus duplex in iure reperitur, una enim dicitur,& eſt expreſſa, & de iſta uidetur intelligenda definitio, ut ſupra tradita. Altera uerò eſt præſumpta, & de iſta uerificatur obiectio, de qua ultra doctores ſuper l.2.C.de reſcind. uendit. uidendus eſt etiā Maſcardus in d.ſuo tract. de probat.concluſ.815.nu.56.cum pluribus ſeqq. & Menoch.lib.5.de præſumpt.præſumptione 3.num.69. cum ſeq. Ex iſta definitione doli,& fraudis uidetur de iure inferendum, culpam eſſe quid diuerſū ab eis. Culpa enim deſcribitur ab Abb. ſuper c.1.num. 12.verſic. ſed pro intuitu terminorum, de commoda.'quòd ſit deuiatio ab eo, quod bonum eſt, & per hominum diligentiam prouideri poterat. Quomodo autē culpa differat à dolo,copioſè declarat Menoch.in d. præſumpt. 3. num.124. cum pluribus ſeq. Vnde ne ſim aliorum ſimplex relator, ideò ad eum me remitto, cum in præſenti ſit ſatis,talem differentiam cognoſci ex definitione cuiuslibet termini; & propterea ulteriùs procedendo reliquum eſt modo, ut breuiter uideamus quid ſit malitia,& quomodo à prædictis diſtinguatur. Quamuis autem Summiſtæ in uerb. malitia, nos doceant illam denotare priuationem, & propterea ab ea quis denominatur malus, atq; tripliciter accipiatur,quia aliquando denotat habitum uitioſum, aliquando electionem mali, & aliquando culpā, atq; hoc idem doceat etiā D.Tho. 1.2. quæſt.78. artic.1. Ad tertium Quantum tamen facit ad rem propoſitam, malitia idem uidetur eſſe cum dolo. Bald. in l. quæ fortuitis, num.5.C.de pigno.act. Et propterea ibidem iſte doctor deſcribit dolum per malitiam,dum dicit, quòd dolus eſt malitia in alterius damnum prorumpens. Et addendo dicit ulterius illam reperiri aliquando ante contractum, aliquando in contractu, & aliquando poſt contractum; hinc intelligimus quomodo homo dicatur peccare ex malitia, de qua plura nos docet D.Thom. in tota d.quęſt.78. Et ibi Caieta. Atque iſta ſint ſatis quoad propoſitū articulum attinet.

Quid ſit ignorantia. Art. II.

VVlgaris eſt cōcluſio etiā in iure,quod quę habēt plura ſignificata, priùs diſtingui debeant, ut intelligatur id, de quo eſt habendus ſermo.l.1.ff.de dol.l.1.ff.ſi cert. pet. Hinc eſt,quòd in propoſito articulo oportet priùs diſtinguere terminum iſtū cum plura ſignificet. Ignorantia igitur ad mentem doctorum, & præcipuè Gabriel Biel. 2.ſentent.diſtinct.22.quæſt.2.Conſideratur aliquādo in oppoſitione ad ſcientiam, & ſic alia dicitur poſitiuè, alia uerò negatiuè. Primo modo alio noīe dicitur error, quia aſſentit, uel diſſentit quis rei, cuius eſt oppoſitum. At ſecundo modo aliquando negat ſciētiam in ſubiecto tam apto, quam inepto ad illā. Aliquando uerò negat eandem ſciētiam in ſubiecto apto ad eam. Secūdo conſideratur ignorantia in ordine ad obiectum, & ſic alia eſt iuris, alia uerò facti, iuxta tot.tit. ff.& C.

de iur. & fact. igno. Et quemadmodum ulteriùs ius eſt multiplex atq; factum cõſideratur in ſe quoad pręcedentia, concomitantia, & ſubſequentia; ita quoq; ignorantia eiſdẽ modis ſubdiuidi dẽt. Rurſus ignorantia cõſideratur tertio modo in reſpectu ad uoluntatem, & ſic alia eſt affectata, & craſſa, alia inuincibilis, & alia probabilis, & erronea iuxta c. fin. de conſtitu. in 6. ca. Apoſtolicæ, de cler. excommun. miniſtr. D. Thom. 1. 2. queſt. 76. art. 3. & Nauar. in conſ. 1. q. 1. eod. de conſti. Quarto deniq; cõſideratur ignorantia in ordine ad malum, & peccatum, & ſic alia eſt præcedens, alia concomitans, alia ſubſequens, illud, prædictas diſtinct. docet etiam Iohan. Alſtaing. in d. ſuo Lexicon, in verb. ignorantia, qui addit quintam diuiſionem, cõſiderando eam in reſpectu ad bonum; & propterea alia dicitur bona, alia verò mala, ſiquidem nos tenemur quarundam rerum habere ſcientiam, quarundam verò ignorãtiam. Quę omnia habẽtur ẽt apud Summiſtas in uerb. ignorantia. Ex quibus puto inferendum, primo quod ignorantia in ſuo genere dicat priuationẽ ſcientiæ, in ſpecie verò eſſet addenda differentia ſecundum qualitatẽ ſpeciei. Lõgum autem eſſet aſſignare definitionem cuiuslibet ſpeciei. Vnde ſtudendo breuitati puto non eſſe neceſſariũ ſingulas deſcriptiones adnotare, ſed ſatis ſit hoc unum obſeruare, quod ignorantia iuris, uel facti, de qua principaliter eſt agendum, nil aliud ſit, niſi priuatio ſcientiæ talis iuris, vel facti. Secundo inferendum eſt in præſenti non eſſe agendum de qualibet ignorantia, ſed ea tantum quæ dicitur iuris, vel facti, atque erit probabilis, ſeu inuincibilis, vel erronea. Qua de re cum per hæc habeamus quid erat adnotandum pro ſolutione præſentis articuli: ideò nõ oportet vlteriùs procedere.

Quid ſit ſimplicitas. *Art.* 12.

NOn recedendo à concluſione vt ſupra adnotata, dicimus vna cum Theologis, ſimplicitatem aliquando ſignificare rem nullam penitus habentem compoſitionem, & propterea Deus eſt ſumma ſimplicitas; aliquando verò denotare virtutem, quæ opponitur doloſitati; & propterea eſt amplectenda. Card. Zabarel. in Clem. 2. num. 5. de pœnit. & remiſſ. Abb. in c. veritatis, num. 1. de iure iur. & Summiſt. in verb. ſimplicitas. De qua legimus in Euangelio. Eſtote ſimplices ſicut Columbæ. Altera verò reperitur ſimplicitas, quæ opponitur diſcretioni, & iſta eſt de iure damnata, vt vltra adducta probat gloſ. ſuper cap. ſi. diſtinct. 39. & ſuper cap. ſi cupis. 16. queſt. 1. Ex quibus infertur, quòd ſicut ſimplicitas eſt multiplex, ita quoque diuerſimodè eſſet definienda. Vnde in propoſita materia accipi debet, vt eſt uirtus, & propterea æquiperatur ignorantiæ probabilis, de qua diximus ſupra, quia per vtramque quis excuſatur, ut infra ſuo loco dicemus. Hinc intelligimus unde ſit, quòd ſimplicitas dicatur legibus amica, §. cæterũ, verſic. ſed ſimplicitatem, Inſti. de legi. agna. ſucceſſ. Eſt etiam amica ueritati, & propterea in iudicio ſummario cauſæ cognoſci debent ſimpliciter. Clem. Sæpè, & ibi doct. de verb. ſignif. Et cum ſimplicitas æquiperetur ignorãtię, (vt diximus,)

hinc

hinc intelligimus etiam text. in ca. ſciendum, de pœnit. diſtinct. 2. Atque cum factū ſimpliciter dicatur eſſe ſine malitia, l. 1. C. de ædili. actio. ſequitur inde, quod ſicut quis præſumitur in dubio bene operari, l. meritò, ff. pro ſoc. ca. fi. de præſūpt. cum vulga. Ita quoque præſumitur ſimpliciter agere, & propterea bene, & ſimpliciter æquiperantur, cū ſimplicitas ſit uirtus, ut diximus, cōſequenter eſt etiam bona, & in dubio præſumptio eſt pro ea. Ex quibus omnibus concludi debet ſimplicitatem ita poſſe definiri, ut ſit actus, quo homo ſimpliciter aliquid faciat, &c.

Quomodo termini iſti cognoſcantur. Art. 13.

VVlgaris eſt propoſitio, quòd cognitio vniuerſalis ſemper præcedere debeat, Inſtit. canonica de iure canonico, in princ. §. 1. inſtitu. de iuſti. cum ſimil. Vnde ad cognitionem propoſiti articuli eſt prius animaduertendum, quòd cum contrariorum eadem ſit cognitio, l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. inſtitu. eod. in prin. & in tit. de tutel. ſimiliter in prin. Docto. in rubr. ff. de acquir. poſſ. ubi præcipuè Soci. iun. num. 30. & ſeq. Hinc eſt, quòd prædicti termini cognoſcuntur per eorum oppoſita. Cæterū, ut ad ſpecialia deſcendamus, reſcriptum, eiuſq; qualitas cognoſci debet per inſpectionem ſcripturæ, in qua illud reperitur ob vulgarem regulam Cancell. Apoſtolicæ, quòd gratia, vel cōmiſſio non teneat, niſi literis expeditis, de quibus infra ſuo loco ſumus dicturi. Et propterea aſſerenti ſe habere reſcriptū, non eſt ſibi credendum, niſi illud oſtendat. l. 1. C. de manda. Princip. ca. 1. de elect. in extrauag. cōmuni; prout etiam de hoc quoque dicemus infra in quæſtione vltima. Secundo reſcriptum ſubreptitiū, & obreptitium cognoſcitur per cognitionem ueritatis, falſitatis, & mendacij, cum clari ſit iuris per ea, quæ ſupra adduximus, quod tunc committatur ſubreptio, & obreptio, quando committitur falſitas, uel mendacium. Cognoſcū tur autem termini iſti primo cognita definitione eorum, cum ad hunc finem inuenta ſit definitio, ut Philoſophi nos docēt. Secundo cognito effectu eorum, ſicut enim diuerſos producunt effectus, ita quoque diuerſam dicuntur habere naturā. Et hac de cauſa, etiam in profeſſione legali inter modos probandi cōnumeratur modus ab effectu, ut cæteris omiſſis plenè de eo pertractat Euerard. in ſua Cent. de lo. argum. in lo. ab effectu. Quarto de dolo, fraude, culpa, et malitia eſt animaduertendum imprimis ad mentem Bal. in l. quæ fortuitis. num. 6. C. de pignor. actio. quod habent plures gradus, & propterea uidetur uerificari tex. in l. dolū, C. de dolo, quòd uidelicet indicijs cognoſci ualeāt, aliquādo tamē præſumuntur iuxta tradita ab eod. Bal. in l. leges, la tertia, num. 5. C. de ll. Lucas de Penna in l. quemadmodum. num. 6. C. de Agri. & cenſit. lib. 11. In caſu autē probationis difficile probātur. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudi. caſ. 116. num. 21. Et in ca. 208. nu. 35. adnotat modum probandi. Ad hoc accedit c. 1. cum ibi adnotatis, de præſumpt. & Io. And. ſuper ca. ſcienti, num. 1. 2. 3. & 4. de regu. iu. in 6. Ex quo ſequitur eſſe in arbitrio iudicis, & ſic boni uiri, definire quid iu

ris

Digitized by Google

ris de eorum probatione. Cæterùm in hac difficultate non eſt omittendum, quòd cum homo ſecundum eius naturam præſumatur bonus d. l. merito, ff. pro ſoc. cap. fin. de præſumpt. & Menoch. lib. 5. de præſumption. præſumpt. 1. per tot. Et propterea non præſumitur delinquere. idem Menoch. ibidem præſumpt. 2. ſimiliter per tot. Hinc eſt, quòd idem author ibidem præſumpt. 3. adnotat, dolum, fraudem, & culpā non præſumi, ſed debere probari; atque vlteriùs demōſtrat diuerſa media, quibus probari ualeat aliquid eſſe cōmiſſum dolo, fraude, uel culpa, hoc idem nos docet Maſcard. in d. ſuo tract. de probatio. Siquidē in conclu. 467. per tot. demonſtrat, quando culpa præſumatur, & quomodo illa probetur. In concluſ. uerò 814. & 815. docet fraudem non præſumi, & quibus medijs illa poſſet probari. In concluſ. deniq; 532. explicat illud idem de dolo, quod diximus de fraude. Vnde cum hæc materia probationis iſtorum termino rum copiosè habeatur in iſtis locis, ideo ulterius nūc procedēdo, Quinto loco oportet uidere, quomodo cognoſcatur ignorātia, et ſimplicitas, cum iſti termini idem ſignificent, ut diximus: ſed inprimis illud non eſt omittēdum, quod cum iſta duo cōſiſtant in animo, quemadmodū & ſcientia, ideo ſolo iuramento cognoſci poſſint. c. nulli, in fi. de elect. in 6. Senat. Pedemōt. in ſua antiq. deciſ. 71. nu. 23. 24. 46. cum ſimil. & nouiſſime Maſcar. in d. ſuo tract. concluſ. 881. per tot. Vlterius uero, licèt ignorantia regulariter præſumatur, c. præſumitur, de reg. iur. in 6. & ibi doct. idē Maſcar. in d. tract. concluſ. 879. in prin. Nihilominus oportet aliquando illam probari, & propterea idē Maſcard. in cōcluſ. 880. docet modos illam probādi. Aliquādo autem illa omnino uerificatur, & tunc debet probari oppoſitum, ideſt ſcientia, ut docet idē doctor in d. concl. 879. per tot. Quæ quidem omnes probationes ex coniecturis deſumuntur, quia cum probanda conſiſtant in animo, ut diximus, dicūtur propterea occulta, & ſucceſſiuè ad coniecturas eſt recurrendum pro illorum cognitione. l. cōtinuus. §. cum ita, in fi. ff. de uerb. obliga. & cum etiam in utroq; foro aliquādo de eis cōſtare debeat, ideo eſt adnotādū Nauarr. in d. conſ. 1. nu. 5. uerſ. ſecunda quæſt. Vltra prædicta ob æquiperationem ignorantiæ, & ſimplicitatis eſt adnotandū etiam Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſ. 193. 194. & 308. Vbi demōſtratur, quid iuris de ſimplicitate, & qn̄ aliquid dicatur dictum, uel factum ignorantia. Coniecturæ autem, de quibus diximus ſupra, quamuis adnotentur à Menoch. & Maſcard. in lo. ſupra ci. regulariter tamen deſumi debent à debitis rerum circumſtantijs, atque ipſius facti, uel negocij, cum omnis moralis actio ab illis dependeat, ut communiter nos docent Philoſophi morales, & probat tex. in c. non ſatis, diſt. 86. & diſtin. 29. per tot. ca. erit, diſt. 4. c. non debet, de conſanguinita. Nauar. in ſuo Manuali cap. 6. & Summiſt. in uerb. circumſtantia. Hinc eſt, quòd probationes in utroq; foro fieri debent ſecūdum illas. c. cum cauſam, & ibi Abb. & alij de teſti. l. 3. ff. eod. ca. 1. de pœni. diſt. 5. cum ſimil. Quę quidē circūſtātię, ut in eiſdem locis legimus, ſunt iſtę, uidelicet, Quis, quid, cur, quando, ubi, qūo, & quibus medijs, de quibus, qm̄ ēt infra ſumus dicturi, ideo iſta ſint ſatis.

An

Digitized by Google

An ex cognitione iſtorum terminorum cognoſcatur ſubreptio, & obreptio. Art. 14.

EſT vulgaris propoſitio apud omnes profeſſores, quòd uera cuiuslibet rei cognitio non habeatur, niſi per ſuas cauſas, & propterea dicebat Philoſophus lib. 1. poſt. in prin. & 1. Phyſ. in prin. ſcire, eſſe rem per cauſam cognoſcere, hoc idem docent Canoniſtæ ad gl. Summæ libri Decretal. Hinc eſt, ꝙ ſicut ad art. propoſitum dicimus ſubreptionem, & obreptionẽ tunc committi, quando uidelicet in conceſſione alicuius reſcripti committitur falſitas, & mendacium, & ſic à falſitate, & mendacio commiſſo cauſatur; ita etiam à cognitione falſitatis, & mendacij preſertim cognoſcitur præd. ſubreptio; & vlterius ſicut prædicta falſitas, & mendacium committuntur diuerſimodè, & propterea ſubreptio non eſt unica, ut etiam dicit tex. in d. cap. ſuper litteris, de reſcript. Ita quoque à cognitione iſtius diuerſitatis cognoſcitur etiam diuerſitas ſubreptionum. Ex quibus puto eſſe omnino inferendum, quòd ex cognitione prædictorum terminorum ſine controuerſia cognoſcatur etiam præd. ſubreptio. Confirmatur hoc, quia ſicut ceſſante cauſa uera, & reali dicitur ceſſare effectus, c. cum ceſſante, de appell. & ibi Doct. Tiraq. in ſuo tract. de ceſſan. cauſa. & Salicet. in l. generaliter, num. 2. 3. C. de Epiſ. & Cler. Atq; per oppoſitum poſita huiuſmodi cauſa ponitur effectus, & propterea paſſim ad notant Docto. quod ubi uerificatur, uel reſpectiuè non uerificatur cauſa, ibi debeat uerificari, uel limitari iuris deciſio. l. à Titio, ff. de uerbor. oblig. & nos infra ſuo loco dicemus. Ita quoque hoc idem uidetur dicendum in articulo propoſito, quod uidelicet remota falſitate, & mendacio in conceſſione reſcriptorum, remoueatur etiam d. ſurreptio, atque dicta falſitate poſita in eadẽ conceſſione reſpectiuè conſiderata, illa ſimiliter ponatur. Vnde his omnibus ita conſideratis ſolutio, & intelligentia iſtius articuli adeò uidetur clara, ut non ſit opus vlterius procedere.

QVAESTIO II.

De Intelligentia Capituli ſuper litteris, de reſcript. Art. 3.

POſtquam in præcedenti quæſtione adnotauimus multa, ea tamẽ breuitate, quo id fieri potuit, quæ uidebantur neceſſaria ad propoſitæ materiæ intelligentiam, & quoniam ad eundem finem facit etiam ſummopere intelligentia capituli propoſiti, ideò poſt prædictorum explicationem, conuenit modo, vt eiuſdem capituli deciſionem exponamus, cum ſit clauis in utroque iure iſtius materiæ de ſubreptione reſcriptorum. Et ut more ſolito diſtinctè procedamus pro eius cognitione, atque iuxta inſtitutum propoſitum, ſatis erit in præſenti quæſtione tria breuiter adnotare, uidelicet.

Primò, quæ, & qualis ſit intentio canonis latoris in iſto capitulo, & quid inde inferatur.

Secundò

Digitized by Google

Secundò, An deciſio, quæ in eo legitur, ſit prudenter, & rationabiliter facta.

Tertiò quæ, & quanta ſit eiuſdem vtilitas.

Quæ, & qualis ſit intentio canonis latoris, & quid inde inferatur. Art. 1.

QVoniam ſcire leges, eſt mentem, & intellectũ earum tenere. l. ſcire ll. ff. de ll. cum mens prævaleat uerbis. cap. intelligentia, de uerb. ſignif. Sebaſtianus Medic. in ſuo tract. de ll. & ſta. par. 3. q. 16. nu. 9. hinc eſt, quòd meritò quidem propoſuimus pręſentem articulũ. Cum igitur ſemper in practica illud fuerit uerum, quod in reſcriptis diuerſimodè cõmittatur, prout etiam hodie cõmittitur, ſubreptio, cum aliquando id contingat dolo, & fraude impetrantis: aliquando uerò ſimplicitate, & ignorãtia eiuſdem; Rurſus quòd illa committatur aliquando circa ſubſtantiam ipſius negocij, aliquando denique circa aliquod accidens eiuſdem, propterea apud antiquos dubitabatur, & diuerſi diuerſa ſentiebant de ualiditate, & nullitate hmôi reſcriptorum; unde Summus Pontifex Innocen. III. conſiderans hæc omnia iudicauit expediens eſſe, definire quid iuris de iſta notabili difficultate. Et ſic habemus ni fallor, intentionem canonis latoris. Hinc eſt quòd in toto contextu iſtius ſuæ decretalis tria facit. Primò enim refert principales Doctorum opiniones, quæ tunc temporis circa dictam ſubreptionem reperiebãtur. Secundò, eas diſtinguendo, & decidendo conciliat. Tertiò admonet iudicem delegatum, & eum docet quid obſeruare debeat in executione reſcriptorum. Secunda ibi, Nos igitur. Tertia ibi, & ſic. Vnde Summa eiuſdem capituli, vt omnia breuiter cõprehẽdat, talis uidetur adnotãda, uidelicet. Litteris tacita ueritate, uel ſuggeſta falſitate impetratis, ſiue dolo, ſiue ſimplicitate id cõtingat, dicebant quidam eas non ualere, alij uerò tenebant illas valere de rigore iuris: at Pontifex melius diſtinguendo definit, iudicem delegatum nullam per eas recipere authoritatem, niſi in cognoſcendo de nullitate, ſi dolo fuerint impetratæ. Si uerò ſimplicitate, poſſe procedere ſolum in forma communi, niſi ſubreptio fuerit admodum grauis. Et propterea ratio, qua reſcribens motus fuit ad reſcribendum, debet mouere delegatum in exequendo. Hæc ſumma licèt non ſit ita breuis, ut ſunt aliæ ab alijs Doctoribus adnotatæ, magis tamen placet, cum contineat omnia, quæ in d. tex. habentur.

An deciſio, quæ in d. cap. legitur, ſit prudenter, & rationabiliter facta. Artic. 2.

DIcebamus in præcedenti articulo, quòd reſcripta aliquãdo impetrantur ſuggeſta falſitate, uel tacita ueritate, dolo, & malitia; aliquando uerò ſimplicitate, & ignorantia. Vnde dubitabant antiqui, an in quolibet caſu huiuſmodi reſcripta eſſent reputanda ſimpliciter nulla, uel potius eſſet facienda aliqua diſtinctio inter caſum, & caſum, Quidam enim putabant, nullam eſſe adhibendam diſtinctionem, ſed ſimpliciter omnia huiuſmodi

modi

modi reſcripta eſſe nulla, Primò per tex. in cap. ſedes, in fi. eod. de reſcrip. & in l. & fi. ll. C. ſi contra ius &c. Vbi legitur, quòd mendax precator careat penitus impetratis, & cum in utroque caſu precator ſit mendax, meritò &c. Secundo ſicut decretum in rebus minorum per ſubreptionem interpoſitum, dicitur nullũ, l. magis puto. §. fi. ff. de reb. mino. ita quoque hoc idem videtur dicendum de huiuſmodi reſcriptis. Tertio in quolibet reſcripto ſubintelligitur illa clauſula, ſi preces ueritate nitantur, ca. 2. eod. licèt in hoc ſit differentia inter ius ciuile, & canonicum, ut ſuo loco demonſtrauimus. Quæ clauſula ſi in quolibet reſcripto ſubintelligitur, ſequitur idẽ quod ſupra. Quarto tex. in l. 2. C. eod. ſi con. ius, non annullat reſcriptum, ſed dicit iudicem datum debere cognoſcere pro tenore ueritatis, et ſucceſſiuè idem, quod ſupra, uidetur inferendum. Quinto in materia reſcriptorum uerificatur illa propoſitio, quòd in eis attendatur reſcribentis uoluntas; & propterea forma reſcripti diligenter eſt obſeruanda. c. cum dilecta, eod. de reſcript. Et ibi præcipuè Feli. eſt omnino uidendus. Et cum uolũtas iſta ob ſubreptionem non pręſumatur, meritò &c. Sexto, Qui tenetur ad aliquid, illud non faciendo præſumitur malitioſè agere, Maſcard. in ſuo tract. de probat. concluſ. 532. num. 24. Roman. in conſ. 191. num. 2. & Crauet. in conſil. 162. num. 15. at impetrantes reſcripta debent narrare ueritatem cum ſuis circunſtantijs. c. 1. de præſumpt. & ibi Doct. quod cum non ſit factum, ut præſupponitur, ergo idem quod ſupra eſt dicẽdum. His & ſimilibus non obſtantibus in contrarium fuit reſpõſum per ſummum Pont. in præſenti decretali, ita uidelicet, quod ſi reſcripta tacita ueritate, uel ſuggeſta falſitate fuerint dolo, & malitia impetrata, tũc impetrans carere debeat penitus impetratis; Si uerò ſimplicitate, & ignorantia impetrata fuerint, ualebunt in forma communi; niſi tamen ſubreptio fuerit admodum grauis, quia tunc nullo modo ualebunt, ſicuti prima; idque ſtatutum fuit. Primo, quia ſicut iura iuribus debent concordari, cap. cum expediat. de elect. in 6. l. 1. C. de inoffi. do. ita quoque hoc idem erat obſeruandum de opinionibus diuerſis, quæ circa ſubreptionem reſcriptorum reperiebantur, Vnde meritò &c. Secundo ſicut qui peccat, debet puniri, can. in his, & ibi glo. diſtin. 11. can. 2. 1. q. 7. cap. fraternitatis, & ibi Nauar. 12. q. 2. l. legis uirtus. ff. de ll. l. non dubium, & ibi Doct. C. eod. ita etiam qui magis peccat, magis puniri debet; & propterea in puniendo non ſolũm cõſideranda ſunt ipſamet delicta, ſed eorum quoque circunſtantiæ. c. ſicut, de homicidio. c. 1. de pœnitentia, diſtin. 5. l. reſpiciẽdum, & l. aut facta. ff. de pœn. At quoniam qui obtinet prędicta reſcripta dolo, & malitia, magis peccat eo, qui illa impetrat ſimplicitate, & ignorãtia, ideò magis debet puniri; & propterea idem, quod ſupra eſt dicendum. Tertio eſt vulgaris iuris propoſitio, ꝙ ex facto ius oriatur, l. ſi ex plagijs. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. l. ut reſponſum. C. de tranſact. Gigas in conſ. 1. in prin. At impetrare prædicta reſcripta dolo, & malitia, eſt factum omnino diuerſum a facto illa impetrandi ſimplicitate, & ignorantia; ergo inſuper diuerſa fieri de-

ri debebat iuris deciſio. Quæ quidē omnia confirmantur vera, reſpondendo ad obiecta. Vnde dicimus ad primum, quòd licèt precator in dictis reſcriptis ſit mendax in quolibet caſu, nō eſt tamen talis eodem modo, ut cōſtat ex deductis; & propterea dicto propoſito, mēdax precator &c. non verificatur indifferēter in quolibet caſu, ſed ſolū in certo, & ſpecifico, vt demonſtrabimus infra ſuo loco. Hinc eſt, quòd prædicta iura quoad iſtam propoſitionē attinet, videntur intelligenda ſpecificè, non autem genericè. Ad ſecundum verò reſpondetur, quòd ſicut reſcriptum, & decretum differunt inter ſe pluſquam ſpecie; ita quoque nullitas eorum videtur habere diuerſam rationem; per decretum enim acquiritur ius in re; per reſcriptum vero aliquando in re, & aliquando ad rem. c. ſi is cui, cum c. ſeq. de præben. in 6. Siquidem decretum ſapit naturam ſentētiæ, iuxta tradita per docto. ſuper rubri. de ſenten. & re iudi. At reſcriptum ſi fuerit iuſtitiæ, eſt ordinatū ad ſentētiā, meritò &c. Ad tertiū dicim' imprimis dubium eſſe, an illa clauſula, ſi preces veritate nitantur, ſubintelligatur in quolibet reſcripto; vt demōſtrabimus infra ſuo loco; ſed quomodocunq; intelligatur, inde tamen inferri nequit, deciſionem præſentis decretalis eſſe minùs rationabilem, cū ſolùm reſpiciat merita cauſæ, & ſic non videtur obſtare. Ad quartum non oportet ſpecialiter reſpondere, quia cum ſecūdū docto. non ſolùm canones, occaſione illius legis, contrariantur iuri ciuili; ſed etiam inter ſe, atque leges quoque in hoc adinuicem non cōueniunt. Vnde de huiuſmodi controuerſia, & reſpectiuè concordantia, quoniam infra non in vnico loco ſumus dicturi, ideo in præſenti non videtur neceſſarium vlterius procedere. Et propterea ad quintum argumentū reſpōdetur, quòd licèt quodlibet reſcriptum dependeat à voluntate reſcribentis, ut in eo dicitur, quoniam tamen voluntas illius debet eſſe regulata iure, & ratione, vt infra in proprio loco demonſtrabimus, ideo ita diuerſa debet eſſe, ſicut diuerſæ reperiuntur ſuppplicationes, atque modi ſupplicandi; & propterea argumentum non videtur obſtare. Ad ſextum deniq; dicimus, quòd quamuis qui tacet veritatem, vel ſuggerit falſitatem, ſit in culpa, non tamen ſemper eſt in dolo, vt diximus ſupra, & clariùs infra ſumus dicturi. Vnde textus in d. c. 1. de præſumpt. regulariter verificatur de culpa, & non de dolo, cum dolus non præſumatur, ut nouiſſimè docet Maſcard. in ſuo tract. de probatio. concluſ. 32. & Menoch. in d. tract. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. nume. 14. & ſequen. & propterea ibi per diſcurſū declaratur, & demonſtratur, quomodo dolus cognoſcatur, & probetur, & ſucceſſiuè, qua via d. regula, de culpa, amplietur, & limitetur. Quibus omnibus argumentis, ut ſuprà ſolutis vera, et clara remanet deciſio præſentis capituli.

Quæ, & quanta ſit vtilitas eiuſdem capituli. Art. 3.

OB maximam reſcriptorum frequentiā, & vſum oportet aſſerere, propoſitā decretalem eſſe in ſua propria materia admodum utilem, cū reſcripta impetrentur ſingulis diebus, atque in illorum impetratione ſæpiſſi-

ſæpiſſimè committitur etiam ſurreptio, ideo imprimis hæc deciſio eſt omnino adnotanda, ex quo per eam cognoſcimus, an, et quando re ſcripta ſubreptitia ſint nulla, ſeu va lida in totum, vel pro parte quoad vtrumq; forum, iuxta doctrinam Nauarr. in conſil. 2. de offi. delega. cum quoad vtrumque forum dubitetur aliquando de eorum validitate. Hinc eſt, quòd decretalis iſta reputatur, vt diximus, clauis totius iſtius materię de ſubreptione, & cũ reſcriptum, compromiſſum, & mãdatum habeant originem, & efficaciam ab eodem fonte, ideſt à voluntate reſcribẽtis, compromittentis, & mandantis, hinc eſt, quòd ſecundo loco eſt vtilis hæc eadẽ deciſio, quia ſicut reſcriptum efficitur ſubreptitium modis illis, qui in iſta decretali habentur, ita etiam compromiſſum, & mandatum poſſunt reputari nulla eiſdem modis. Et ratio eſt, quia ſicut in omnibus iſtis verificatur illa vulgaris regula, quòd fines mandati diligenter cuſtodiantur, l. diligenter. ff. mandati. c. cum dilecta, eod. de reſcript. l. cum man dati. C. eod. mãdati, ita quoq; uerificantur prædicti modi cõmittẽdi fal ſum. l. ſi cum dies, §. compromiſſo, ff. de arbitr. §. illud quoque, Inſtitu. manda. l. ſi remunerandi, §. rei turpis. ff. eod. cũ ſimil. merito &c. Tertio eſt vtilis eadem deciſio, quia ſicut reſcriptum ſubreptitium, dolo impetratum, æquiperatur aliquando cũ reſcripto ſubreptitio ſimplicitate obtento, quando uidelicet illa ſubreptio eſſet grauis, ut dicit textus in verſ. Si vero, ita etiam fraus ex propoſito æquiperatur cum fraude contingente re ipſa; & læſio re ipſa contingens deceptioni doloſæ æquiperatur. Cagnol. in l. 2. nu. 11. C. de reſcind. vend. l. ſi quis cum aliter, ff. de uerb. oblig. De qua quidẽ ęquiperatione cũ pertractent doct. in d. locis, & præcipuè ſuper d. l. ſi quis cum aliter, vbi præſertim Iaſ. ideo ſit ſatis id tantum in præſenti adnotaſſe. Quarto eſt vtilis eadẽ deciſio, ſiquidẽ ſicut ſubreptio cõmittitur in reſcriptis modis prædictis, ita etiam teſtis eiſdem modis poteſt falſum deponere; & propterea ſicut non ſemper eadem pœna imponitur impetrãtibus prædicta reſcripta, ita quoq; teſtis non ſemper eadem pœna debet puniri. iux. l. qui falſo. ff. de teſti. l. eos qui. ff. ad ad leg. Cornel. de falſo, c. nihilominus, 3. q. 3. Gabriel. in conſ. 42. nu. 7. uol. 1. & Ruin. in conſ. 54. num. 5. uol. 4. cum ſimil. Repugnat enim iuri, & rationi, teſtem eadem pœna puniri, ſi committat falſum ſimplicitate, quemadmodum ſi illud commiſiſſet dolo. Hinc intelligitur c. 1. de falſo, cum aliud ſit deponere falſum, & aliud illud deponere potius uno, quam altero modo. Quinto eſt ſummopere utilis eadem deciſio, quia ſicut dolus, & ſimplicitas producunt diuerſos effectus circa dicta reſcripta ſubreptitia; ita quoque ſimiles effectus debent producere circa reliqua delicta, cum illa eiſdem modis committantur; atque hac de cauſa adnotatur à criminaliſtis, quòd in iudicio criminali oporret deducere, ut non ſolùm conſtet de delicto commiſſo, ſed etiam de dolo, & ſcientia, quibus illud dicitur cõmiſſum. Ægid. Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de delict. in princ. Et num. 3. Clar. in ſua ſimili practi ca. §. fin. quæſt. 31. uerſic. ſcienter, & doloſè; Et propterea in libello accuſatorio apponuntur etiam de ſtilo hæc uerba, uidelicet, ſcienter, &

doloſè &c. ut uideri poteſt in practica Angeli, qui illa doctè declarat declarando dictum libellum, atque ad eum habentur ibidem per doct. notabiles additiones; quæ quidem qualitas ſcientiæ, & doli eſt notabilis effectus, ſi quidem ſi probata fuerit, delinquens debet puniri pœna ordinaria, ut doct. iſti nos docent. Hinc eſt etiam, quòd criminaliſtæ adnotant ulteriùs, quamlibet iuſtã credulitatem ipſius delinquẽtis excuſare eum à dolo, & ſic à pœna, Clar. in d. pract. & §. q. 60. uerſic. & generaliter ſcias, & eſt communis opinio, de qua atteſtatur Boer. in ſua deciſ. 168. nu. 11. Confirmatur, quia in delictis probationes debẽt eſſe luce meridiana clariores. l. fin. C. de probatio. Licèt id definire ſit in arbitrio iudicis, Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. caſu 279. Idque ea ratione requiritur, quia ſemper prę ſumitur bonũ, & interpretatio eſt facienda in meliorem partem, Io. de Amicis conſ. 84. num. 4. & 5. cũ ſequen. facit l. penul. ff. de pœn. Idque contingit, quia delicta non prę ſumuntur, Gabr. in ſuis concluſ. tit. de malefi. concluſ. 2. per tot. Duen. in ſua regu. 194. & nouiſſimè Menoch. lib. 5. de præſumpt. præſump. 1. & 2. per tot. & ita ad prædicta facit etiam hęc noſtra decretalis. Sexto eſt utilis hæc eadem deciſio; ſiquidẽ quemadmodum Sum. Pōt. iudicauit expediens eſſe per rationes, præſertim in præcedenti articulo adductas, conciliare ad inuicem doctorum opiniones circa materiam ſubreptionis reſcriptorum inter ſe contrarias, ita quoque hoc idem fieri conuenit in qualibet alia materia habente ſimiliter opiniones ad inuicem contrarias, ſeu diuerſas. Hinc adnotant docto. opinionem conciliantem eſſe attendẽdam, & in iudicando ſequendam, Hippol. Rimin. in prin. tit. Inſtitu. de donatio. num. 13. Gabr. in conſ. 86. nu. 10. uolum. 2. & ante eum Socin. in conſ. 112. col. 3. uol. 1. Idq; confirmatur uerum per rationem ſupra in præcedenti articulo adductam. De qua quidem opinionum cõciliatione, quoniam infra ſuo loco ſumus ulteriùs dicturi, ideo ſit ſatis id in præſenti adnotaſſe. Vltimo eſt utilis hęc deciſio, quia ſicut princeps debet moueri ad reſcribendũ, uel ad reſcriptum denegandum aliqua legitima ratione, ita etiam ipſe delegatus eadem, uel alia ſimili ratione debet moueri ad illud exequendum, uel non exequendum, argumento cap. in cauſis, ubi Abb. & alij. de re iudi. Hinc eſt, quòd inferiores debent in ſuis actionibus ſuperiorem imitari, & propterea talis eſt populus, qualis eſt Princeps. §. 1. & ibi glo. Inſti. cano. de uita, & honeſta. cleric. De qua re cum ſimiliter infra ſimus dicturi, idcò non oportet ulterius procedere.

QVAESTIO III.

De qualitate Reſcriptorum. Art. 15.

POſtquam in præcedẽtibus quæſtionibus adnotauimus, atque explicauimus multa, quę erant omnino neceſſaria pro diſtincta cognitione propoſitæ materiæ, conuenit modo, vt uideamus naturam, & qualitatem eiuſdem. Ad cuius intelligentiam,

tiam uidetur etiam expediens hãc naturam, & qualitatem adnotare de reſcriptis in communi; & propterea, meritò quidem in præſenti proponitur hæc quæſtio, in qua uidendum eſt, videlicet.

Primo, An, & quomodo reſcripta diuidantur.

Secundo, An omnia reſcripta differant inter ſe una differentia.

Tertio, An reſcripta ad lites, & ad gratias inter ſe differant, & quo modo.

Quarto, An primum, & ſecundum reſcriptum differant inter ſe, & quomodo.

Quinto, An per reſcriptum acquiratur aliquod ius.

Sexto, An omnia reſcripta ſint eiuſdem formæ.

Septimo, An omnia reſcripta ſint eiuſdem intelligentiæ, & interpretationis.

Octauo, An omnia reſcripta ſint eiuſdem uirtutis, & executionis.

Nono, An omnia reſcripta ſint realia, uel perſonalia.

Decimo, An omnia reſcripta impetrari ualeant pro alio ſine mandato.

Vndecimo, An ius per reſcriptum acquiſitum, ſit ſeruandum in utroque foro.

Duodecimo, An reſcripto poſſit derogari, uel abrogari.

Decimotertio, An validitas reſcripti dependeat ab expeditione litterarum.

Decimoquarto, An reſcripta ſint communia utrique parti.

Decimoquinto, An reſcripta ſint perpetua.

An, & quomodo Reſcripta diuidantur. Art. 1.

Reſcripta publicã non eſſe diuidenda, ea ratione demonſtrari poteſt, quia omnia dependent ab habente iuriſdictionem, ut diximus, ſupra q. 1. art. 1. Vnde ſicut iuriſdictio eſt vnica, ita quoque reſcriptum debet reputari unum, cum ab uno non proueniat, niſi unum. Zimara in ſuis Theorematibus theor. 12. per tot. Sed in cõtrarium eſt omnino de iure reſpondẽdum, cum in iure diuerſa habeamus loca, in quibus diuerſa explicantur Reſcriptorum genera, vt infra dicemus. Nec obſtat ratio ex aduerſo adducta, q a illa propoſitio, ab vno non prouenit &c. eſt diminuta, cũ integraliter ita ſe habeat; Ab uno, in quantum unum, non prouenit niſi unum, ut ibidem declarat iſte Doctor. At in caſu noſtro princeps uigore iuriſdictionis concedendo diuerſa reſcripta, non ſemper eodẽ modo ſe habet, ut apparebit ex infra dicendis. Qua de re deueniendo ad illorum diuiſionem, Primo conſiderantur reſcripta in iure ratione loci, in quo explicantur, & ſic aut id contingit in genere, & de eis pertractatur in tit. de reſcript. lib. 1. decretal. 6. & Clement. Aut in ſpecie, & ſic, aut ratione iudicij, & de eis habetur omnino in tit. de offic. & poteſt. iudi. deleg. dd. librorum. Aut ratione beneficij & ita illa explicantur in tit. de preben. & conceſſ. prebend. eorundem libr. Aut ratione priuilegij, & iſta habentur in tit. de priuileg. dd. librorum. Secundo conſiderantur reſcripta ratione finis, & ita ſicut finis eſt diuerſus, ita etiam diuerſa dantur

tur

Digitized by Google

tur reſcripta. Hinc eſt, quod quædam conceduntur ad liberandũ aliquem ab aliqua pœna, l. nec damnoſa. C. de preci. Imp. quædam ad acquirendum alicui ius aliquod. l. uniuerſa. C. eodem, Et quædam ad aliquid definiendum, & dicuntur reſcripta ad lites. c. plerumque, eodem, de reſcrip. & ita de reliquis. Tertio, conſiderantur reſcripta ratione concedentis, & petentis; & ſic quædam concedũtur motu proprio; quædam uerò ad petitionem alicuius, c. ſi motu proprio. cum ſequen. de præben. in 6. §. ſed multũ. Inſtitu. canonica de collatio. Quarto, conſiderantur ratione materiæ, & ſic quædã ſunt ad lites, quædam uerò ad gratias, atque iſtæ due ſpecies copioſè explicãtur à Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. caſ. 201. & 202. per tot. Reſcripta enim ad gratiam ex parte materiæ adhuc ſubdiuiduntur, quemadmodum diuiditur gratia, quæ arg. tex. in §. 1. Inſti. cano. de immunita. conſideratur ratione perſonæ, ratione bonorum, ratione loci, & ratione temporis. Quinto, conſiderantur reſcripta ratione formæ; & ſic de eis poteſt dari diſtinctio deſumpta à Clement. 1. de conceſſ. præben. §. per reſcriptum. d. Inſti. de collatio. ubi legimus reſcriptum, unum eſſe ſimplex, aliud ſub conditione, & aliud tempore adiecto. Sexto, conſiderantur reſcripta ratione temporis; & ſic quædam ſunt perpetua, quædam temporalia, cap. 7. de immunitate, de quibus infra dicemus. Septimo, conſiderantur ratione medij, & ſic quędam dicuntur doloſa, quę dam uerò ſecùs. cap. ſuper litteris. eod. de reſcript. de quo diximus ſupra. Octauo, conſiderantur ratione ualiditatis, & ſic quædam ſunt ualida, quædam uerò inualida, & nulla, idque contingit, uel quia à lege prohibentur, d. l. nec damnoſa, uel quoniam per ſubreptionẽ conceduntur, iuxta d. cap. ſuper litteris. Hæc omnia uolui adnot. quia in quolibet genere eorum ſubreptio committi poteſt, ut apparebit ex infra dicendis.

An omnia reſctipta differant inter ſe vnica differentia.
Artic. 2.

AD intelligentiam iſtius articuli conuenit prius præmittere, quòd differentia alia dicitur ſubſtantialis, alia uerò accidentalis, ut nos communiter docent logici. Ex quo ſequitur quòd ſi articulus iſte ueniret intelligendus de differentia ſubſtantiali, illud ſolum uidetur negocium facere, quod aliquando plures aſſignari poſſent cauſæ alicuius reſcripti, & propterea ſicut cauſæ ſunt plures, ita quoque differentia iſta non erit unica. Si uerò ſit intelligendus de altera differentia, & ſic de accidentali, longè plures illæ uidentur eſſe, tum ob pluralitatem accidentium; tum ẽt, quoniam Rebuff. in ſua practi. beneficiali in tit. de differen. reſcript. plures explicat, de quibus nos infra in ſequenti articulo dicemus. In contrarium tamen facit potiùs ratio philoſophica, quàm legalis, quia unius rei unica uidetur eſſe cauſa formalis, cuius eſt proprium dare eſſe, l. Iulianus, ff. ad exhiben. Ad obiectum puto ita eſſe reſpondendum, quod uidelicet illud omninò teneat quoad differentias accidẽtales, ob rationem ſupra ſignatam. Quoad alias uerò imprimis ad notan-

notandum eſt in communi, quod reſcriptum poteſt conſiderari dupliciter, Primo, ratione ſuæ intrinſecæ naturæ; Secundo, ratione ſuæ extrinſecæ perfectionis: ſicut enim duplex in iure reperitur ſolemnitas, intrinſeca ſcilicet, & extrinſeca, iuxta communiter adnotata per Docto. in l. ſciendum, ff. de uerbor. oblig. & propterea aliquando in aliquo actu utraque requiritur, iuxta l. magis puto. ff. de reb. eor. ca. nulli, ubi Docto. de reb. eccleſ. non alienan. cap. ſine except. 12. q. 2. & Doct. in l. non dubium. C. de leg. Ita quoque duplex poteſt dari differentia: ſed quouis modo reſcriptum cōſideretur, adhuc cauſa aliquādo eſt una, & aliquando ſunt plures; & propterea adnotāt Doctores, quòd illa regula, ceſſante cauſa ceſſat effectus, limitatur, quando cauſæ eſſent plures. Tiraquel. in expoſitione d. regulæ, limit. 22. & Euerard. in ſua cent. de loc. argumentorum, in loco à ceſſante ratione legis, nu. 5. Vnde his adnotatis quoniā cauſa reſcripti ſubſtantialis, ſiue fuerit intrinſeca, ſiue extrinſeca, ſiue fuerit una, ſiue plures, una uidetur reputanda differentia, quia quælibet prædictarum cauſarum, ſi plures fuerint, dr̄ partialis, & oēs ſimul iunctæ dicitur una totalis, & conſequenter una erit differentia, quæ doctrina licèt ſit communis, ſi tamen applicata fuèrit ad quamlibet diſtinctionem de reſcriptis, ut ſupra traditam, clariſſima, ni fallor, apparebit, eam eſſe ueram, & uerificari in qualibet ſpecie reſcripti; & propterea non oportet vlterius procedere.

An Reſcripta ad lites, & ad gratias, differant inter ſe, & quomodo. Artic. 3.

QVoniam omnia reſcripta reducuntur ad iſtas duas ſpecies litis, & gratiæ, & propterea Doct. longo diſcurſu de eis pertractant uarijs in locis, ut præſertim uideri poteſt apud Rebuff. in d. ſua practi. benefi. tit. prædicto de differ. reſcript. ideò apud eundem Doctorem lo. cit. non ſolùm legimus illa inter ſe differre, ſed etiam multiplici differentia eſſe diuerſa. Ad hoc facit omne quod diximus in præcedenti articu. Cæterùm ut breuiter adnotemus compēdium huiuſmodi differētiarum, dicimus, primam differentiam deſumptam eſſe à nullitate, quia litteræ ſubreptitiæ ad gratiam ſunt nullæ; ſecùs uerò ſecundum unam opinionem, litteræ ad lites. Secūda eſt deſumpta à conſenſu partis, quia litteræ ad gratiā non ualent etiam de conſenſu partis; ſecùs uerò ſi fuerint ad lites. Tertia deſumitur à mentione facienda, quia priuilegium ualet quamuis in eo non fiat mentio de alio priuilegio iuris communis; ſecùs litteræ ad beneficia. Quarta deſumitur à modo ſignandi, quia gratia ſolet ſignari per fiat, iuſtitia uerò per placet. Quinta deſumitur ab impetrante, quia gratia poteſt impetrari à non habente mandatum, ſecùs uerò iuſtitia. Sexta deſumitur ut tertia, ſed modo diuerſo; ſiquidem gratia non tenet, ſi in ea non ſit facta mentio de priuilegijs; ſecus contingit in litteris iuſtitiæ. Septima deſumitur ut quarta, ſed ſimiliter modo diuerſo, nam gratia ſolet concedi filo ſerico, litteræ uerò iu-

rò iuſtitiæ cum filo canapis. Octaua deſumitur a facilitate, quia litteræ ad gratiam difficiliùs impetrantur quam litteræ ad lites. Nona deſumitur à contradictione, quia gratia cōceditur ſine contradictione, ſecùs iuſtitia; & ideò ad eam ſecundum vnam opinionem requiritur citatio partis. Decima deſumitur ab eo, cui litteræ diriguntur, quia litteræ iuſtitiæ diriguntur tantum illis, qui ſunt in aliqua dignitate cōſtituti, ſecùs uerò litteræ ad gratiā. Vndecima deſumitur à qualitate litterarum ad gratiam, quia quædā dicuntur iuſtitiæ, cum ſint pro paupere, quædam uerò ſecùs. Duodecima deſumitur ab ambitu, quia litteræ ad gratias ſunt ambitioſæ, & propterea ſunt ſtricti iuris; ſecùs litteræ iuſtitiæ. Decimatertia deſumitur à perpetuitate, quia litteræ ad gratiam ſunt perpetuæ; ſecus litteræ ad iuſtitiam. Decimaquarta deſumitur ab impetrante, quia laicus non poteſt impetrare litteras ad beneficia, ſecùs uerò ad iuſtitiam. Decimaquinta deſumitur à derogatione, quia in litteris ad gratiam apponi ſolet clauſula, non obſtantibus, ſecùs in litteris ad lites. Decimaſexta deſumitur à duratione, quia litteræ ad lites durant per annum, ſecùs litteræ ad gratiam. Decimaſeptima deſumitur ab effectu, quia litteræ ad gratiam tribuunt ius, ſecùs uerò litteræ ad lites. Decimaoctaua deſumitur à qualitate cōfirmationis, quia reſeruatio, & collatio beneficij, confirmatur per litteras gratioſas, & non iuſtitiæ. Decimanona deſumitur à regiſtro, qa litteræ ad lites non ſolent regiſtrari, ſecus litteræ ad gratiam. Vigeſima deſumitur a b exceptione, quia exceptio taciturnitatis, non poteſt opponi contra litteras cōtentioſas, ſecùs contra litteras gratioſas. Vigeſimaprima deſumitur à difficultate durationis, quia litteræ ad gratiā difficiliùs expirant, ſecus litteræ ad lites. Vigeſimaſecunda deſumitur à præſentatione, quia in litteris ad lites inſpicitur tempus præſentationis, ſecus in litteris ad gratiam. Vigeſimatertia deſumitur à clauſula, quia litteræ ad lites non ualent ſine clauſula, ſi preces ueritate nitātur; ſecùs uerò litteræ ad gratiam. Hæc eſt ſumma doctrinæ Rebuff. in d. tit. de differentijs reſcriptorum. Quāuis autem quælibet earum indigeat ſpeciali declaratione, & iurium allegatione; nihilominus cōſultò in præſenti illas prætermiſi, quia infra ſuis proprijs locis id totum explicabimus de eis, quod faciet ad rem propoſitam, & propterea ſit ſatis iſta nunc adnotaſſe, iuxta doctrinam iſtius doctoris. &c.

An, & quomodo primum & ſecundum reſcriptum inter ſe differant. Art. 4.

ARticulus iſte eſt admodū uſu frequens, atque explicatur à doctoribus ſuper c. ceterū. eod. de reſcript. Vnde Abb. antequā ueniat ad explicationem eorum, adnotat ſub nume. 1. 2. & 3. de eis tres regulas, quarum prima eſt, quòd in reſcriptis impetratis ad lites ab utraque parte ſtandum eſt reſcripto habenti priorem datam, de qua infra ſuo loco ſumus dicturi. Secunda eſt, quod ſecundum reſcriptum tunc tollit primum, quando de eo mentionem facit, ſecùs aliter. De hac regula hic infra ſumus dicturi. Tertia eſt, quod ſecundum reſcriptum

non

non tollet primum impetratum de conſenſu partium, niſi faciat mentionem, non ſolùm de primo, ſed etiam de iſto communi conſenſu ut autem diſtinctè procedamus, tria breuiter ſunt uidenda. Primo, An ſecunda, & tertia regula ſint ueræ. Secundo, An ſecundum reſcriptum ſit nullum, ſi mētionem non faciat de primo. Tertio, An faciendo mētionem de primo tollat illud ipſo iure. Quoad primū cum reſcriptum æquiperetur iuri, ut diximus ſupra & infra quoq; dicemus, ſequitur inde, qđ ſicut leges priores trahuntur ad poſteriores, quæ potiores propterea dicuntur. l. non eſt nouum. ff. de ll. l. fi. ff. de conſti. Idq; ſimpliciter fieri poſſe uidetur §. penult. Inſtitu. de iu. natu. l. de quibus. in fi. ff. eodē de ll. cum ſimil. ita quoq; hoc idem uidetur dicendum de reſcripto, & ſucceſſiuè illa mētio non uidetur neceſſaria. At ſi eſſet ponenda differentia inter iſta duo, tunc uidetur de iure dicendum, primum reſcriptum non poſſe modo aliquo reuocari, quia quando alicui eſt aliquod ius acquiſitum ſine facto eius, ab eo remoueri non debet. vulg. reg. Id quod noſtrum. ff. de reg. iu. ergo &c. In contrarium tamen eſt reſpondendum per dictas regulas Abb. Item per tex. in d. c. cæterùm, & ibi vltra Abbatem reliqui Docto. communiter. His accedit tex. in ca. 1. de conſti. in 6. ex quo enim conſtitutiones particulares ſunt quid facti, & in facto conſiſtunt, ut dicit ibi tex. & propterea in earum reuocatione de eis eſt omnino facienda mentio, hoc idem eſt dicendum de reſcriptis, cum multò magis ſint particularia, ideò idem quod ſupra. Nunc ad obiectum dicimus, quòd per legem poſteriorem, aut derogatur legi priori uniuerſali, & tunc uerificatur obiectio; aut derogatur legi priori particulari, & tunc obiectio non tenet, & de lege priori in poſteriori eſt facienda mentio, ut dicit tex. in d. cap. 1. de conſti. in 6. & ibi Ant. de Butr. & alij, & Doct. ad Bart. ſuper l. omnes populi. nu. 29. in uer. per ſequens. ff. de Iuſtit. & iure. Ad confirmationem uerò dicimus, reſcripta æquiperari conſtitutioni perticulari, & non uniuerſali; & propterea uerificantur adducta ſupra pro hac parte. Quoad ſecundum, hoc præmiſſo, quod in ſecundo reſcripto non ſit facta mentio de primo, ſine cōtrouerſia iſtud ſecundum eſſet ſubreptitium; & propterea meritò dubitatur, an tanquam ſubreptitium debeat dici ipſo iure nullum. De qua quidem dubitatione, quoniam in proprio artic. ſumus dicturi, ideò ſtudendo breuitati deuenio nunc ad tertium quæſitum ſupra in ordine propoſito. An igitur primum reſcriptum, reuocatum per ſecūdum, prout præſupponitur, dicatur propterea nullum ipſo iure, Doctores non conueniunt inter ſe. Quidam enim ut refert etiam Abb. ſuper d. c. cæterùm. nu. 10. tenent prædictum primum reſcriptum eſſe ipſo iure nullum, & ſucceſſiuè, ſi eſſet fabricatus proceſſus coram iudice dato uigore talis reſcripti, nullo modo teneret; hoc tamē præmiſſo, quod habuerit notitiam talis reuocationis, argumento ca. ex litteris. de offic. iudicis deleg. probat tex. in ca. mandato, & ibi Doct. de procurat. §. ad hæc etiam, & ibi glo. Inſti. can. eod. Nonnulli uerò tenent oppoſitum, quòd uidelicet dictum primū reſcriptum ſit nullum ope exceptionis; & ratio

D eſt

eſt, quia cum ſecundum reſcriptum præſupponatur impetratum ad inſtantiam partis, potuit illa huiuſmodi impetrationi renunciare, ergo &c. Nonnulli uerò diſtinguendo diuerſos caſus demonſtrãt, quid iuris de iſta difficultate, ut ſuper d. ca. uideri poteſt, & præcipuè apud Abba. Ant. de Butr. Deci. Feli. & alios, & Innoc. ſuper ca. cum contingat. eod. de reſcript. præcipua autem diſtinctio deſumitur partim ex parte modi, quo ſecundum reſcriptum apparet conceſſum, ſi quidem aliquando id contingit motu proprio ipſius reſcribentis. Aliquãdo uerò ad inſtantiam alicuius: partim uerò ex parte formæ, quia d. ſecundum reſcriptum aliquando cõceditur ſimpliciter, aliquando autem habet clauſulam decreti irritãtis. Cæterùm, quomodocunque illud ſecundum concedatur, conuenit prius uidere, quid ſit dicendum in genere, &, ut iuriſtæ dicunt, regulariter. Ad id autem intelligendum debemus præmittere, quòd iſta duo reſcripta ita ſe habeant ad inuicem, ut ſimul ſtare nequeant: hoc præmiſſo, puto regulariter illam opinionem eſſe ſequendam, quæ tenet, dictum primum reſcriptum eſſe nullum ope exceptionis, per ea, quæ ſupra ſunt deducta; & propterea proceſſus factus coram Iudice reuocato, & reuocatione nõ oppoſita, tenet, & ualet, ut adnotãt Docto. ſuper d. cap. cæterùm, ubi præcipuè Feli. & nos infra ſuo loco dicemus. Hanc concluſionem iudicarem eſſe ampliandam, etiam ſi reuocatio eſſet facta motu proprio; dum modo tamen id contingat ob intereſſe priuatum; ſecùs uerò puto dicendum ob intereſſe publicum. Atque ſub hoc reſpectu cenſeo eſſe intelligendos Doctores, deſumendo dictam diſtinctionem ex parte modi: Exiſtimarem uerò illam eſſe limitandam, ſi d. reuocatio eſſet facta cum d. decreto irritante, quia decretum iſtud afficit tã ignorantes, quàm ſcientes. c. 1. de conceſſ. preben. in 6. Clement. 1. eod. & ibi Doct. Et quoniam de hac re etiam infra ſumus dicturi, ideò quantum facit ad propoſitum inſtitutum, ſit ſatis iſta tantum adnotaſſe. Si quis autem plura uidere cupit, uideat Feli. ſuper d. c. cæterùm. nu. 24. uſque ad finem ſuæ repetitionis, &c.

An per Reſcriptum acquiratur aliquod ius. Artic. 5.

PEr ea, quę diximus ſupra in præcedenti quæſtione ſecunda, articulo primo, ſine cõtrouerſia tenendum eſt, reſcriptum tribuere ius; hoc tamen non obſtante Rebuff. in d. ſua practica tit. de differen. Reſcript. uerſ. 17. putat eſſe diſtinguendum, ita uidelicet, quod reſcriptum ad gratiam tribuat ius; ſecùs uerò reſcriptum ad lites. Cæterùm, ut per oppoſita intelligamus, quid iuris, primo uidetur dicẽdum, reſcripta non tribuere aliquod ius, qa ſi id facerẽt, illud eſſet de futuro ad ſimilitudinem conſtitutionum. l. leges. la 2. C. de ll. cap. 2. & fin. de conſti. ſed hoc non eſt uerum. cap. quia nonnulli, & ibi glo. in uerbo, ad futuras, eodem de reſcriptis, meritò &c. Secundo, ſi reſcripta ſunt inuenta, & introducta ad iuris obſeruantiam, ut dicunt Doct. ſuper d. rubrica de reſcript. ſequitur idem quod ſupra. In contrarium tamen eſt communis doctrina, quæ con-

firmatur

firmatur per cap. ſi cui, c. ſi tibi abſenti, c. penult. de præben. in 6. & propterea habemus tale ius acquiſitum aliud eſſe in re, & aliud ad rem, c. ſi is. cum ſequen. eod. & in c. ſi papa. de priuileg. eod. in 6. & in c. in his. eod. extra, legimus, reſcripta eſſe interpretanda, ut aliquid operentur. Ad hæc accedit ratio naturalis, quia omne reſcriptum in comparatione ad ius commune, aut eſt contra l. aut ſupra, aut præter, aut ſecundum, argumento eorum, quæ docēt Doctores ſuper c. ſi. de conſuet. ubi præſertim Henric. Boic. Vnde quodcunque detur; ſemper uidetur tribuere aliquod ius, quemadmodum ipſa conſuetudo; ſiquidem ſi fuerit contra, derogat iuri, & aliquid alteri tribuit; ſi fuerit ſupra, interpretatur, argumento c. cum dilectus. de conſuetu. ſi fuerit præter, caſus eſt clarus, quia imitatur legem, argu. §. ex non ſcripto, Inſti. de iu. natu. cum vulga. Si denique fuerit ſecundum; tunc uidetur datum ad iuris obſeruantiam. His accedit, quod ſicut ſtatutum diſponens id, quod ius commune, aliquid nihilominus dicitur addere, ut vltra Doct. ſuper l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. uidendus eſt omnino Antonius de Butr. ſuper c. 1. eod. de reſcript. nu. 13. uerſ. hic uidenda ſunt duo, cum ſequen. & ibi alij communiter: ita etiam hoc idem eſt dicendum de reſcript. Qua de re non uidetur neceſſarium aliud adducere, cum etiam l. prima, ff. de conſtitut. idem, quod ſupra, clarè demõſtrat. Et propterea tota difficultas uidetur nunc conſiſtere circa iſtius concluſionis intelligētiam. Quoniam igitur omne reſcriptū, quoad hunc articulum attinet, reducitur ad lites, & ad gratiam, ideò puto animaduertēdum, quod ſicut iura quædam ſunt ordinatoria, quædam uerò deciſoria, Doct. ſuper c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſti. cap. quod Clericis. de for. compet. & l. cunctos populos. C. de ſum. Trini. ita quoque ius alicui per reſcriptum acquiſitum, aut reſpicit merita cauſæ, & ſic erit deciſorium; aut reſpicit ipſummet iudicium, & ſic uidetur eſſe ordinatorium. Primo modo non poteſt dari aliqua regula ad illud cognoſcendum, ob diuerſitatem negociorum. At Secundo modo tale ius aut erit quoad perſonam Iudicis, ut uidelicet talis cauſa cognoſcatur à tali iudice, & non ab alio: aut erit quoad modum procedendi, quòd uidelicet cauſa cognoſcatur ſummariè, iuxta Clem. ſæpe. de uerb. ſignifi. §. penul. Inſti. cano. de iudicijs. Qua de re quomodocunque illud conſideretur, ſemper uidetur tribuere aliquod ius, licēt ob dictam cauſam diuerſitatis negociorum non cognoſcatur, quale illud ſit; unde non obſtant, quæ ſupra ex aduerſo ſunt adducta, quia quando Rebuff. dixit reſcripta ad lites non tribuere ius, id uidetur dixiſſe reſpectu meritorū cauſæ, cum illa concedantur ad dirimendas lites. l. ſicut. §. ſed ſi, uerſ. ſed quæ. ff. ſi ſeruitus uendicetur. l. ex diuerſo. § r. ff. de rei uendica. Hinc ſoluitur primum & ſecundum argumētum ſupra in contrarium adducta: ideò enim ibi fuit dictum, reſcripta non concedi ad futura, quia conceduntur ad finem prædictum; & in hoc reſcriptum differt à lege, ſi tamen fuerit ad lites conceſſum: Si uerò fuerit ad gratiam, conuenit cum l. quia ſicut lex futuris negocijs dat formam, ut dicunt iura ſupra adducta, & aliquando etiam præteritis,

& præſentibus, ita quoq; hoc idem eſt dicendum de reſcripto ad gratiam. c. priuilegia. diſt. 3. Ex quibus quidem non ſolùm prædicta duo argumenta remanent ſoluta, ſed etiã intelligimus, quomodo reſcripta dicantur conceſſa ad iuris obſeruantiam. Vnde, vt omnia concludamus, reſcripta ſemper tribuerent aliquod ius. Quod quidem aliquando eſt ordinatorium, & aliquando deciſorium, & ſic aliquando in re, & aliquando ad rem. Vnde meritò &c.

An omnia reſcripta ſint eiuſdem formæ. Artic. 6.

INter vtiles articulos, qui in iſta materia examinari poſſent, hic nunc propoſitus, uidetur primum locum tenere; ſi quidem reſcripti forma cognita, cognoſcitur ferè id totum, quod pertinet ad illud. Vnde pro eius cognitione præmittendum eſt, formam, alio nomine ſolemnitatem nominatã, duplicem eſſe, intrinſecam uidelicet, & extrinſecam, vt nos docent communiter Doctores, & præcipuè Bart. ſuper l. ſciendum. ff. de uerb. oblig. quarum vna præſumitur, ſecùs uerò altera. Quando autem id contingat, copiosè, & doctè nouiſſimè explicat Menoch. lib. 3. de præſumpt. præſump. 152. per tot. Hoc autem præmiſſo, quoad formam intrinſecam in communi, alia regula adnotari nequit, niſi definitio reſcripti ſupra adnotata; ſiquidem ſicut forma dat eſſe rei; l. Iulianus. ff. ad exhiben. & definitio mõſtrat naturam cuiuslibet rei definitæ, & ſic formam ipſam; ita quoque à definitione eſt deſumenda cognitio illius. In particulari uerò ut aliquid adnotemus, vlteriùs oportet priùs præmittere, quod per reſcriptum duo poſſumus intelligere, unum uidelicet, quòd Princeps reſcribit definiendo caſum: alterum verò non ſolùm id, quod Princeps reſcribit, ſed etiam explicationem facti. Licèt autem unum aliquando dependeat ab altero, regulariter tamen per reſcriptum vtrumque intelligere debemus. Et ratio eſt, quia Princeps, vel ſuperior reſcribendo dat formam facto ſibi propoſito, quæ iuxta c. ſuper litteris. eod. de reſcrip. aliquãdo eſt communis, & aliquando ſpecifica, vt infra ſuo loco dicemus; vnde ſicut talis ſuperior diuerſimodè poteſt reſcribere, & de facto reſcribit, ita quoque forma iſta eſt adeò diuerſa, cum dependeat à libera, licèt rationabili, uoluntate reſcribentis, vt certa regula regulari nequeat; niſi dicamus, quòd debeat ſe conformare cum diſpoſitione iuris, vt infra dicemus; & ſi propterea de reſcripto dubitetur, recurrendum eſſet ad Calder. eod. tit. de reſcript. conſ. 5. 6. per tot. Quo ad ſolemnitatem uerò extrinſecam obſeruo, aliam inductam eſſe à iure, aliam autem à conſuetudine. Hinc eſt, quòd ſecundum diuerſitatem locorum, & ſuperiorum, illa poteſt diuerſa reperiri. Vnde, vt nonnulla obſeruemus, dicimus Primo, quod ſi reſcriptum fuerit ad lites in cauſa eccleſiaſtica, illa committi non debet, niſi perſonæ exiſtenti in aliqua dignitate eccleſiaſtica. cap. ſtatutum, & ibi Docto. communiter eod. de reſcrip. in 6. Concil. Tridẽt. ſeſſ. 25. de reforma. cap. 10. quod incipit, quoniam ob malitioſam. quæ quidem ſolemnitas non eſt neceſſaria in reſcriptis ad gratias, vt adnotat

tat Rebuff. in d. practi. & tit. verſi. 10. diff. Limitatur autem iſta ſolemnitatis deciſio ratione ſtili alicuius loci, vt adnotat idem Rebuff. d. loco. Hinc eſt, quòd hic Peruſiæ cauſæ prædictæ committuntur etiam alijs de ſtilo Curiæ. Quid autem intelligere debeamus per dignitatem eccleſiaſticam, docent Doct. ſuper cap. de multa, de præben. & Archidi. ſuper c. 1. de conſuetu. in 6. Secunda ſolemnitas eſt, quod litteræ ad gratiam ſignantur per fiat, Ant. de Butr. in conſ. 49. nu. 1. litteræ uerò ad lites per placet. Idem Rebuff. in d. tit. uerſ. quarta ſignatura. Hác ſolemnitatem copioſè explicat Gomeſ. in ſuo compendio vtriuſque ſigna. ad regul. Cancell. apoſtol. de non iudican. iuxta formam ſupplicationum q. 16. in 1. par. In qua habetur plena declaratio ſtili Curiæ Romanæ, ad quem locum ſemper eſt recurrendum pro cognitione iſtius ſtili. Tertia ſolemnitas eſt, quia litteræ ad gratiam ſignantur cum filo ſerico, litteræ uerò ad lites cum filo cannabis. Idem Rebuff. in d. tit. verſ. ſeptima differentia. Cæterùm, ut omnia comprehendantur, illud in communi non eſt omittendum, quòd à ſtilo Curiæ eſt deſumenda hęc ſolemnitas; ſiquidem ſicut Curię ſunt diuerſæ, ita quoque ſtilus eſt omnino diuerſus. Hinc eſt, quòd ſi talis ſtilus non fuerit obſeruatus, litteræ dicuntur falſæ, c. licèt regimen, & ferè per totum titulum, de crimi. falſ. & propterea ille omnino ſeruari debet, Nicol. Grauat. in addit. ad practi. Veſtr. lib. 5. c. 3. num. 5. & 6. Quamuis autem eſſet admodum vtile multa adnotare de huiuſmodi ſtilo, quoniam tamē obſeruo, illum plenè declarati ab alijs, & præſertim à Veſtr. in d. ſua practi. lib. 1. cap. 3. à Staphil. in ſua practi. vtriuſque ſignat. à Mandoſ. tamen in ſua ſimili practi. quàm etiam ſuper regul. Cancell. vt ibidem, & Gomeſ. ideò ne ſim relator aliorum, ad eos me remitto; & cum hæc cognitio uideatur particularis, vt de re propoſita habeamus etiam doctrinam communem, propterea eſt vlterius adnotandum, quòd non ſolùm eſt conſideranda uoluntas reſcribentis, vt ſupra quoque diximus, ſed etiam qualitas verborum, quibus reſcriptum apparet conceſſum. l. fideicommiſſa. §. quãquam. ff. de leg. 3. & ibi Doct. Bart. in l. Lucius. ff. de fideicomm. liberta. & Iaſ. in l. ſi ſic legatum. ff. de lega. 1. facit l. non aliter. ff. de lega. 3. & ibi Doct. cum adnot. à Menoch. lib. 1. de arbi. ind. per plures quæſt. Principaliter autem d. ſolemnitas extrinſeca hodie deſumitur à ſcriptura, cum litteræ non poſſint exequi, niſi fuerint expeditæ, iuxta regul. Cancell. apoſtol. Niſi litteris expeditis &c. Et inſuper Mandoſ. q. 3. num. 4. & ibidem Gomeſ. Sed forma iſta, ſiue ſit intrinſeca, ſiue extrinſeca, adeò eſt obſeruanda, vt ob eius inobſeruantiam actus non teneat, ſicut cæteris omiſſis doctè docet Felin. ſuper c. cum dilecta. de reſcript. & nos infra dicemus.

An omnia reſcripta ſint eiuſdem intelligentiæ. Artic. 7.

OB varias doctrinas, & iura articulus iſte videtur habere aliquã difficultatem; ſiquidem Rebuff. loc. ſupra ſæpè cita. uerſ. duodecima, docet reſcripta ad beneficia eſſe ſtrictè interpretanda, cum ſint ambitioſa. c. quamuis. de prębén. in 6. c. 1. de fil. presbit. eod. cum ſimil.

Re-

Reſcripta uerò ad lites eſſe alterius naturæ. Vnde Bero. in d. rub. de reſcrip. num. 8. Adnot. hæc reſcripta eſſe ſtricti iuris quoad uim extenſiuam. Vlteriùs in ca. dilecti. in fi. de donat. & in d. c. quamuis. in princ. legimus beneficium Principis eſſe latiſſimè interpretandum. Doct. autem in l. beneficium. ff. de conſtitu. Princip. & in c. olim. de uerb. ſignific. adnotant, etiam beneficiũ Principis eſſe ſtricti iuris quoad intereſſe tertij. Vnde his omnibus conſideratis, iure quidem dubitatur de iſto propoſito articulo. Sed deſcendendo ad eius ſolutionem, puto animaduertendum, aliud eſſe conſiderare reſcriptum in genere, & aliud in ſpecie. Primo enim modo, & ſic regulariter interpretatio reſcripti debet eſſe talis, ut concordet cum diſpoſitione iuris, quia ſicut iura iuribus ſunt concordanda, c. cum expediat. de electio. in 6. l. 1. C. de inoffic. dot. Ita quoque hoc idem uidetur dicendum de reſcripto, cum illud in caſu ſuo ſit ius quoddam, ut ſupra demonſtrauimus. Hinc eſt, quòd licèt reſcripta derogent aliquando iuri, id tamen ita fier debet, vt ius lędatur minus, quàm fieri poteſt. Hinc eſt etiam, quod tunc cognoſcitur reſcriptum congruè eſſe interpretatum, quando uidelicet ex eius interpretatione oritur d. cõformitas. In ſpecie uerò oportet meo iudicio ita diſtinguere, quod reſcriptum conſiderari debet dupliciter: Primo, in reſpectu ad ius commune: Secundo, ratione materiæ, ſuper qua illud conceditur. Primo modo, vltra id, quod ſupra diximus, poſſet etiam illud addi, quòd reſcriptum concedatur aliquando contra, aliquando ſecundum, aliquando præter, & aliquando ſupra legem; ad imitationem conſuetudinis, quę ſimiliter ita diuiditur à Doctoribus ſuper ca. fi. de conſuet. ubi præcipuè Henric. Boic. Vnde ſicut reſcriptum diuerſimodè conceditur, vt conſtat per deducta; ita quoque eius interpretatio neceſſariò erit diuerſa. At ſecundo modo materia reſcripti aut eſt iudicialis, & tunc cum regulariter illud concedatur ad iuris obſeruantiam, conſequenter in hac parte uerificatur id, quòd diximus ſupra ad mentẽ Rebuff. & quod nos communiter docent Doct. ſuper d. rub. de reſcript. Ad quos me remitto. Aut eſt extraiudicialis; & ſic, aut eſt fauorabilis, & gratioſa, & tunc latiſſimè eſt interpretandum per iura adducta. Limitatur tamen quoad intereſſe tertij, vt diximus. Aut eſt odioſa, & ſic ſtrictè interpretatio eſt facienda, iuxta ca. odia. de reg. iur. in 6. Hinc eſt, quòd in materia criminali interpretatio fieri debet ad fauorem rei. ca. in pœ. eod. l. pen. ff. de pœn. limitatur ſi pœna fuerit medicinalis, cap. penul. & ibi Doct. de ſenten. excommuni: iuncto c. 1. eod. in 6. Aut eſt ambitioſa, & ſic reſcriptum eſt ſtricti iuris, iurib. adductis. Ad hæc addendus, & uidendus eſt omnino Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. caſ. 401. & 402. cum ibi adductis, & per hæc ſit abſolutus articulus iſte.

An omnia reſcripta ſint eiuſdem uirtutis, & executionis.

Artic. 8.

ARticulus iſte, quoad executionem attinet, dupliciter intelligi poteſt. Primo videlicet, quoad executorem, & ſic non uidetur neceſ-

Digitized by Google

ſarium de eo in præſenti aliquid ad notare; ſiquidem ſupra in hac quæſtione art. 6. diximus, quòd executor reſcripti ad gratiam poteſt eſſe quilibet de iure, ſecus uerò de ſtilo: Executor verò reſcripti ad lites, ſi cauſa fuerit eccleſiaſtica, debet eſſe perſona eccleſiaſtica, & in aliqua dignitate conſtituta, ut vltra loca adducta ſupra probat Concilium Tridentinum ſeſſion. 13. cap. 2. Et ratio eſt; quia ſicut grauiora ſunt ſuperiori reſeruata, ca. 4. de offi. lega. cum adno. à Docto. ad l. 1. ff. de offi. eius, Ita quoque in caſu commiſſionis debent illa committi perſonis grauioribus, & ſic prædictis. Secundo, quoad modum exequendi, & ſic de executione reſcripti, plura ſunt animaduertenda, de quibus infra in propria quæſtione, videlicet de executione reſcriptorum. Qua de re cum nec primo nec ſecundo modo conueniat hic de executione reſcripti pertractare; niſi illud tantum adnotemus, quòd ſicut reſcripta ſunt diuerſorum generum, ita quoque dicuntur eſſe diuerſæ executiones, vt infra in d. loco dicemus; ideò expedit nũc videre, quid iuris de eorum virtute, quæ conſiderari poteſt, aut ex parte reſcripti, aut ex parte perſonarum, quarum gratia illud apparet eſſe cõceſſum. Primo modo non oportet de eo aliquid hic adnotare, quia de tali uirtute diximus ſupra in hac quæſtione, articulo 5. ubi concluſum fuit, reſcriptum, etiam in genere ſumptum, tribuere aliquod ius, licèt illud ſit omnino diuerſum ob diuerſitatem reſcriptorum. At ſecundo modo ſicut perſonæ dupliciter conſiderantur, ita quoque duplex eſt facienda inſpectio de re propoſita. Quarum Prima eſt, quoad perſonas in reſcripto nominatas; & ſic articulus iſte non uidetur habere aliquam difficultatem, præcipuè per l. 1. ff. de conſti. Princi. & per d. ca. priuilegia. diſ. 3. cum vulg. Atq; ſub tali reſpectu ſunt intelligenda ea omnia, quæ diximus ſupra in d. art. 5. Secunda uerò eſt, quoad perſonas alias, & ſic quoad tertios, de quibus, licèt tex. in c. p. & g. de offi. iudi. deleg. dicat Iuriſdictionem executori reſcripti demandatam ad alias perſonas, non prorogari, multi tamen dantur caſus, in quibus talis prorogatio de iure eſt permiſſa. ca. 1. ca. quoniam Abb. eod. ca. 1. de alienatione iudicij, c. quia V. de iudicijs, cum ſimil. Quid igitur dicendum? Hæc difficultas meo iudicio habet duo capita, quorum primum eſt, an reſcriptum ſit perſonale, uel reale, & ſic de eo intendo pertractare in ſequenti articulo. Secundum eſt, an in reſcriptis permittatur prorogatio, & extenſio, de qua plenè pertractat Doct. & præcipuè Abb. in d. c. p. & g. num. 13. & Anton. de Butr. num. 19. uerſ. quandoque agitur. Et ibi nos quoque copioſè diximus. Cæterùm cum pertractare de prorogatione non pertineat ad inſtitutum noſtrum, ideò ſit ſatis iſta adnotaſſe in præſenti cum infra ſuis locis dicemus quædam alia, quæ poſſent deſiderari quoad propoſitam materiam attinet.

An Reſcripta ſint perſonalia, vel realia. Artic. 9.

NOn eſt oĩno clarum, qualia ſint reſcripta quoad propoſitum articulũ attinet; ſi quidem ponderando uerba legis primæ, ff. de conſti. Princi. quæ ſunt iſta, uidelicet, perſonam

ſonam non egreditur &c. oportet affirmare, illa eſſe perſonalia. idem probat tex. in c. priuilegium. de regul. iu. in 6. Hæc omnia confirmantur ratione, quia ſi reſcripta conceduntur ob vtilitatem priuatam, ut diximus ſupra & ſic contemplatione certæ perſonæ, conſequenter uidentur eſſe perſonalia. In contrarium eſt textus in §. 1. ſeu in princip. inſtit. can. de immunit. eccleſ. vbi legimus, immunitatem aliam eſſe perſonalem, aliam realem, & aliam localem; ita etiam hoc idem uidetur dicendũ de reſcriptis. Confirmatur, quia ſicut conſtitutio alia eſt perſonalis, alia realis, & alia iudicialis. §. fi. inſti. de iur. natur. §. fi. d. inſti. can. de eccleſiaſt. conſti. l. 1. ff. de ſtat. homi. & Bal. in l. cunctos populos. num. 12. C. de ſumm. Trini. cum ſimil. Ita quoque hoc idem uidetur dicẽdum de reſcriptis, ob ſimilitudinem adnotat. inter ea, & conſtitutiones. Hanc difficultatem examinat Bal. in l. beneficium. nu. 8. ff. de conſti. prin. vbi diſtinguendo demonſtrat, quòd aliquando reſcriptum eſt reale, & aliquando perſonale. Item de reſcripto ad lites, an, & quando tranſeat ad hæredes, vltra Doctores ſuper c. quia V. de iudic. examinat Ioan. Andr. ſuper ca. is qui in ius. de reg. iur. in 6. & Docto. in l. 1. C. quando libellus Principi &c. Priuilegium uerò quando tranſeat ſimiliter ad hæredes, declarat Iacob. in ſuis quæſtion. lib. 2. q. 12. per tot. & Henric. Boic. omnino uidendus in cap. mandata, de præſumpt. Vnde ne ſim relator aliorum, his adnotatis intendo nunc obſeruare, quid meo iudicio ſit tenendum. Qua de re dicerem ego, ſolutionem iſtius articuli a circunſtantijs eſſe deſumendam, quia ſicut conſtitutio ab illis dependet, ut ſupra diximus. Item ſicut diſpenſatio ſimiliter ab eiſdem oritur, §. niſi rigor. cũ plurib. canon. ſequen. 1. q. 7. Ita quoque hoc idem puto dicendum de reſcript. quantum tamẽ facit ad articulum propoſitum. Qua de re reſcriptum aut apparet conceſſum perſonę, aut rebus, aut loco, aut tempori, aut cauſæ. Primo modo perſona alia eſt mixta, vt eſt quędam uniuerſitas, & ſic reſcriptum erit reale, quia tranſit ad ſucceſſores in illa uniuerſitate; alia autem eſt uera, & ſic tale reſcriptum aut eſt conceſſum ſub nomine dignitatis, & ita idem quod ſupra eſt de iure dicendum, argumento textus, & ibi Docto. ſuper c. quoniam Abb. de offi. iudi. deleg. Aut ſub nomine proprio, & tunc ex hoc capite eſſet perſonale, iuxta d. l. 1. ff. de conſtit. d. c. priuilegium, de reg. iu. Limita tamen, vt per Bart. in d. l. 1. num. 2. & per Din. in d. regul. priuilegium: ad quos me remitto. Secundo ſi reſcriptum fuerit conceſſum rebus, ſemper erit reale; idem puto dicendum, ſi fuerit conceſſum loco, uel tempori. Quoad cauſam uerò, cui ſi illud conceſſum apparebit, eſt animaduertendum, quòd ſicut cauſa illa poteſt eſſe diuerſa, ita quoque diuerſum erit reſcriptum. Non eſt autem in hac parte omittendum, quòd ſi prædicta cauſa fuerit perſonalis, ex quo præſupponitur reſcriptum conceſſum eſſe contemplatione perſonæ, illud perſonale erit reputandum; Si uerò illa fuerit realis, reſcriptum reale erit iudicandum, argumento tex. & ibi Docto. in c. requiſiſti. de teſtamen. Et ita per hæc habemus, ni fallor, non ſolùm intelligentiam huius articuli, ſed etiam, quomodo poſſit reſpon-

Digitized by Google

reſponderi ad obiecta, ut ſupra ex aduerſo adducta. Vnde non uidetur neceſſarium ſpecialiter ad illa reſpondere. An autem in dubio reſcriptum præſumatur reale, vel perſonale, non conuenit in præſenti id aliter declarare cum copioſè explicetur à Menoch. lib. 3. de præſumpt. præſumpt. 10 3. per tot. Vbi multas adnotat, & declarat coniecturas, quibus id cognoſci, & definiri ualeat, & propterea ad eum me remitto.

An, & quomodo reſcripta impetrari valeant ſine mandato.
Artic. 10.

Est communis practica, aliquem non poſſe agere pro alio in iudicio, vel extra, ſine mandato ſibi conceſſo à iure, uel ab homine, & propterea inter nullitates proceſſus à Docto. cõnumeratur illa, quæ ex defectu mandati oritur. Vant. in ſuo tract. de nullit. tit. de nulli. ex defec. manda. & nouiſſimè Bulla de Nullita. Clementis VIII. Ex quo ſequitur, quòd ſicut in agendo pro alio requiritur mandatum, ita etiam ſine eo reſcriptum impetrari nequeat. Secundo, legimus in iure, alteri per alterum ſtipulari non poſſe. §. alteri, inſti. de inutil. ſtipula. l. ſtipulatio iſta. §. alteri, ff. de uerb. obliga. & ibi Docto. Ex qua propoſitione à ſimili arguendo ſequitur idem, quod ſupra. In contrarium eſt tex. in l. ſed & hæ perſonæ, & in l. Pomponius. §. vltimo. ff. de procurato. ubi legimus, quaſdam perſonas habere mandatum à iure, vt poſſent pro alijs aliquid agere. Secundo, hoc idem confirmatur, quia ſi id fieri non poſſet, ſequeretur, alterum alteri beneſacere non poſſe, quod non eſt dicendum, quia bene facere, eſt actus uirtutis. can. paratus, §. agenda. 23. quæſt. 1. can. & qui emendat. diſt. 45. meritò &c. Solutio quæſtionis ad mentem Rebuff. in d. tit. num. 16. uerſ. 5. differentia ſtat in hoc, quòd ſi litteræ fuerint impetrandæ ad lites, tunc requiritur mandatum. cap. quia nonnulli, §. ſunt & alij. cap. ex parte Decani. eod. de reſcript. Si uerò fuerint impetrandæ ad gratiam, tunc impetrari poſſent ſine mandato. cap. ad aures, & ibi gloſ. in uerb. litteras. et d. Hæc diſtinctio poſſet confirmari illa ratione, quia per litteras ad lites poteſt quis grauari; ſecùs uerò per litteras ad gratiam; & propterea in gratioſis interpretatio fieri debet, ut aliquid utilitatis afferat. c. ſi papa, de priuileg. in 6. c. in his. eod. Sed hæc ſolutio non uidetur undique ſatisfacere, ponderando uerba d. §. ſunt & alij, & d. c. ex parte Decani, quę ſunt iſta uidelicet niſi ſit de illis perſonis, à quibus non eſt exigendum de iure mandatum; & propterea dicerem ego, hanc difficultatem eſſe ſoluendam aut ex parte negocij, aut ex parte perſonæ. Primo modo negocium aut eſt iudiciale, & ſic puto uerificari iura ſupra adducta in dictis c. quia nonnulli, & c. ex parte, ob rationem aſſignatam. Aut eſt extra iudiciale, & ſic negociorum quædam dicuntur grauiora, quædam uerò leuiora. argumento c. 4. de offi. legati. Grauiora nunquam geri debent, nec poſſunt ſine ſpeciali mandato, quia dicuntur reſeruata. d. c. 4. & ca qui ad agendum, de procurat. in 6. Quæ autem ſint iſta, non tantum explicantur à Doct. ſuper dictis iuribus, ſed etiam diſtinctè referuntur, &

declarantur à Ioſepho Ludouico in ſua communi concluſ. 30. per tot. Gaballinus ſuper conſti. Marchiæ Ancon. lib. 6. cap. 11. glo. 4. per tot. & Angelus ſuper titu. inſtit. de his, per quos agere poſſumus, ſimiliter per tot. Leuióra uerò negocia poſſent aliquando ſine mandato, & aliquando cum eo, licèt generali, administrari, ob regul. communem, in hac materia tamen obſeruatam, quòd negocium nō reſeruatum dicitur in generali mandato conceſſum. Quæ autem ſint illa, quæ ſine mandato geri ualeant, ex ſequenti diſtinctione, ni fallor, cognoſcemus. Et cum poſſit aliquando dubitari de aliquo negocio, an ſit graue vel leue, ideò vltra adnotata eſt omnino videndus textus in Clem. 2. de procurato. ex quo enim negocia quædam reperiuntur maiora illis, quæ in mandato ſunt expreſſa: ideò dicit ibi textus, quod illa non dicuntur demandata, & ſic cognoſcuntur prædicta negocia grauiora. Ex parte uerò perſonarum, & ita Secūdo modo dicimus, perſonas quaſdam eſſe adinuicem aliquo cognationis vinculo coniunctas: aliquas uerò eſſe inter ſe ſeiunctas; de primis puto omnino uerificandam eſſe deciſionem iurium ſupra relatorum in quibus legimus aliquā perſonam habere mandatum à iure. De alijs uerò oportet iterum diſtinguere, quia hominum quidam ſunt ſui iuris; quidam verò alieno iuri ſubiecti. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Rurſus, qui ſunt ſui iuris, quidā ſunt ſub tutela; quidam ſub cura; quidam neutro iure tenentur. Inſtitu. de tutel. in princip. Iſtorum uerò, qui neutro iure tenentur, quidam ſunt abſentes, & quidam præſentes; atque iſtorum quidam amici, & familiares; quidam uerò nullo iure aſtricti; quidam ſingulares, quidam uerò mixti, vt ſunt illi deſcripti in aliqua uniuerſitate. Ex quibus inferendum eſt, quòd ſicut perſonæ ſunt diuerſæ, ita procurator earum eſt diuerſus diuerſo nomine nominatus, & diuerſam habet authoritatem; & propterea Specul. par. 1. tit. de his qui alien. nomi. in iud. interueniunt, in prin. adnotat, quod qui alieno nomine agit, eſt procurator, actor, coniuncta perſona, defenſor, excuſator, ſindicus, œconomus, Orſanottophus, vicedominus, vicecomes, caſtaldus, tutor, & curator, Quorum omnium officium cum diſtinctè declaretur ab iſto Doctore, ideò ad eum me remitto: illlud tamen puto addendum, quòd cum plures ſint gradus cognationis, & perſonæ coniunctæ, ideò poſſet adhuc dubitari, uſque ad quem gradum extendatur mandatum perſonæ coniunctæ à iure conceſſum. Hanc dubitationem ſoluit Bart. in d. l. ſed & hæ, num. 1. & in l. 1. nu. 6. ff. de accuſa. & ibidem additio ad eum, atque alij etiam Doct. communiter. Vnde ſtudendo breuitati, ad eos me remitto. Nunc reliquum eſſet reſpondere ad obiecta; ſed non uidetur neceſſarium; nam primum argumentum intelligitur quoad indicia; Secundum uerò uerificatur regulariter; ſed limitatur multis modis, vt adnotat glo. & additio ad eā, tam in d. §. alteri, quàm etiam in §. ſi quis alij. d. inſti. eod. de inutil. ſtipul. in uerbo, nihil agit, & Corn. in conſ. 2. vol. 1. per tot. Vnde merito &c.

An ius per reſcriptum acquiſitum, ſit ſeruandum in utroque foro. *Artic. 11.*

OB maximam ſimilitudinem, quæ eſt inter conſtitutiones, & reſcripta, uidetur de iure concludendum, illa eſſe ſeruanda in vtroque foro; dummodo tamen ſint iuſta: & propterea articulus iſte nullam uidetur habere difficultatem. Quod autem conſtitutiones ſint ſeruandæ in vtroque foro, dubitari nequit, cum Doctores id cõmuniter nos doceant, ſuper cap. 1. de conſti. & Theologi idem affirmant. Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 96. art. 4. & nouiſſimè Sotus lib. 1. de iuſtitia. quæſt. 6. articulo 4. & ſic ad imitationem conſtitutionum, hoc idem eſt dicendum de reſcriptis. Confirmatur, quia ſi per reſcriptũ alicui acquiritur ius, ut ſupra ſuo loco demonſtrauimus, ſequitur, inde, quod ſi quis faceret, uel aliquid committeret contra reſcriptum, priuaret talem perſonam iure, per illud ſibi acquiſito, contra vulgarem regulam, id quod noſtrum. ff. de regu. iu. & ſic faceret etiam contra conſcientiam, c. ſæpè, de reſtit. ſpoli. Vbi legimus par eſſe quoad ſalutem animæ inuadere, & retinere alienum, & ita contra talem inuaſorem, tranſgreſſorem, ſeu contrafacientẽ uerificatur textus ad literam in c. peccatum, & ibi Doct. de reg. iu. in 6. His accedit, quòd ſi quis aliquid faceret contra tale ius acquiſitum, ſine dubio faceret contra iuſtitiam. c. fi. de iniur. & damn. dat. & ad hoc facit totus titulus. ff. & C. ad l. Aquil. Et propterea dubitant Doct. An propter quãlibet culpam teneatur quis ad reſtitutionẽ, vt cæteris omiſſis copioſè examinat, & declarat Ludouicus Carbo Theologus excellentiſſimus in ſuo tracta. de reſtitu. q. 71. per tot. Quæ de re non uidetur poſſe dubitari de concluſione iſta. Cæterùm in contrarium facit imprimis illa ſcribentium doctrina, quòd iura canonica faciant diſtinctionem inter forum, & forum, Docto. ſuper c. primo, vbi præcipuè Abb. num. 5. de nou. ope. nunc. & in c. 1. d. tit. de conſtitu. ubi præſertim Abb. num. 9. Vnde ob ſimilitudinem, de qua ſupra, ſimilis diſtinctio uidetur facienda in quæſtione propoſita. Secundo, eadem ratio facere uidetur contra ius acquiſitum, & contra ius acquirendum. c. 1. de falſo, cum alijs ſupra adduct. in quæſt. 1. art. 1. ubi legimus falſum committi tam in occultando ueritatem, quàm in dicẽdo mendacium. At quoniam in acquirendo non ſemper quis malum committit faciendo contra impetrationem reſcripti, ut copioſè docet idẽ Ludouicus Carbo in d. tractatu. q. 50. per tot. ergo hoc idem uidetur dicendum de eo, qui facit contra ius acquiſitum. Solutio quæſtionis in eo conſiſtit, quòd ſicut conſtitutio in ſuo genere eſt ſeruanda in vtroque foro, ut diximus ſupra, ita quoque hoc idem eſt dicendum de reſcripto. Rurſus ſicut conſtitutio aliquando eſt ſeruanda in altero foro tantum, ut nos docent Doct. ſuper iuribus ſupra citat. ita quoque hoc idem eſt dicendum de reſcriptis. Hinc eſt, quòd conſtitutiones inducentes ſolemnitatem, non ſeruantur in foro conſcientiæ. Abb. in c. quia plerique. in fi. de immuni. de quibus nos alibi diximus. Hoc idẽ uidetur dicendum de ſimili reſcripto. Hinc eſt etiam, quòd ſicut conſtitu-

ſtitutio aliqua poteſt aliquando excuſare quoad alterum forum tantum, arg. gl. ſuper can. denique, in uerb. conſuetudine, diſt. 4. Henric. Boic. ſuper c. ſanè, de tempo. ordin. ita quoque hoc idem eſt dicendum aliquando de reſcript. Rurſus ſicut conſtitutio ciuilis ſeruatur quandoque in foro eccleſiaſtico & è contra dicas de conſtitutione eccleſiaſtica ut nos docent Doct. ſuper c. 1. d. tit. de nou. ope. & diximus ſupra ſuo loco; atque ſicut ſententia lata in uno tribunali ſeruari debet in alio. c. fi. de excep. in 6. cum ibi adnotatis ita quoq; hoc idem uidetur dicendum de reſcriptis. Ex quibus omnibus cum intelligamus etiam quomodo reſponderi ualeat ad ea, quæ ſupra pro vtraque parte ſunt deducta; ideò non oportet ſpeciali reſponſione illa declarare &c.

An Reſcripto poßit derogari, vel reſpectiuè abrogari, ſicuti legi.

Artic. 12.

QVamuis ad imitationem iuris reſcripto derogari ualeat. argumento l. derogatur, ff. de uerb. ſignifi. Doct. ſuper c. 1. de conſtit. nihilominus id non uidetur vndique uerum, & clarum: Primo, per regulam vulgarem, id quod noſtrum. ff. de reg. iu. Confirmatur per regul. Cancell. apoſt. de iur. acquiſi. non toll. De qua uidendus eſt omnino Gabriel in ſuis concluſ. tit. de iur. acquiſi. nõ toll. per tot. meritò &c. Secundo, ius per reſcriptum acquiſitum aut eſt in re, aut ad rem. cap. fi. de cõceſſ. præben. in 6. c. ſi is cui, cum c. ſeq. de præben. eod. Vnde ſi eſſet ad rem, reuocatur, & derogatur: ſecus uerò ſi in re, ut in dictis iuribus cauetur. At in caſu quæſtionis propoſitæ præſupponitur illud ius eſſe in re, ergo idem, quod ſupra. In contrarium uidetur de iure uerius eſſe reſpondendum, & præcipuè ob ſimilitudinem, quæ eſt inter cõſtitutiones, & reſcripta, quia ſicut conſtitutioni poteſt derogari per l. & doctrinas adductas; ita quoque hoc idem eſt dicendum de reſcriptis. Confirmatur, quia Doctores adnotant regulam, quòd iuri ſpeciali facilius derogatur, quàm iuri communi, de qua uidendus eſt omnino Gabriel, qui eam plenè declarat in dictis ſuis cõcluſionibus, tit. de regul. iu. concluſ. 9. per tot. meritò &c. Non obſtant obiecta, quia illa uerificantur regulariter, quæ quidem regula in quæſtione propoſita diuerſimodè limitatur. Vnde ad cognoſcendum, quando, & in quo caſu uerificari debeat cõcluſio, ut ſupra propoſita, puto animaduertendum ad mentem Doctorum ſuper c. 1. eod. de reſcrip. quod reſcriptum communiter acceptum de cuius derogatione agitur, multiplex poteſt reperiri. Aliquando enim nil aliud cõtinet, niſi ius commune: aliquãdo uerò aliquid aliud. Primo modo illud ius aut habet clauſulam derogatoriam, aut non: ſi Primum, aut illa fuit appoſita quoad præterita, aut quoad futura: Si Secundũ, id quod continetur in tali reſcripto, aut eſt quid uniuerſale, aut quid ſpeciale. Licèt autem Doctores ibidem putent vlteriùs eſſe faciendam diſtinctionem inter reſcripta, & priuilegia, quãtum tamen attinet ad præſentem articulum, talis diſtinctio non modicam uidetur habere difficultatem. Quare re his præmiſſis declaratur nũc concluſio prædicta, quòd reſcriptũ ſecundum non deroget primo, ſi

de eo

de eo mentionem non fecerit, iuxta cap. veniens, cum ibi adnot. de præſcript. Feli. ſuper ca. 1. num. 23. eod. de reſcript. Hanc declarationẽ copioſè declarat, & limitat multis modis, vt apud eum uideri poteſt per plures numeros ſeqq. ibidem Rip. num. 48. cum ſeq. & alij Doct. communiter. Vnde ſi uellem inſiſtere in declaratione cuiuslibet caſus contingentis, eſſet recenſere eá omnia quæ nos docent Doct. ſuper d. c. 1. & propterea ad eos me remitto. Sed ut breuiter referam, quid meo iudicio methodicè ſit dicendum, priùs præmittere debemus articulum iſtum intelligi poſſe aliquando ratione potentiæ; aliquando uerò quatenùs primo reſcripto dicatur derogatum per ſecundum. Primo modo uidetur de iure dicendum, reſcriptum eſſe derogabile ad imitationem legis, iuxta ea, quæ ſupra diximus. At ſecundo modo oportet diſtinguere, quia tale reſcriptum aut eſt generale, aut ſpeciale; ſi generale, aut habet clauſulam derogatoriam ad alia reſcripta impetranda, & ſic requiritur ſpecialis mentio, vt ei dicatur derogatum, ut adnotant Doct. ſuper d. cap. 1. Aut non habet prædictam clauſulam, & tunc dicitur aliquando ei derogatum, quamuis de eo non ſit facta mentio, per vulg. regul. generi per ſpeciem, de reg. iu. in 6. & d. c. 1. in fi. At ſi reſcriptum fuerit ſpeciale, tunc non dicitur ei derogatum, niſi de eo ſit facta ſpecialis mentio. c. cæterum. cum ibi adnot. eod. de reſcrip. facit tex. in c. 1. & ibi Doct. de conſtitu. in 6. & ita per hæc ſit abſolutus articulus iſte, quantum tamen facit ad inſtitutum propoſitum.

An validitas Reſcripti dependeat ab expeditione litterarum.
Artic. 13.

INter regulas Cancellariç apoſtolicæ una reperitur, qua cauetur, quòd cõmiſſiones cauſarum, & conceſſiones expediri debeant in forma, quæ rationi congruit, & eſt octaua apud Mandoſ. in ſua expoſitione. Altera uerò legitur talis tenoris, quòd cauſa non debeat definiri, & iudicari ſecundum formã ſupplicationum, & eſt uigeſima ſeptima, ut uideri poteſt apud eundẽ Doctorem. Reperitur vlterius alia regula, quæ erit tertia, quantum facit ad inſtitutum noſtrum, qua cauetur, commiſſiones, & conceſſiones apoſtolicas non ualere, niſi litteris expeditis, & hæc eſt trigeſima prima apud eundem Doctorem. Ex quibus omnibus habetur ſolutio ad propoſitum articulum; & propterea non eſſet opus vlterius procedere. Quæ quidẽ ſolutio confirmari poſſet, quia ſi ſecus eſſet reſcriptum obtentum, aliquãdo non poſſet probari, & ad hoc facit tex. in ca. 1. de elect. in extrauag. meritò &c. In contrarium poſſet reſponderi iuxta illam Doctorum opinionem in rubri. de conſti. quæ tenet, ſcripturam non eſſe de ſubſtantia conſtitutionis, ita etiam nec reſcripti. Confirmatur, quia repugnat rationi, quòd ſcriptura, cum ſit quid extrinſecum, ſit de ſubſtãtia. Hinc eſt, quòd Gigas in ſuo tracta. de penſion. quæſt. 34. dubitat, & ſoluit, pẽſionem peti poſſe quoad forum cõſcientiæ, litteris adhuc non expeditis: & ratio eſt, quia in foro iſto ſolemnitates extrinſecæ non attenduntur, iuxta tradita per Doctores

in ea. quia plerique, ubi præſertim Abb. in fi. ſuæ repeti. de immunit. Solutio iſtius difficultatis ad mentem eiuſdem Gigantis in d.q.num. 10. conſiſtit in hoc, quod dictæ litteræ, atque earum expeditiones requirantur in foro iudiciali; ſecus in foro conſcientiæ, quia in foro illo requiritur probatio, iuxta tex. in l. qui accuſare. C. de eden. & ibi Docto. communiter. Vnde Staphileus in ſuo tracta. utri. ſigna. titu. quibus modis litteræ ad benefi. expirent. num. 8. & 9. docet, gratiam Principis eſſe de iure perfectam per ſolam ſignaturam, atque ſine aliqua expeditione litterarum. At quoad poteſtatem illam exequendi ſecus eſt dicendum, cum oporteat, ut de ea conſtet, ut diximus ſupra, & ita obſeruatur in practica. Nec oportet vt in præſenti aliquid adnotemus interpretando ſupradictas regulas Cancellariæ Apoſtolicę, cum illas plenè habeamus explicatas à diuerſis, & præſertim à Mandoſ. & Gomeſ. in eorum commentarijs ſuper illis editis. Illud tamen puto nõ eſſe prætermittendum, quòd uidelicet ſi caſu cõtingat, ut dubitetur de intelligentia talis expeditionis, & reſpectiuè commiſsionis litterarũ, & cauſarum, vltra ea, quæ ſupra adnotauimus ſuo loco, & infra quoq; dicemus, eſſet recurrendum ad qualitates precum, quia, ut ex iure, & Doctoribus habetur, ſicut preces reperiuntur diuerſæ, & ſub diuerſa forma compoſitæ, ita etiam diuerſam admittunt intelligentiam; & ſucceſsiuè hoc idem eſt dicendum de ipſa expeditione, & commiſſione. Et vlteriùs, ſi preces prædictæ fuerint obſcuræ, tunc in dubio tam ipſi ſupplicantes, quàm & ipſe reſcribens, uidentur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris, iuxta tradita per Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 9. & 10. Sicut enim Princeps in dubio reſcribit ratione motus, ita etiã hoc idem eſt dicendum de ſupplicante.

An Reſcripta ſint communia vtrique parti. Artic. 14.

LEgimus in l. 1. C. de diuerſ. reſcrip. quòd ſi cauſa fuerit communis, reſcriptum, quamuis uni concedatur, nihilominus dicitur commune utrique parti; unde ad mentem legislatoris in iſta lege, & ibi Doct. à communione cauſæ, reſcriptum erit reputandum commune, iuxta l. 1. & 2. C. ſi unus ex pluribus. oportet aliter diſtinguere, ita uidelicet, quod ſi reſcriptum fuerit reale, tunc erit commune: Si uerò fuerit perſonale, erit propriũ. Hoc idem confirmari poſſet per ca. penult. de appellat. His accedit reſcriptum fieri commune per illius productionem, quæ ſæpè fit in iudicio, Specul. in ſuo ſpecul. par. 2. ti. de reſcript. product. uerſ. reſpondeo reſcripti præſentatio, & Docto. communiter in c. quoniam contra, de probat. Hoc idem probat tex. in l. fi. C. de fruct. & lit. expenſ. In contrarium facit l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. ff. de minor. Item l. 4. ff. de cõdict. furti. Item c. nonne, de præſumpt. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de uerb. obliga. Quæ iura confirmantur ratione, quia reſcriptum de eius natura reſpicit intereſſe alicuius particularis, ut diximus ſupra in eius definitione, meritò &c. Pro ſolutione eſt animaduertendum, quòd Caſtrenſis facit diſtin-

Digitized by Google

diſtinctionem de reſcripto ad lites, & ad gratiam. Nam primum uidetur commune, & hoc poſſet confirmari per Bullam 83. Pij IIII. Reformat. Rotæ Romanę: ſecùs ſecũdum Docto. Alij reſpondendo ad obiecta uidentur illud concludere, quòd reſcriptum ratione rei ſit aliquando cõmune, ſecùs aliter. Hinc eſt, quòd Iaſ. in d. l. 1. num. 2. 3. 4. ad notat nonnullos caſus ſingulares, ad id diſtinctè cognoſcẽdum. Ego autem ad mentem eiuſdem Iaſonis lo. cita. num. 5. iudicarem ita eſſe diſtinguendum, quòd ſcilicet ſicuti in reſcripto duo conſiderantur, preces ſcilicet, & earum admiſſio, ita quoque difficultas propoſita ſub vtroque reſpectu conſiderari, & definiri debet. Qua de re preces quomodocunque ſint communes, parum refert, niſi pro intelligentia reſcripti, cum illarum admiſſio poſſit eſſe diuerſa, & propria; & propterea adnotant ſcribentes ſuper d. l. 1. & ibi præſertim Iaſ. quod ipſe reſcribens reſcribendo poteſt preces admittere ratione vnius capitis in eis contenti, & non aliter; item ratione unius perſonæ, & non alterius. Hinc eſt, quòd idem Iaſ. adnotat ad mentem Ant. de Butr. ſuper c. 1. de pact. quòd ſi quis reſpondendo duabus petitionibus, ſeu interrogationibus, unam concedat, & admittat, dicitur etiam alteram conceſſiſſe, ratione connexionis; ſecùs aliter, ut infra clariùs ſuo loco dicemus. At prædicta precum admiſſio, & ſic ipſum reſcriptum, an ſit commune, non poteſt certa regula definiri, cum illud dependeat à uoluntate reſcribentis, ut ſupra ſuo loco diximus. Et propterea in hác parte eſt adnotãdum, quòd reſcriptum conſideratur, aut ſecundum eius naturam, aut ratione executionis eiuſdem. Primo modo illud erit cõmune aliquando, & aliquando erit proprium, ſecundum uoluntatẽ ipſius reſcribentis, quæ ſi obſcura fuerit, à qualitate precum erit declarãda, ut diximus ſupra, & vlteriùs docet Feli. ſuper d. c. ſuper litteris. nu. 22. eod. de reſcript. Pariſ. in conſ. 9. num. 42. uol. 2. Rube. in conſ. 16. numero 2. Facit l. ſi defenſor. §. 1. ff. de interroga. actio. At Secũdo modo, & ſic ratione executionis ſi fuerit proprium, poteſt fieri commune per uiam productionis in iudicio, iuxta qualitatem litis per ea, quę diximus ſupra. Aliquando per uiam conceſſionis, vel ſucceſſionis iuxta ea, quæ ſumus dicturi in articulo de reſcripto reali, uel perſonali. Ad hæc omnia addi poteſt, quòd reſcriptum eſſe commune, contingit aliquando ex parte impetrantis, aliquando ex parte concedentis, aliquando ex parte rei petitæ, & aliquando ex parte illius executionis. Per quam quidem diſtinctionem non ſolùm habemus, quid ſit dicendum ad articulum propoſitum, ſed etiam intelligimus, quomodo obiecta ſupra ad utrãque partem adducta, ad inuicem conciliari ualeant. Vnde meritò &c.

An Reſcripta ſint perpetua.
Artic. 15.

Dicit tex. in l. 2. C. de diuerſ. reſcript. quòd ea, quæ ad ius reſcribũtur, perennia eſſe debent, niſi tempus ad aliquid faciendum non ſit comprehenſum. Ex qua deciſione habemus, reſcriptum ſecundum eius formam eſſe aliquando perpetuum, & aliquando temporaneum.

Digitized by Google

neum. Hæc diſtinctio confirmatur uera per ea, quæ diximus ſupra de diuiſione reſcriptorum. Quæ concluſio doctè explicatur à Baldo, Saliceto, & alijs, præcipuè uerò à Iaſone ſuper d.l.2.& Feli. ſuper c.ſi autem. num. 11. cum ſequen. eod. de reſcript. facit vulg. regula, quòd temporanea ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, iuxta l.5.ff. de except. Quam poſtea limitat diuerſimodè. Vnde nos in præſenti iuxta propoſitum inſtitutum, debemus imprimis animaduertere, quod Bart. in l.beneficium. num. 6.ff. de conſti. Princi. adnotat, reſcriptum, ſi fuerit ad iuris obſeruantiam, eſſe perpetuum, ſicuti in d. l. expreſsè cauetur. Si uerò contineat priuilegium, tempore dicitur perire; & propterea adnotat etiam quomodo per non uſum tollatur, iuxta l. quoties. C. de precibus imperatori: facit tex. in c. pleruмque, & ibi Doct. communiter, eod. de reſcript. Siquidem ſiquis per annum non fuerit vſus reſcripto, eius authoritas diminuitur per huiuſmodi non vſum; & propterea in ſecundo reſcripto non oportet mētionem fieri de primo, ut in d. tex. & ibi Doct. expreſsè cauetur, idque aliūde non prouenit, niſi ratione iſtius non vſus. Vnde quid ſit præciſè tenendum pro ſolutione iſtius articuli, non uidetur undique clarum; iudicarem tamen ad mentem Doctorum, & præſertim ſuper d.l.2. articulum iſtum eſſe cum tali diſtinctione ſoluendum, quòd reſcribens aut appoſuit in reſcripto tempus, iuxta c. de cauſ. & ibi Doct. de offi. & poteſ. indi. delega. & tunc ſumus in claris, quòd uidelicet reſcriptum ſit temporaneum. Aut illud non appoſuit, & ſic, aut reſcripſit ad agendum, & tunc ad ſimilitudinem actionis ſimiliter temporaneum erit reputandum; aut reſcripſit ad excipiēdum, & ſic perpetuum erit iudicandum. l. purè. §. fi. ff. de exceptio. doli. Sali. in d.l. 2. num. 5. ferè in fi. Aut ſumus in dubio, & tunc regulariter à cauſa propter, quam reſcribēs reſcripſit, reſcriptum erit perpetuum potiùs, quàm temporaneum; limitatiuè uerò oppoſitum aliquando contingit. Et ratio eſt, quia à tali cauſa ita erit iudicandū: arg. l. fi. ff. de hæred. inſtit. Gabr. in conſ. 155. num. 5. lib. 2. Pariſ. in conſil. 72. num. 53. uol. 4. Surdus in ſua deciſ. 288. num. 30. cum ſeq. & Natta in conſ. 250. num. 3. & 4. omnino uidendus: Ex quibus omnibus non ſolùm habemus ſolutionem, & intelligētiam iſtius articuli, ſed etiam, ni fallor, intelligimus, quanto tempore poſſet reſcriptum durare, cum à qualitate cauſæ prædictæ illud uidetur aliquando eſſe perpetuum, & aliquando tempore periturum. De cuius quidem duratione cum etiam infra aliquid ſimus dicturi, ideò in præſenti ſint iſta ſatis.

QVAESTIO IIII.

De precibus, & ſupplicationibus Reſcriptorum. Artic. 23.

VIdimus hactenus de præmiſsis propoſitæ materiæ, ac etiam de qualitate reſcriptorū, ſi non omnia, ſaltem magis vtilia, unde erat neceſſarium

ad vl-

ad vlteriora procedere. Quamuis autem reſcripta ſæpè concedantur motu proprio, iuxta textum in c. ſi motu proprio. cum cap. ſeq. de præ ben. in 6. Abb. in c. ſi quando. num. 3. eod. de reſcript. & Feli. in c. ad aures. num. 23. cum plurib. ſeq. eod. Frequentiùs tamen illa conceduntur ad inſtantiam, & petitionem diuerſorum. Ideò ſecundum ordinem diſciplinæ conuenit in præſenti nonnulla adnotare de prædictis precibus, & ſupplicationibus; & propterea de quæſtione propoſita videndum eſt.

Primo, Quid ſint preces, & ſupplicatio ad reſcripta.

Secundo, An, & quo modo illa ſit facienda, & admittenda.

Tertio, Quis ſupplicationem iſtam impetrare ualeat.

Quarto, Quis illam concedere posſit.

Quinto, Super qua materia ſupplicetur.

Sexto, An ſupplicari ualear contra ius conſtitutionis.

Septimo, An contra ius perſonarum.

Octauo, An contra ius rerum.

Nono, An contra ea, quæ ſunt iudicij.

Decimo, An contra Fiſcum.

Vndecimo, An contra aliquam vniuerſitatem.

Duodecimo, An contra ius publicum.

Decimotertio, An contra ius priuatum.

Decimoquarto, An in precibus ſubintelligatur clauſula, ſi preces ueritate nitantur.

Decimoquinto, An mendax precator carere debeat impetratis.

Decimoſexto, An quod nemini nocet, ſemper ſit concedendum.

Decimoſeptimo, Ad quid preces ſint admittendæ.

Decimooctauo, Quando.

Decimonono, Vbi.

Vigeſimo, Quibus medijs.

Vigeſimoprimo, An precum admiſſio ſit ſemel concedenda.

Vigeſimoſecundo, Quid iuris ſi de propoſitis articulis dubitetur.

Vigeſimotertio, Ad quem ſpectet huiuſmodi dubitationes declarare.

Quid ſint preces, & ſupplicatio.
Artic. 1.

INnocentius ſuper c. ex litteris. nu. 3. de reſtitu. in integ. adnotat, ſupplicationem aliquando accipi largè, & eſt quęlibet precum porrectio: Aliquando uerò ſtrictè, & ſic eſt quædam benignitas ſuperioris ad remouendum quæ male acta credit, ſcilicet quando interponitur à ſententia præfecti Prætoris. Hæc doctrina licèt ſit notabilis, tamen non uidetur vndique ſatisfacere, quamuis eá approbet Ioh. Andr. Ant. de Butr. & alij ſup eod. cap. Hinc eſt, quòd ibidem Abb. aſſignat aliam definitionem ſub nu. 6. in fi. & eſt talis, uidelicet ſupplicatio eſt quædam precum porrectio facta Principi, propter quam ex quadam benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam, contra quam non competit remedium ordinarium. Hæc definitio quamuis uideatur congrua, per l. 1. C. de ſenten. præfec. præto. quoniam tamen demonſtrat naturam non ſupplicationis in genere, ſed ſolùm in ſpecie, propterea pro meliori cognitione puto animaduertendum, quòd ſupplicatio in iu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

re dupliciter accipitur, vt hactenus obſeruare potui; Primo, vt eſt remedium corrigendi aliquam ſententiam, ut præſupponitur latam contra iuſtitiam; & ſic quoad effectum æquiperatur appellationi, cũ qua, quomodo conueniat, & quomodo ab ea differat, docent Doct. ſuper d. c. ex litteris, ubi præcipuè Anton. de Butr. nouiſſimè Auguſt. Bero. atque Maran. in ſuo ſpeculo iud. par. 6. tit. de appella. num. 12. uſque ad num. 24. Secundo accipitur, ut eſt quædam precum porrectio legitimo ſuperiori facta ad aliquid obtinendum. Atque ſub tali ſignificatu uidetur conſiderata, & definita ab Inno. lo. ſupra relato: Et quoniam eius definitio uidetur materialis, ideò dixi, quòd illa non videtur vndique ſatisfacere. Vnde erit fortaſſe magis congrua, ſi addatur clauſula ſupra à me addita. Ex quibus puto inferendum, ſupplicationem differre à precibus, vt cauſatum à cauſa, cum preces uideantur cauſare ipſam ſupplicationem. Rurſus preces poſſent fortaſſe tali definitione definiri, vt nihil aliud ſint, atque denotent, niſi quandam orationem ad certum finem ordinatam. Et propterea ſupplicatio, & preces aliquo reſpectu idem videntur ſignificare, & eſſe. Poſſet etiam deſcribi ſupplicatio, ut ſit quædam petitio legitimo ſuperiori ab aliquo facta ad aliquid rationabiliter obtinendum; vnde ſicut illius finis poteſt eſſe diuerſus; ita etiam ſupplicatio non erit vnica. Cæterum cum clariſſima ſit, etiam in iure, quamlibet rem poſſe diuerſimodè definiri, & ſucceſſiuè quamlibet definitionem poſſe impugnari, & reſpectiuè defendi; atque per prædicta intelligamus, ni fallor, quid ſint preces, & ſupplicatio; ideò quantum facit ad inſtitutum noſtrum, non videtur neceſſarium vlteriùs procedere.

An, & quomodo ſupplicatio ſit facienda, & admittenda. Artic. 2.

Tria ſunt hic breuiter animaduertenda, quorum Primum eſt, an ſupplicatio de iure concedatur; Secundum, quomodo ſit facienda; Tertium, qua forma ſit admittenda. Quoad primum, quoniam Princeps eſt ordinatus ad ius reddendum, & reſpectiuè ſtatuendum, iuxta definitionem iuriſdictionis traditã à Bart. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. videtur propterea dicendum, ſolùm illas ſupplicationes de iure eſſe admittendas, quarum occaſione unicuique redditur quod ſuum eſt, iuxta l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iure, & prohem. Compil. Grego. Hinc eſt, quòd quando ius alterius læderetur, ſupplicatio videtur omnino prohibita. arg. rub. C. ut lit. penden. non li. ſuppli. meritò &c. In contrarium facit duplex ſignatura, videlicet gratiæ, & iuſtitiæ. Et propterea quotidie uidemus, quædam reſcripta concedi ad iuris obſeruantiam; quædam verò ad aliquid gratiæ conferendum, iuxta communem doctrinam, & diſtinctionem de litteris ad lites, & ad gratiam. Non obſtat quod in contrarium eſt adductum, quia non tenet conſequentia; Princeps eſt ordinatus ad finẽ prædictum, ergo non debet admittere etiam ſupplicationes ad gratiam; & ratio eſt, quia cum teneatur iuſtitiam adminiſtrare; atque illa ſit multiplex, vt Philoſophi morales, & Theologi communiter nos docent,

docent, in tali adminiſtratione tenetur etiam aliquando gratiam facere, ex quo talis gratia commodè reducatur ad aliquam iuſtitiam ſecundum qualitatem caſus contingentis; & proptérea diximus in pręcedenti articulo, in definitione ſupplicationis, quòd illa ſit quædam petitio ad aliquid rationabiliter obtinendum. Quoad ſecundum Azzo in ſua Sum. in titu. C. de preci. imp. offer. num. 1. docet, quòd preces offeruntur, conſiderata conſuetudine, uel iuris diſpoſitione: hinc eſt, quòd modus ſupplicandi eſt diuerſus ſecundum diuerſum ſtilum cuiuslibet curiæ; De quo quidem cum non poſſit hic aliquid certi adnotari, ideò, quoad diſpoſitionem iuris in explicatione ſubreptionis, & obreptionis, de qua infra copioſè dicemus, quomodo illa fieri deat, demonſtrabimus. Vnde quoad tertium caput ſupra in ordine propoſitum, ſpectat, dicimus, quod cum admiſſio ſupplicationis dependeat à uoluntate rationabili ipſius ſuperioris illam admittentis, de qua ſimilter infra ſuo loco ſumus dicturi, ſequitur inde, quòd ſicut illa uoluntas de iure, & de facto reperitur diuerſa, iuxta tradita in c. ſuper litteris. eod. de reſcript. ita quoque iſta ſupplicationis admiſſio non erit vnica, ſicuti diximus etiam ſupra quæſtione præcedenti, articulo 6. Hinc eſt, quod hæc ſupplicationũ, & precum admiſſio aliquando eſt in forma communi, & aliquando in forma ſpecifica, iuxta d. tex. & ibi Docto. in capitu. ſuper litteris. Rurſus aliquando eſt pura, & ſimplex, aliquando uerò conditionalis, & tempore adiecto. §. per reſcriptum apoſtolicum. cum pluribus ſequen. Inſti. cano. de colla. & nos alibi diximus. Iterum aliquando eſt in forma pauperum. c. ſi pauper. de præben. in 6. Aliquando in forma digni. clement. 1. de offic. iudi. deleg. Atque aliquando ſub alijs ſimilibus, atque diuerſis formis illa reperitur admiſſa, ut plenè uideri poteſt apud Rebuff. in ſua practi. benefi. in diuerſis titulis apud Staphil. in ſua practi. vtriusque ſignaturæ, ſimiliter in diuerſis locis. Ad quos quidem eſſe minimò recurrẽdum ſecundum qualitatem caſus cõtingentis. Vnde meritò quidem, videtur ſtatutum per regul. cancell. apoſtolicæ, reſcripta non habere executionem, niſi litteris expeditis, vt nos diximus plenè in præcedenti quæſtione art. 13. idque ea ratione ſtatutum eſſe uidetur, quia forma reſcriptorum de iure, & de facto diuerſa omnino reperitur.

Quis ſupplicationem porrigere, ac impetrare valeat. Artic. 3.

LIcèt ſupra ſuo loco ſit demõſtratum, an, & quando poſſit quis impetrare reſcripta pro alio ſine illius mandato; & propterea ex his cognoſci valeat, quomodo reſponderi queat ad propoſitum articulũ; nihilominus non erit inutile hic aliquid de eo adnotare, cum intelligentia iſtius articuli non ſit de procuratore, ſed de perſona principali, reſcriptum impetrare uolentis, qui & ſi indifferenter ad huiuſmodi impetrationem uideatur admittendus, arg. tex. in l. qui accuſare. ff. de accuſatio. ubi hẽtur, quemlibet accuſare poſſe, niſi ſpecialiter prohibeatur, tamen Hoſtien. in ſua ſumma. eod. de reſcript. §. 3. diſtinguen-

do adnotat duo genera hominum; quidam enim ſunt capaces ad ſupplicãdum,quidam uerò omnino ſunt inhabiles ad preces porrigendas,ut ſunt hæretici, excommunicati,& ſimiles. Confirmatur per l.Vniuerſis.C.de preci.impera. Vbi cauetur non eſſe licitum ſupplicare ſeruo,ſed homini libero.Idem probatur ponderando materiam tituli de elect. & poſtul.præla. Vel dicas aliter,quòd cum hominum quidam ſint capaces ad huiuſmodi actiuas ſupplicationes de iure; quidam uerò dicuntur capaces beneficio diſpenſationis; quidam deniq; ſub vtroque reſpectu incapaces reperiuntur; intelligentiam huius diſtinctionis ſi qs vult uidere, uideat Abb.ſuper ca.ſi.d. titulo de poſtul. prælato.Azzo in ſua ſumma d.titu. de preci.impera.num. 2. & ſeq.ubi adnotat perſonas,quæ poſſunt ſupplicare; vnde ne tranſcribam eius doctrinam,ad eum me remitto. Atque vlteriùs procedendo Bart. & alij communiter in l.1.C. ne liceat in vna eademque cauſa,dant regulam, quòd in illis caſibus, & illis perſonis eſt prohibita ſupplicatio, in quibus eſt prohibita appellatio. Hæc doctrina licèt ſit notanda, quoniam tamen loquitur de ſupplicatione ſpeciali,non autem generali,& prout in præſenti cõſideratur, non videtur propterea vndique ſatisfacere. Qua de re poſtquam uidimus,quid alij nos doceãt, ſequitur modo uidere, quid meo iudicio ſit tenendum. Supplicatio igitur ex parte ſupplicantis dupliciter conſiderari poteſt; Primo ſimpliciter,& ſic quilibet indifferenter ſupplicare ualet, quãuis eſſet incapax, cum dependeat à gratia reſcribere nolẽtis. Secundo quatenus ſupplicatio iſta debeat eſſe rationabilis; & ſic, hominum quidam poſſunt de iure ſupplicare, quia præſupponuntur de iure habiles,& reſpectiuè capaces illius rei, quam petere intendunt. Quidam uerò ſunt inhabiles, niſi mediante beneficio diſpenſationis, cuius proprium eſt reddere perſonam habilem, quæ aliter eſſet, vt docet Paulus Borgaſius in ſuo tract.de regulari:par.2. titu.de effectu diſpenſatio. Hãc diſtinctionem deſumpſi ex dicta doctrina de elect.& poſtul.quæ conſiderantur ratione perſonarum. Et cum inde habeamus ſolutionem iſtius articuli, ideò non videtur neceſſarium vlteriùs procedere.

Quis ſupplicationem admittere poſſit. Artic. 4.

HOſtienſis in ſua Summa eod. de reſcript.§.2. docet, quòd ille poſſit reſcriptum concedere, & ſupplicationem admittere, qui poteſt conſtitutionem facere, de quo conſtitutionis latore dixit antea in ſumma tituli,de conſtit.hæc doctrina poſſet confirmari per ea, quæ diximus ſupra,quando demõſtrauimus reſcriptũ producere ius, licèt illud ſit ſingulare: & propterea imitatur conſtitutionem. Rurſus legimus in §.poſſunt.Inſti.canonica de iudic. quòd Princeps ordinarius, & delegatus Principis ualent iuriſdictionem demandare. Vnde à ſimili hoc idem uidetur dicendum in propoſito articulo. Cæterùm in contrarium reſponderi poſſet ad fauorem Principis, quòd uidelicet ipſe ſolus prædictas ſupplicationes admittere ualeat; ſiquidem, ſicut illius eſt interpretari, cu

ius eſt condere, l.fi. C.de ll.ita quoque eiuſdem erit reſcriptum concedere, cuius eſt legi derogare. Et cũ aliquid concedere in reſpectu ad legem nemini inferiori uideatur permiſſum, c.cum inferior.de maiori. & obedi.can. inferior. diſt. 21.niſi expreſsè id fuerit conceſſum, iuxta l.ius autem ciuile.§.ius prætorium. ff.de iuſti. meritò &c. Pro ſolutione puto præmittendum, quod fuit neceſſarium concedere poteſtatem diſpenſandi, iuxta tradita per Docto.in c. At ſi clerici.§.fi.de iudi.D. Thom.1.2.q.97.art.4. Sot.lib.1.de iuſti.& iure.q.7.art.3.& ratio eſt, quia lex cum accomodetur iis, quæ frequentiùs accidunt. l.nam ad ea. ff. de ll. non eſt poſſibile ſemper illam obſeruari in quolibet caſu indifferenter; atque hac etiam de cauſa datur de iure æquitas, de qua adnotandus eſt præſertim D.Tho.2.2.quæſt. 120. & Summiſtæ in uerbo, æquitas. De qua quidem ſuperiorum diſpenſandi poteſtate uidẽdus eſt Turrecre. ſuper can. requiris.§. niſi rigor. 1. q.7.& ibi etiam plura iura ſunt omnino adnotanda, atque Paul.Borgaſ.in ſuo tract. de regular. par. 2.in prop. titulis. Hoc præmiſſo ſolutio quæſtionis talis uidetur adnotanda, quòd reducendo omnem poteſtatem ad tres gradus, uidelicet ad Principem, ad ordinarium, & ad perſonam intermediam, conſequenter quilibet iſtorum dicitur poteſtatem habere admittendi ſupplicationes & concedendi reſcripta. Quæ concluſio cum ex relatis appareat uera, eſt modo ita intelligenda, vt prædicta poteſtas dicatur conceſſa ſecũdum magis, & minus; ſiquidem ſicut tres ſunt poteſtatis gradus, ut diximus; ita etiam tria conſidarantur negociorum genera, uidelicet grauiora, leuiora, & media. Vnde Principi eſt data poteſtas prædicta circa grauiora dd. perſonæ intermediæ media; ordinario uerò leuiora; & ſic unicuique illa dicitur conceſſa ſecundum debitam proportionem. Atque hoc puto ita tenẽdum. arg.tex. in §.eſt ergo, & ibi glo.Inſtitu. cano. de collatio. atque iuxta tradita p Docto.in d.c.At ſi clerici. §.fi. de iudic. Per quam quidem declarationem cum notoriè conſtet etiam quomodo reſponderi ualeat ad ea, quæ in cõtrarium ſupra ſunt adducta, ideò non oportet ad illa ſpecialiter reſpondere.

Super qua materia ſupplicari liceat.
Artic. 5.

OB ſimilitudinem, quæ eſt inter cõſtitutiones, & reſcripta, oportet articulum ita ſoluere, ut quemadmodũ materia alia eſt ſub poteſtate canonis, uel legiſlatoris, alia uerò extra illam reperitur; & propterea ex hoc capite adnotatur ad mentem etiam D.Thomæ, 1.2. quæſt. 96. articu.4. & Caietanum, tam ibidem, quàm etiam in ſua Summa in uerbo, lex, legem reperiri aliquando iuſtam, & aliquando iniuſtam. Quam diſtinctionẽ paſſim admittunt etiam Docto.& præſertim ſuper c.Eccleſiæ Sanctę Mariæ. de conſti. Ita etiam hoc idem eſt dicendum de materia reſcriptorum, atque ſupplicationum. Rurſus in c.fin.de reſcript. & ibi glo.in uerbo, ad futuras, aliter conſiderata fuit eadẽ materia, uidelicet de præſenti, uel de futuro; & propterea ibi adnotatur, reſcripta concedi quoad lites præteritas, uel præſentes; ſe

cus

cus uerò quoad futuras. At ſecundum ea, quæ alibi diximus, oportet aliter diſtinguere, quòd uidelicet materia alia ſit grauis, alia leuis, & alia media; vnde ſolutio iſtius difficultatis non uidetur adhuc omninò clara. Qua de re diſputatione omiſſa puto dicendum, quòd hæc materia conſideratur, aut in particulari, aut in communi: Primo modo non hic, ſed infra in diuerſis articulis etiam huius quæſtionis de ea eſt agendum. At ſecundo modo imprimis adhuc eſt ita ſubdiuidenda, ut una dicatur iudicialis, altera uerò extraiudicialis. De iudiciali eſt intelligendus textus in d. c. fi. & ibi glo. & Doct. Hinc nota, quòd in hoc differt reſcriptum à conſtitutione, quia conſtitutio regulariter reſpicit futura, & limitatiuè præſentia, & præterita, c. fi. eod. de conſtit. l. leges, la 2. C. de ll & ibi Docto. At reſcriptum, quoad materiam iſtam attinet, oppoſito modo ſe habet; ſiquidem regulariter reſpicit præſentia, & præterita, ut habetur in d. c. fin. & ibi Docto. Limitatiuè uerò etiam futura, vt ibi adnotatur. De altera uerò materia, & ſic de extraiudiciali, dum in communi conſideratur, prout conuenit in præſenti, ſatis erit adnotare diſtinctionē, quam ſupra primo & tertio loco adnotauimus, atque breuitatis gratia eam hic aliter non referam. Hinc intelligimus, reſcripta aliquando eſſe nulla ex parte materiæ, & ex parte poteſtatis ipſius concedentis. Idq; contingit, quando illa concederentur ſuper materia non pertinente ad ipſum concedentē. Nec obſtat ſi ex aduerſo replicetur, reſcripta poſſe concedi etiam circa huiuſmodi materiam, argu. tex. in authen. caſſa. & irri. & in authen. hoc ius porrectū. C. de ſacroſan. Eccleſ. cum ſimil. quia reſpondetur, huiuſmodi iura, & alia ſimilia, dupliciter intelligi poſſe; Primo quatenus ſunt conſtitutiones, & ſic nō tenent per d. c. Eccl. Sanctę Marię, cum ſimil. quia non licet mittere falcem in meſſem alienam; atque ſub hoc reſpectu diximus, prædicta reſcripta aliquando eſſe nulla. Secundo conſiderantur eadem iura, quatenus ſunt, & denotant priuilegium, & ſic oppoſitum eſt tenendum, & ſub hoc reſpectu eſt intelligenda obiectio, ut ſupra oppoſita, cum non repugnet iuri, nec rationi, quòd Princeps vnius iuriſdictionis concedat priuilegia illis, qui ſūt alterius iuriſdictionis. Hinc uidemus Eccleſiam recepiſſe diuerſa priuilegia à poteſtate ſeculari, de quibus hodie pleniſſimè tractat D. Lelius de Zanchis Veronen. in ſuo tracta. de priuil. Eccleſię per tot. De qua quidem materia extraiudiciali, vltra prædicta, eſt adnotandum, quòd reſcripta circa eam conueniunt cum conſtitutionibus, cum illa concedantur quoad futura, ſicut conſtitutiones; & propterea dicuntur iura priuata, iuxta can. priuilegia. diſtinct. 3. facit totus titulus de priuileg. cum ſimil. meritò &c.

An ſupplicari ualeat contra ius conſtitutionis. Artic. 6.

SI articulus iſte eſſet à ſimili definiendus, ſine dubio dicendum eſt, ꝙ ſicut conſuetudo inducitur aliquando contra aliquā conſtitutionem, l. de quibus, in fi. ff. de ll. §. pen. Inſtit. de iur. natur. Docto. ſuper d. fi. de conſuetudine, cum ſimil. &

mil. & ſicut una lex ſæpè promulgatur contra aliam.c.1.de conſti.in 6.l.non eſt nouum. ff. de ll.l.2.ff.de conſti. Principum, cum vulga. ita quoque hoc idem eſt dicendum de ſupplicationibus, atque reſcriptis; & propterea uidemus, Principem aliquando diſpenſando reſcribere contra iuris diſpoſitionem.§. niſi rigor.cum plurib.ſeq.1.q.7.ubi adnotantur cauſæ, propter quas talis diſpenſatio permittitur. In contrarium tamen eſt tex. in l. reſcripta. C.de preci.imp.offer.cuius hęc ſũt uerba. Reſcripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus refutari pręcipimus,idem deciditur in l.fi.C.ſi contra ius. His accedit,quòd Princeps ſecundum iuriſtas tenetur ſeruare ius ratione honeſtatis, Bal.in l. digna uox. num. 1. C. de ll.& ſecundum Theologos tenetur ad idẽ ratione, qua lex eſt regula rectè uiuendi.D.Tho.1.2. qu.eſt. 96.art.5. ad 5. Ex quo ſequitur eidem prohibitum eſſe reſcribere contra ius, & ſucceſſiuè dicitur et prohibitũ, contra illud ſupplicare. Pro ſolutione, Salj.in d.l.reſcripta. num.1.diſtinguendo dicit, quòd quando legiſlator prohibuit reſcriptum contra ius,intellexit de lege ſpeciali, cum quędam ſpecialia reſcripta aliquando prohibeantur. l. fi. C.ſenten.reſcin.non poſſ.l.1.C.ſi nuptiæ ex reſcri. petan. & ita ſi reſcripta ſpecialiter non ſint prohibita, dicuntur conceſſa contra iuris diſpoſitionem. Bal.in eadem lege, num.8.in fi. & ſequen. docet, Imperatorem poſſe reſcribere contra effectum iuris naturalis, & Pontificem contra ius diuinum, declarando illud. Caſtren. adnotat, ſed per modum regulæ, quòd reſcripta contra ius non teneant: illam tamen limitat, quando neminem læderent; quæ doctrina licèt ſit adnotanda, nihilominus non videtur vndique ſatiſfacere; & propterea omnibus conſideratis dicerem ego, quòd cum uerba legis ſint, vt ſupra relata, ideò una cum Bal.oportet ita diſtinguere, quòd reſcripta aut impetrantur contra ius diuinum,uel naturale, & tunc talis impetratio erit nulla, cum hæc iura ſint immutabilia. §.penult. Inſti. de iur. natu. diſ.5.in princ. diſt.6. in fin.§.1.Inſti.cano. de iu.diui.& hac de cauſa legimus, ius humanum cedere iuri diuino, & naturali.diſt.9.per tot. Hæc concluſio poſſet limitari, ſi illud ius eſſet de medio ad finem,& non de ipſo fine, iuxta tradita per D.Tho.1.2.quæſtione centeſima, art.8. Sot. lib.2.de iuſti.q.3. art. 8. Aut eadem reſcripta impetrantur contra ius humanum,& in tali caſu argumento diſtinctionis de iur. diui.& natu.dicendum eſt, illa nec impetrari, nec concedi poſſe contra ius, ſi illud reperiatur eſſe de fine, & ſic de bono publico: ſecus uerò ſi fuerit de medio ad illud. Vlteriùs talis impetratio aut conſideratur reſpectu ordinarij, & ſic regulariter prohibetur, iuxta c.cum inferior.de maioritate, can.inferior.diſt.21. Hæc autem concluſio limitatur in caſibus à iure permiſſis.c. peruenit, de ſenten.excommu.c.nuper,cum ibi adnot.eod. Quæ quidem limitationes ad mentem Ludouici Carbonis in ſuo tract.de ll.l.7. q.12.reducuntur ad tria capita, uidelicet quãdo adeſſet conſuetudo; Secundo, quando caſus eſſet lenis; Tertio, quando caſus eſſet frequens. Aut denique prædicta reſcripta impetrantur apud Principem,qui licèt regulariter poſſet reſcribere contra ius

præ-

Digitized by Google

prædictum, iuxta cap. propoſuit. de conceſſ. præben. cum ibi adnot. Dubitatur tamen, an id facere valeat ſine cauſa. De qua dubitatione eiuſque ſolutione quoniam infra ſuo loco ſumus dicturi, ideò vlteriùs oportet diſtinguere de qualitate iuris; ſiquidem ſi illud fuerit particulare, tunc talis impetratio non teneret, niſi in illius admiſſione facta eſſet mentio de tali iure. cap. 1. cum ibi adnotat. de conſti. in 6. At ſi tale ius fuerit uniuerſale, tunc abſque tali mentione teneret reſcriptum, niſi aliud obſtaret, licèt aliquando etiam de hoc ſit dubitatum, ut uideri poteſt apud Caſtren. ſuper d. l. fi. nu 2. C. ſi contra ius. Quæ quidem mentio uidetur ſemper neceſſaria ſaltem virtualiter per clauſulam de derogatoriam apponendam in reſcripto, quæ ad euitandas diſputationes, apponi debet, cum in practica non expediat de huiuſmodi controuerſijs diſputare. De qua quidē clauſula ob eius vtilitatem, ſi quis plura uidere cupiat, uideat Gomeſ. in ſua præfatione ad regulas Cancell. apoſt. quæſt. 5. & 6. Doct. in l. ſi quis. in princip. ff. de lega. 3. Clar. in §. teſtamentum. q. 99. Thob. Non. conſil. 22. Caſtrenſ. conſil. 206. & Rub. in conſil. 24. cum ſimil. Ex quibus omnibus cum habeamus non ſolùm ſolutionem ad articulum, ſed etiam ni fallor, quomodo conciliari ualeant, quæ ſupra ad vtramq; partem ſunt adducta, ideò non oportet hic vlteriùs procedere &c.

An ſupplicare ſit permiſſum contra ius perſonarum.

Artic. 7.

Est vulgaris concluſio in iure, illud uerſari circa perſonas, res, & actiones, ſeu iudicia. l. 1. ff. de ſtat. homi. §. fi. inſti. de iur. natur. §. fi. Inſti. cano. de eccleſ. conſtitu. Illud autem ius, quod circa perſonas uerſatur, dicitur tale, ut qualificet perſonas, & differentias ponat inter eas: Vnde intelligentia iſtius articuli illa uidetur eſſe, ut ſcilicet cognoſcamus, an perſona poſſit mutare, ſeu alterare qualitatem, à lege ſibi datam uigore alicuius ſupplicationis, & reſcripti. Hoc præmiſſo, dicimus ad articulum, quòd talis ſupplicatio uidetur de iure omninò prohibita, quia ſi aliter eſſet, perſonæ mutarent naturam; vt exempli gratia, minor eſſet maior, quod non uidetur admittendum; & propterea legimus in l. 1. C. ſi minor ſe maiorem dixerit, & per tot. quòd ſi minor dixerit ſe maiorem, reſtituitur in integrum, meritò &c. Nec debet obſtare lex 3. eodem, & Pariſ. in conſ. 97. num. 19. vol. 1. quia ne quis ex propria malitia reportet commodum, ideò d. lex prima limitatur, quando dolo quis ſe facit maiorem, ut in dictis locis cauetur. Cæterùm his, & ſimilibus non obſtantibus, in contrarium uidetur de iure eſſe reſpondendum, iuxta tot. tit. C. de ijs, qui uen. æta. impetra. Si enim quis poteſt per reſcriptum ſe facere maiorem, cum ſit minor, ut præcipuè expræſſè legitur in l. 1. eod. in quæſtione propoſita ſupplicari, & reſcribi poteſt contra ius prædictum: hinc uidemus paſſim diuerſos ſibi acquirere diuer-

diuerſas dignitates, iuxta tradita per Bat.in l.1.C.de dignita.lib.12. & cano. ſuper cap.de multa,de præben.& in c.1.de cõſuet.in 6.cum ſimil. Quid igitur dicẽdum? Pro ſolutione,& conciliatione eorum, quæ ſupra ad partes ſunt adducta, puto ita eſſe diſtinguendum, quòd qualitas prædictarum perſonarum,aut illis ineſt de iure naturali, vel diuino,et tunc reſcriptum in contrariũ impetrari nequit; hinc eſt, quod ſi quis non baptizatus ordinatus fuerit, talis ordinatio in omnibus, & per omnia dicitur nulla.c.1. & per totum, de præsbi. non baptiza. miniſtr. & ratio eſt, quia talis qualitas cum inſit à natura,dicitur propterea intrinſeca, & ſic mutari nõ poteſt. Quæ quidem iuris deciſio poſſet aliquando limitari ratione effectus,argum.c.1.de ordin.ab epiſ. qui renuncia. Aut ſecundo loco prędicta qualitas ineſt de iure poſitiuo, & humano, & ſic in contrariũ reſcripta impetrari ualent, ut conſtat per deducta pro hac parte. Ratio autem illa aſſignari poteſt,quia ſicut qualitas iſta dependet à lege mutabili,iuxta c.non debet,de conſanguini. l. de quibus, in fi.ff. de ll. cum ſimil,ita etiam hæc qualitas dicitur extrinſeca, & mutabilis; & propterea non eſt inconueniens, illam alterari,& mutari. Hinc eſt,ꝙ doctores adnotant, poteſtatem iuriſdictionis poſſe delegari,cum ueniat ab extra; ſecùs verò poteſtatẽ ordinis, cum ueniat ab intra, gloſ. recept. ſuper c.aqua, in uerb.iuriſdictionis, de conſecra. & ibi docto. Hinc eſt etiam, quòd diuerſa ratione eadem qualitas poteſt conſiderari de iure naturæ, & de iure ciuili,ut contingit de ſeruo iuxta declarationem Vaconij in ſuo libro 1.uaria.declarat.declara.10. Ex quibus omnibus non ſolum habemus ſolutionem ad articulum, & quomodo oppoſita, ut ſupra adducta debeant conciliari,ſed etiam intelligimus, qualis ſit intelligentia dd. titulorum.C. ſi min.maio.ſe dix.& de his qui ueni.æta.impetra.cum ſimil.

An ſupplicari liceat contra ius rerum. Art. 8.

INtelligentia iſtius articuli habetur ex ijs,quæ diximus ſupra in principio præcedentis; & propterea vlteriùs procedendo pręmittendum eſt, quòd in iure res conſiderantur dupliciter; Primo ratione, qua poſſunt eſſe, uel non eſſe in dominio noſtro, iuxta diſtinctionem datam ab Imperatore in princ. tit. inſtitu. de rer. diuiſ. cum §. ſeq. & ſub tali reſpectu dictum fuit à Iure conſtituto in l.fi. ff. de ll. quòd totũ ius ciuile conſiſtit in acquirendo, conſeruando,& minuendo. Secundo ratione adminiſtrationis,& propterea propoſita fuit rubrica lib.2. inſtit.iur. cano. de rer. diuiſ. & illa. adminiſtra. cum res quædam debeant adminiſtrari, ſed poſſideri nullo modo poſſunt. Quouis autẽ modo res conſiderentur, ſine controuerſia dicuntur recipere diuerſã qualitatem,aliquandò diſpoſitione iuris, iuxta l. magis puto. ff.de reb. eorum. Cano. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. cum ſimil. aliquando uerò facto hominis. §. furtiuæ quoq; & ibi glo.& docto. Inſtitu.de uſucap. His præmiſſis pro ſolutione iſtius articuli puto adhibendam eſſe diſtinctionem ſimilem ei, quam adnotauimus in præcedenti,quã bre-

Digitized by Google

nitatis gratia hic aliter non refero. Hęc omnia ſunt animaduertenda, cum faciant ad intelligentiam ſtatutorum, quibus bona adeò ſunt affecta ciuibus illius loci, ut ad extraneos, & forenſes trāſire nequeant, de quibus ſtatutis uidendus eſt Alcia.in conſil.51. num.40.lib.9. Burſatt. in conſil.36. num.5. Soci.iun. in conſil.3.vol.3.Rol.à Vall.in cōſil.81.num.32. concluſ.2.volum.3. Si enim tali ſtatuto eſſet derogandum per reſcriptum, ſine dubio illud diceretur conceſſum cōtra ius rerum, cū per illud huiuſmodi bona reducerentur ad terminos iuris communis, & cum clari ſit iuris huiuſmodi ſtatutis poſſe derogari, vt diximus ſupra articulo 6. Hinc eſt, quòd Iaſo.in conſ.75. declarat, quādo dicatur ſtatuto derogatum, etiā per reſcriptum, ex quo de hoc aliquando dubitatur. Ex quibus omnibus intelligimus, reſcripta concedi poſſe aliquando etiam cōtra ius rerum, atque quod adnotauimus de rebus affectis vigore ſtatuti, illud idem adnotari debet de rebus affectis vigore iuris communis, ut ſunt bona publica, bona alicuius vniuerſitatis, bona minorum, & ſimilia, quæ cum regulariter prohiberi nequeant iurib. vulg. diſpenſatiuè tamen, & per reſcripta ſæpè alienantur, iuxta tradita à Rebuſ.in ſuo tractat. de reb. eccl. non alien. & Simoncell.in ſuo tract.de decret.&c.

An ſupplicari liceat contra iura iudicij. Art. 9.

Cum inter diſtinctiones, quæ dantur de iudicio, vna quoq; reperiatur, ut aliud dicatur ſolenne, aliud verò ſummarium, clemē. ſæpè, de verb.ſignif. clemen.diſpēdioſam, de iudi.§.pen.cum ſequen. Inſtit.cano. eodem. Marant. in ſuo ſpecul.iudi. par.4 d.9. per tot. Hinc paſſim videmus in practica, quòd in commiſſionibus cauſarum ſemp adhibetur clauſula, sūmariè &c. Ex quo ſequitur, artic. iſtum nullā habere difficultatē, nec etiam oportet declarare, quid ſignificet prædicta clauſula, ſummariè, &c. atq; cuius ſit uirtutis & effectus, quia lōgo, & docto diſcurſu iam declarat Quintil. Mandoſ.in ſuo tract.commiſſio. commiſſio.3.uerſic.ſummariè &c.per quinque colūnas, & ante eum Bart. in extrauag. ad reprimen.in eodē uerbo, ſummariè &c. Illud tamen puto non eſſe omittendum, quòd docto. & præcipuè Panormitanus ſuper cap.in cauſis. de ſent.& re iudic.docent, quòd quædam requiruntur ad iudicium de iure naturali, & ad hoc facit text.in c. qualiter.il ſecundo, in princ. de accuſa. Atq; iſta in quolibet iudicio, & à quolibet iudice indifferenter ſunt ſeruanda; & ſi ſecus fiat, iudicium dicitur nullum, cum illa ſint de intrinſeca eius ratione. Quædā uerò requiruntur de iure humano, & poſitiuo, & communi uocabulo dicuntur ſolennitates, à quibus iudicium denominatur ſolemne; & propterea de iſtis eſt intelligendū id, quod ſupra diximus. Et ratio eſt, quia iuri humano poteſt derogari, ſecùs uerò iuri naturali, & diuino. Quod tamē intelligi debet, iuxta ea, quæ diximus ſupra, artic. 6. Hinc intelligimus, quod cum nullitates, quæ ſæpè committuntur in fabricatione alicuius proceſſus, quędam ſint de iure naturali, & diuino, quædam uero de iure humano, & poſitiuo, licèt iſtæ ſecundæ depēdeant

deant a primis. Vant. in ſuo tract. de nulli. rubr. 1. nu. 14. Ideò de primis uerificari debet Bulla Clem. 8. de nullit. qua admittuntur illæ tantum nullitates, quæ depēdent à defectu iuriſdictionis, mandati, & citationis; reliquæ uerò omnes omnino reijciuntur; & propterea ſi caſu contingat, ut huiuſmodi nullitates à Pontifice reiectæ, de facto in aliquo proceſſu committantur, poſsūt illæ reparari iuxta ea, quæ nos docet idem Vant. in d. ſuo tract. tit. ultimo. Quibus omnibus de iure ita ſuadēribus, ſolutio ad articulum illa uidetur eſſe, ut ſupplicari liceat contra ea, quæ pertinent ad iudicium. In contrarium tamen eſt textus in l. prolatam. C. de ſenten. & in terlo. omn. iudi. Confirmatur, quia iudex tenetur ius dicere ſecundum iuris diſpoſitionem. cap. 1. de ſentent. & re iudic. Inſtit. de offic. iudic. in princ. cum ſimil. Vnde meritò &c. Cui obiectioni reſpondendum eſt, illam regulariter uerificari, limitatiuè uerò tenendum eſt, prout in ſolut. iſtius articuli decìditur. Et propterea legimus, reſcriptum tenere aliquando in forma communi, & aliquando in forma ſpecifica. c. ſuper litteris, & ibi gloſ. & docto. eod. de reſcript. Et ita per hæc iura iuribus concordantur.

An liceat ſupplicare contra fiſcum. *Art.* 10.

Dicit text. in l. nec damnoſa. C. de preci. imper. relatus in cano. nec damnoſa. 25 quæſt. 2. quòd fiſco damnoſa poſtulare non oportet. Quæ iuris deciſio non uidetur undiq; uera; Primo quia in practica ſæpè videmus, Principes, & ſuperiores reſcribere contra fiſcum, liberando delinquentes à pœnis. l. reſcripta, in fi. eod. ubi legimus reſcripta tenere, quæ ſupplicantibus indulgent &c. Secundo hoc idem confirmari poſſet per §. & hoc uerò, in authen. ut nulli iudi. &c. ubi cauetur, quòd quando alicui iudici reſcriptum eſt aliquid contra fiſcū, illud nō damnatur, ſed ordinatur, quod expectetur ſecunda iuſſio; meritò, &c. In contrarium eſt reſpondēdum per iura, ut ſupra adducta, idē probat Marcusantonius Peregrin. in ſuo tract. de priuileg. fiſci, tit. habentes iura fiſci, num. 33, & ſequen. Id poſſet confirmari ratione, quia Princeps reſcribendo non intendit aliquem in ſuo iure lædere, doct. in l. beneficium, ff. de conſtit. Princi. cum vulgar. Pro ſolutione eſt animaduertendum, quod docto. & præcipuè Iaſ. ſuper d. l. nec damnoſa. poſt principium, diſtinguunt de iſto iure fiſci, cum unum dicatur eidem acquiſitum; alterum verò eſt acquirendum: unde iura quæ huiuſmodi ſupplicationē prohibent, ſunt intelligenda de iure acquiſito, non autem de acquirendo; & propterea argumenta ſupra ad utramq; partem adducta, ad inuicē conciliantur, & ſucceſſiuè ſupplicatio uno reſpectu tenet, altero uero regulariter dicitur nulla. Quando autem tenet, vlterius requiritur ad mentem eiuſdem Iaſ. ut narrentur narranda. Hinc eſt, quod ſi in precibus fuerit omiſſa qualitas, quod delinquens alicuius deliquiſſet, reſcriptum eſſet ſubreptitium, & non teneret, ut adnotat Iaſ. lo. cit. & in l. 2. num. 51. & 32. C. ſi contra ius cū ibi adnot. etiam per Bald. num. 20. & Peregrin. lo. cita. num. 36. Quod autem ſit facienda differentia in-

Digitized by Google

ter i ura prędicta, adnotat etiam Ro do: in. in ſuo tracta. de reb. eccleſ. nõ alienan. tit. de ſignificatione uerbi, alien. §. pariter repudiatio, per tot. probat text. in l. qui autem. ff. quæ in frau. credi. Hinc eſt, quòd Eccleſia non dicitur alienâre repudiando, vt adnotatur in dictis locis, quod facit ad fauorem debitorum. Quando autem in altero caſu diximus, regulariter dictam ſupplicationem eſſe prohibitam, quia in iure omnis regula aliquando limitatur. l. omnis definitio. ff. de regul. iu. cum ibi adnot. & propterea etiam regula iſta aliquando recipit limitationem, iuxta l. ſi. cum ibi adnot. C. de ſemen. paſſ. Vt autem hæc ſolutio methodicè habeatur, propterea dicimus regulariter, huiuſmodi ſolutionem eſſe omni no uerã, iuxta tamen declarationem ſecundum diſtinctionem, ut ſupra factam, & adhibitam. Limitatur ſecundo, atque reſpectiuè declaratur ad mẽtẽ tamen Caſtren. quando uidelicet illud damnum, quòd fiſcus inde reciperet, eſſet modicum, quia de modicis non curat Prætor. l. ſcio. ff. de reſtitu. in integr. Declaratur tertio, quãdo Princeps non ſolum ſemel, ſed iterum reſcriberet, iuxta tex. in d. §. & hoc verum, quia iſta ſecunda iusſio eſt maximæ uirtutis, cum notoriè demõſtret, Principem uoluiſſe derogare prædicto iuri, ut adnotat etiam Azo. in ſua ſumma eiuſdem tit. de preci. nu. 6. Et cum per hæc omnia non ſolùm intelligamus ſolutionem ad iſtum articulũ; ſed etiam, quomodo ad obiecta reſponderi ualeat, ideò non oportet ulterius procedere.

An ſupplicari liceat contra ius alicuius Vniuerſitatis.

Art. 11.

Iverardus in ſua cẽturia de loc. argumentan. in proprio loco de uniuerſitate, adnotat tenere argumentum ab eccleſia ad fiſcum, & è contra. Ex qua doctrina infertur, quòd ſicut non licet ſupplicare contra fiſcum, niſi prout ſupra demonſtrauimus, ita etiã hoc idem non debet eſſe licitum ſupplicare contra aliquam Eccleſiam, uel Vniuerſitatem, quia ſicut iura Fiſci lædi non debent, ita quoque nec iura huiuſmodi vniuerſitatis. Hoc idem poſſet confirmari argumẽto totius tituli de reb. Eccleſ. nõ alien. ſiquidem ſicuti iura, & bona Eccleſiarum ſunt perpetuò conſeruanda, can. uidentes, cum ibi adnot. 12. q. 1. Ita etiam contra eadem iura ſupplicari nõ debet. Cæterùm ſicut deciſio quoad iura Fiſci aliquando limitatur, ut ſupra ſuo loco demonſtrauimus, ita etiam hoc idẽ uidetur dicendum de ſolutione iſta quoad prædictam vniuerſitatem. His accedit glo. ſuper l. reſcripta, in uerbo, non lædat. C. d. titulo, de precib. Quæ declarat, reſcripta tunc valere, uel quando penitus non lædũt, vel modicè lædunt, iuxta l. quoties. C. eod. l. 2. §. ſi quis à Principe, & ibi glo. in uerbo, impetrauerit. ff. ne quid fiat in loc. pub. Vnde tota difficultas huius articuli, ſicut etiã præcedentis, & quorundam aliorum in eo cõſiſtit, ut cognoſcamus, an uidelicet per reſcriptum lædatur ius alicuius; ſiquidem ſi illud læderetur, ſed non modica læſione, tunc nec ſupplicatio, nec eius reſcriptum tenerent, & ſucceſſiuè difficultas

Digitized by Google

cultas prædicta conſiſtit in cognitione iſtius læſionis, an uidelicet illa reperiatur, & quatenùs reperiatur, an illa ſit notabilis, uel modica; ſi quidem ſi modica fuerit, nec ſupplicatio, nec reſcriptum uitiatur, arg. l. Scio. ff. de reſt. in integ. cũ ibi adnot. ſecus uerò aliter. Definire autem læſionem prædictam eſſe unius, uel alterius naturæ, uidetur eſſe in arbitrio iudicis. l. 1. ff. de iur. liber. Atque iuxta tradita à Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. caſ. 73. 74. 75. per tot. Ad quem puto eſſe remittendum in caſu contingenti, ne ſim aliorum ſimplex relator. Et hæc ſunt, quæ occurrunt adnotanda iuxta propoſitum inſtitutũ pro ſolutione iſtius articuli.

An permittatur ſupplicare contra ius publicum. Art. 12.

IVs publicum eſt adeò in iure priuilegiatum, ut contra illud nec etiam iuramentum teneat, ut nouiſſimè probat Couar. ſuper c. 2. par. 2. §. 1. nume. 1. de pact. in 6. Ad hoc facit ca. Venientes. de iureiur. cum ibi adnota. Ex quo ſequitur, articulum iſtum non habere difficultatem; & propterea communis utilitas præfertur priuatæ. c. bonæ memoriæ, il primo, & ibi glo. in uerbo, communem, de poſtul. prælato. Hanc eandem concluſionem probat l. 1. C. ne quid one. pub. lib. 11. l. 1. in fi. C. de cadu. toll. & ratio eſt, quia dicit glo. ſuper d. c. bonæ memoriæ, quòd in communi utilitate includitur priuata; vnde qui faceret aliquid, vel concederet contra ius publicum, illud diceretur factum, vel conceſſum contra ius etiam priuatum. Cæterùm in contrarium facit; Primo, quia Cardinales inſeruiunt Eccleſiæ Romanæ, & ſic publicæ vtilitati, vt dicit tex. in d. c. bonæ memoriæ, & nihilominus promouentur ad eccleſias priuatas, ut quotidie uidemus in practica, quæ promotio, cum fiat contra prædictum ius publicum, meritò &c. Secundo hoc idem probat tot. titulus de excuſatione muner. in ff. & C. lib. 10. Et cum ſæpè contingat aliquem excuſari ab huiuſmodi muneribus publicis; & propterea de eis dubitetur, quænã illa ſint; hinc eſt, quòd hæc dubitatio ſoluitur per l. 1. C. de uacat. publi. muner. lib. 10. Vnde his ita ſuadentibus negari nequit, reſcripta impetrari poſſe contra ius prædictum. Pro ſolutione iſtius articuli oportet adnotare, quid intelligi debeat per ius publicum, glo. ſuper §. 1. ſeu in princ. in uerbo, publi. Inſti. de excuſa. tuto. docet, ius publicum dupliciter conſiderari, uidelicet ratione utilitatis, & ratione authoritatis. Et cum ius aliud ſit publicum, aliud uerò priuatum. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iur. §. fi. Inſtit. eod. Vbi ſimiliter iſta duo iura deſcribuntur. Ideò omnibus conſideratis puto dicẽdũ, ꝙ iura, quæ ſunt publica, aliquando reperiuntur talia ratione authoritatis, & vtilitatis; aliquando verò ratione authoritatis tantum. At priuata poſſent eodem modo conſiderari, vt quædam ſint talia ſimiliter ratione authoritatis, & utilitatis: quædam uerò ratione vtilitatis tantum. Hinc eſt, quòd tutela, & cura dicuntur priuatæ vtilitatis, ſed publicæ authoritatis; & propterea in iure dicuntur publica munera. §. 1. ſeu in princ. Inſti. de excuſa. tuto. & ibi glo. in uerbo, publicum. Vlterius Orſalius in ſua poli. ciui. cap.

37. num.

37.num. 5.lib. 1.adnotat, ius publicum quadrupliciter conſiderari, Primo, quatenus tendit in vtilitatem communem, ut ſunt ſacra; Secundo, quatenus in commune omnibus, non autem ſingulis prodeſt: Tertio, quatenus eſt principaliter priuatum, ſecundariò publicum: Quarto, & vltimo, quatenus multis prodeſt, priuatim tamen competit. Vlterius ſub num. 6. docet idem author, quòd ius publicum diuerſimodè accipitur; Primo, enim denotat id, quod eſt tale authoritate, ut eſt ius poſitiuum. Secundo, quod collatum eſt in uniuerſam commoditatem. Tertio, quòd locatum eſt in publico vſu. Quarto, quòd ad dominium reipub. pertinet. Hactenus uidimus, quid, & quotuplex ſit ius publicum, & ſucceſſiuè, qua uia, atque in quo caſu poſſet contra illud ſupplicari, cum ex his clarè inferatur aliquando eſſe à iure publico recedendum ſecundum aliquod ſignificatum illius. Vt nunc referã, quid meo iudicio ſit tenẽdum, per publicum ius in propoſito articulo id tantũ intelligere debemus, quod quouis modo ſpectat ad conſeruationem alicuius ciuitatis, ad quam unuſquiſque uidetur obligatus. l. 2. ff. de iuſti. & iu. l. fi. C. de aboli. l. penult. ff. ad l. Iuliam maieſtatis. Ex quo ſequitur, quòd intelligentia iſtius articuli illa uidetur eſſe, ut intelligamus, an per reſcriptum poſſit quis liberari ab huiuſmodi obligatione. Hoc præmiſſo ad articulum puto affirmatiuè eſſe reſpondendum, quia ſi iura ipſa liberant aliquando ciues ab huiuſmodi obligationibus, & muneribus, vt legimus in diuerſis titulis ff. & C. de excuſa. à diuerſ. mune. hoc idem uidetur etiam permiſſum principi, & aliquando eius officialibus, & magiſtratibus per uiam ſupplicationũ & reſcriptorum. Atque hac de cauſa permiſſa eſt eiſdem diſpenſatio. Docto. in c. de multa. de præben. & in c. at ſi clerici. §. fi. de iudi. probat tex. in §. niſi rigor, cum pluri. cano. ſeqq. 1. q. 7. Quæ quidem poteſtas diſpenſandi, & ſucceſſiuè dicta reſcripta concedendi, ſi eſt conceſſa inferioribus, prout in prædictis locis cauetur, dicitur etiam conceſſa ſuperioribus, §. penul. inſti. cano. de epiſc. & ſum. Pont. Confirmatur, quia talis poteſtas non dicitur data priuatiuè, ſed cumulatiuè, iuxta tradita per Docto. in ca. paſtoralis, de offi. ordina. ubi præſertim Felin. eſt adnotandus. Hinc eſt adnotandum, quòd ſicut munera prædicta quædam ſunt realia, quædam perſonalia, & quædam mixta, l. munerum. ff. de muner. & hono. Ita etiã immunitates per prædicta reſcripta conceſſæ, ſimili diſtinctione erunt reales, perſonales, & mixtæ, iuxta tot. tit. ff. de iur. immuni. Nũc ut conciliemus, quæ ſupra ſunt deducta, dicimus, quòd licèt regulariter reſcriptum, illiusque ſupplicatio, contra ius publicũ non teneãt, per ea, quæ ſupra ſunt adducta, & vltra illa probat etiam tex. expreſſus in l. 1. & 2. de immuni. nemini concedenda. C. lib. 10. Hæc tamen regula aliquando recipit limitationes, vt conſtat per ea, quæ ſupra diximus, & ad hoc facit etiam l. priuilegia, & ibi glo. C. de incol. eod. lib. & ita per hæc habemus ſolutionem ad articulum, & qua uia prædicta iura debeant conciliari.

An

An ſupplicari ualeat contra ius priuatum. Artic. 13.

QVoniam per ea, quæ diximus in præcedenti articulo, clarè, ni fallor, conſtat, quid intelligere debeamus per ius priuatum, ideò ad eius ſolutionem deſcendēdo, illa uidetur deſumenda à l. reſcripta, & ibi glo. in uerbo, non lædat alium. C. de preci. &c. Vbi legimus, illa reſcripta eſſe permiſſa, quæ neminem lædunt, uel, ut glo. ibi adnotat, modicè lædunt. Hæc limitatio probari poteſt per tex. in §. 1. Inſti. quibus ex cauſ. manumit. & §. 1. inſti. de his qui ſūt ſui, uel alien. iur. l. 1. C. de neceſſa. ſeru. &c. Idem probat regul. Cancell. apoſt. de iur. acquiſi. nō tollen. in ſuis limita. de qua Gabr. adnot. in proprio tit. & plures concluſiones nos docet, ad hoc facit ēt vulg. regul. cū ſuis declarationibus, id quod noſtrum, ff. de reg. iur. & l. 3. C. de duob. reis, & l. cauſas. C. de tranſactio. In contrarium tamen reſponderi poteſt etiā regulariter, per c. ex parte. il 2. de offic. delega. ubi legimus, Principem reſcribendo non tollere exceptiones, ut clariùs ibi declarant poſtea Docto. & præſertim Dec. & Felin. His accedit, quòd præſuppoſito, Imperatorem eſſe dominum totius Orbis, prout nonnulli tenent ſuper l. cunctos populos. C. de ſumm. Trini. & fid. catho. ubi Bal. Caſtrēſ. Iaſ. & alij, nō ſequitur inde, eundē eſſe etiam dominum rerum ſingularium, cum illæ ſub vniuerſali cōprehendantur, & ſucceſſiuè poſſe aliquem priuare re ſua, prout huiuſmodi illationes adnotat Bart. in 1. conſti. ff. §. omnem. num. 3. & 4. Vnde meritò &c. Pro ſolutione ad mētem eiuſdem Bart. lo. cita. ubi examinat hanc quæſtionem dicimus, quòd Princeps ratione poteſtatis poſſet id facere; ſed reducendo eam ad actum, tunc reſcriptum non teneret, & ſucceſsiuè prædicta poteſtas limitatur, quando inde induceretur peccatum. Caſtren. ſuper d. l. reſcripta, tenet, Principem poſſe tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis. Bal. Iaſ. Sali. & alij uidentur id tenere, quòd Princeps poſſit id facere, dummodo illud ius ſit modicum, unde ad mentem iſtorum remanet difficultas de modo cognoſcendi iſtam modicitatem. Pro cuius cognitione recurrendum eſſet ad Menoch. in ſuo libr. de arbitr. iudi. ſupra adduct. in art. 11. in fi. ubi ſimiliter loquuti fuimus de ſimili læſione. Gabr. inter ſuas concluſ. ponit d. ti. de iu. acqui. non toll. ubi præſupponit, Principem habere poteſtatem iſtam, de qua agimus, ſed ſolùm dubitat de modo; & propterea adnotat diuerſas cōcluſiones cum ſuis ampliatio. & limita. Si iura ipſa in hac parte pōderare uolumus, diuerſa reperiuntur, quibus litigantibus dilationes ſæpè conceduntur contra regulas iuris communis, ut l. 2. C. eod. de precib. authen. quæ ſuppli. eod. cum ſimil. Modo, ut referam, quid meo iudicio ſit tenendū, priùs præmittere oportet, quòd homo priuatus dupliciter conſiderari poteſt; Primo reſpectu ſui, Secundo reſpectu ſuæ familiæ. Primo modo ſicut habet tria genera bonorum, ut Philoſophi nos docent, uidelicet animi, corporis, & fortunæ; ita quoque quęritur, an ſuplicari valeat, & reſpectiuè reſcripta concedi reſpectu cuiuslibet generis bonorum. Vnde reſpectu bonorum animi, & corporis iudicarem negati-

uè

Digitized by Google

uè eſſe reſpondendum, niſi quis obtineret reſcriptum ad aliquem delinquentem puniendum, iuxta l. 1. in fi. ff. de conſti. At quoad bona fortunæ, opoſitum uidetur de iure tenendum, quòd uidelicet poſsit aliquando ſupplicari, & reſpectiuè reſcripta concedi. arg. l. quoties. l. uniuerſa, & authē. quæ ſupplicatio. C. eod. tit. de precib. & l. item ſi uerberatum. §. 1. ff. de rei uendi. Hinc uidemus, ſuperiores imponere precia rebus priuatorum. c. 1. de empt. cum ibi adnot. contra vulg. regul. res tanti ualet, quanti uendi poteſt. At ſecūdo modo, & ſic reſpectū familiæ, ex quo tale ius reducitur ad bona, & ad perſonas, de bonis diximus ſupra, quid ſit dicendū; Quoad perſonas uerò licèt pater familias habeat poteſtatem erga uxorem, filios, & ſeruos, ita quod ualeat eos corrigere, l. 1. C. de emenda. ſeruo. l. 1. C. de emenda. propinquo. l. 4. C. de patr. poteſta. can. ſatis. 33. quæſt. 5. Nihilominus quemadmodū huiuſmodi patres poſsunt excedere fines correctionis, & propterea dicta eorum poteſtas in dictis iuribus corrigitur, ita quoque eadem ratione ſic ſuadente, pōt aliquando contra huiuſmodi ius ſupplicari, atque reſcriptum concedi. Qua de re cum per hæc omnia non ſolùm habeamus ſolutiones ad articulum, ſed etiam, quomodo reſpondere debeamus ad obiecta, ideò iuxta inſtitutum propoſitum non oportet vlterius procedere.

An in precibus, & ſupplicationibus ſubintelligatur clauſula, ſi preces veritate nitantur.
Artic. 14.

Qvamuis hæc quæſtio ſit paſſim à Doctoribus declarata, quoniam tamen in materia reſcriptorum eſt admodum utilis, ne dicam neceſſaria, ideò in præſenti de ea conuenit aliquid adnotare. Tex. igitur in c. 2. ante finem, eod. de reſcript. dicit, quòd in reſcriptis ſubintelligitur iſta clauſula, etiam ſi non apponatur, quam copioſè declarat Camban. in ſuo tract. de clauſul. in propria eius explicatione, pag. mihi 26. Licèt autem tex. in l. fi. C. de diuerſ. reſcript. dicat, d. clauſulam eſſe in ſupplicationibus apponendā, & propterea adnotetur differentia inter ius ciuile, & canonicū, cum de iure ciuili debeat inſeri, de iure uerò canonico illa præſumatur, ut ſuper d. c. 2. adnotat Ant. de Butr. num. 19. Bal. Salic. & alij ſuper d. l. fi. tamen, an ſit attendenda deciſio canonica uel ciuilis, habet difficultatem, cum d. lex reperiatur hodie canonizata in corpore iuris canonici, uidelicet in can. uniuerſa, 25. q. 2. Cæterùm ſolutio illa uidetur eſſe, quòd in terris eccleſiæ attendatur ius canonicum per ea, quæ nos docēt docto. ſuper c. 1. de nou. ope. nuncia. In alijs uerò locis, aut eſt ſequendum ius ciuile, ut doct. adnotant ſuper d. l. & in l. 2. C. ſi contra ius, ubi Bald. num. 6. Aut in utroq; caſu ſequendus eſt ſtilus cuiuslibet curiæ. Hinc eſt, quòd Felin. ſuper d. c. 2. num. 15. adnotat, ſtilum cauſare præſumptionem contra reſcripta, ſi obſeruatus non fuerit. Nec poteſt dici, dictam legem eſſe cano

nizatam

hizatã modo, quo ſupra, cum liber decreti non ſit a ſede Apoſtolica approbatus, ut habeat uim canonis, Felin.ſuper d.c.2.num.55.ibidem Abb.nu.9.Et doct.in præfatione eiuſdem libri.Eſt autẽ admodum utile ſcire, an potius una, uel altera deciſio ſit ſequenda, cum faciat ad intelligentiam obligationis probandi ueritatem reſcripti, ut adnotat Abb.ſuper d.c.2.nu.1. & ibidem alij. Vlterius quærunt Doctores, an iſta clauſula faciat reſcriptũ conditionale, & ſoluendo dicunt, illud non eſſe tale,niſi quoad inſtructionem. Bal. ſuper d.c.ſuper litteris.nu.47.eod.de reſcript. & Feli.ſuper d.c.2.num.5.Cæterum ſiue iſta clauſula præſumatur,ſiue inſeratur, adnotat etiam Salic. ſuper d.l.fina. quod ad ualiditatem reſcripti ultra eam requirantur etiam quædã alia; & propterea dicit,ꝙ requiritur nomen quoque Imperatoris; itẽ dies, & conſul; item illuſtratio ſacri Enchauſti;item ſubſcriptio Cancellarij. Quæ omnia cum reſpiciant expeditionem litterarum, ideò me remitto ad doctores ſupra ſuo loco adnotatos, qui de tali expeditione copioſè pertractant. At quantũ ad prædictam clauſulam attinet, non eſt omittendũ,quod nos docet Decius ſuper d.c.2.num.7.8. ubi legimus,illam eſſe ſubintelligẽdam, & ſic uerificari,tã in reſcriptis ab alijs impetratis, quàm etiã in reſcriptis motu proprio conceſſis.Ratio autẽ illa uidetur eſſe, quia in utriſque debet narrari aliquod factum. Quæ quidem iuris concluſio uidetur limitanda in contractibus, qui, ut iſte doctor adnotat, diuerſam habent naturam a reſcriptis, & ita habemus ſolutionem ad articulum.

An mendax precator carere debeat impetratis. Art. 15.

Dicit Imperator in l. & ſi legibus. C.ſi cõtra ius, &c. quòd mẽdax precator careat penitus impetratis; & Summus Pontifex in c. ſuper litteris,eod.de reſcript. definit, quòd iſte mendax carere debeat impetratis;unde maxima uidetur differentia inter iſta duo iura. Augetur difficultas, quia etiã iura ciuilia in hoc uidentur inter ſe contraria; Siquidem licèt deciſio d. l. & ſi legibus. confirmatur per l.fi. C.de diuerſ.reſcript. oppoſitum tamẽ legimus in l.2.C.eod. ſi contra ius, &c. Qua de re ius canonicum cum una lege uidetur conuenire,cum altera uerò diſſentire. Pro cuius difficultatis ſolutione uidendum eſt, Primo,an,et quomodo ſit uerum, quòd mendax precator careat impetratis.Secundo, qua uia iura iſta ſint ad inuicẽ concilianda. Quoad primum ſicut duo ſunt termini, ita quoque de vtroque aliquid adnotari debet.Primo igitur cõſideratur mendax,aliquando ſimpliciter, & ſic cum ſine controuerſia ſit punibilis; ideò punitur aliquando priuatione ſuę poſſeſſionis.l.ſi.ff.de rei uendica.& ibi Bart.Bal.& alij. Bertaz.in cõſ.470. lib.2.Rol.a Vall.in conſ.88. lib.4.et Roman.in conſ.71.nu.4.5. & 6.authen.Item poſſeſſor.C.qui potio.in pigno.cum ſimil. Aliquando punitur, quia priuatur beneficio legis, ut contingit in hærede adeunte hæreditatem cum beneficio inuentarij,ſi illud legitimè non confecerit. Docto.in l.fin.C.de iur. deliberan. & ibi Bal.Iaſ.& alij. Aliquando uerò ita punitur, ut ſicut fuit mendax in uno, ita præſumatur mendax in

alio.

Digitized by Google

aſio. l.cum de indebito. in princ.ff. de probat. Parif. in conſ.90.nume. 29.uolum.1. Secundo conſideratur mendax, quatenùs eſt precator, & ſic ſpecificè, de quo imprimis non dubitatur, quòd ſit omnino puniẽdus; dubitatur tamen de modo puniendi; ſiquidem tam ſecũdum ius canonicum, d.cap.ſuper litteris, & cap.ſedes.in fi.eod. de reſcrip.quàm ſecundum ius ciuile, ut ſupra relatum, eſt dubium, an ſit priuatus, vel ſit priuandus impetratis. Et hac fortaſſe de cauſa Bero.in prima lectura ſuper d.c.ſuper litteris. num.30.& in ſecunda, num.35.adnotat, mendacem alium eſſe ex propoſito, & alium re ipſa. Vnde primus punitur una pœna, altera uerò punitur ſecũdus. Cæterùm hæc difficultas ſi conſideretur, quoad mendacem generice cõſideratum, quoniam iſte ſecundum qualitatem mendacij debet omnino puniri, cum pœna de iure habeat proportionem ad delictum, Docto.in cap.at ſi clerici, de iudic. ideò vltra adnotata me remitto ad ea, quæ diſtinctè nos docet Bald.in l.1.num.13.ferè uſque ad finem ſuę repetitionis, C.de furt. & ad glo.ſuper c.nullus pluribus, de regul. iu. in 6. Si uerò conſideretur ſpecificè, dependet à cognitione pœnæ impoſitæ, uel imponendæ, ob ſubreptionem commiſſam de qua quoniam infra ſumus dicturi in propria quæſtione, ideò ſit ſatis iſta nunc adnotaſſe. Quoad ſecundum de conciliatione ſcilicet prædictorum iurium, quæ ſine dubio contraria leguntur, cum tex.in d.l.2.dicat, datum iudicem cognoſcere debere pro tenore veritatis, tex.uerò in d.l. & ſi legibus, definit, ut ſupra retulimus. Hoc idem legimus deciſum in d.c.ſedes.in fi. At tex.in d.c.ſuper litteris.adhibet uerbum, debeat, ut diximus; unde hæc conciliatio ſub triplici reſpectu conſideratur; Primo quoad iura canonica inter ſe; Secũdo quoad iura ciuilia ſimiliter inter ſe: Tertio quoad iura canonica, & ciuilia adinuicem. Pro intelligẽtia ſolutionis debemus præmittere, quòd illa principaliter dependet à conciliatione opinionum, quæ ſuper hac materia reperiũtur, de qua, quoniam infra in propria quæſtione ſumus dicturi, ideò ad eam me remitto. In præſenti tamen quoad ius canonicum attinet, eſt animaduertendum, quòd uerbum, careat, an denotet actum ipſo iure, eſt dubium. Feli.in ca.Rodulphus. num.51.& in c.ex tenore. num. 29. poſt princ.eod.de reſcript. Tiraquell. in l.ſi unquam, in uerbo, reuertantur. num. 162. C.de reuocan.dona. Nihilominus quoniam in dictis iuribus adeſt dictio, penitùs, ideò uigore iſtius adiuncti actus debet reputari ipſo iure nullus Tiraquell. lo.cita.nu.164. Vel dicas ſecundo, quòd Pontifex in d.c.ſuper litteris. refert opinionem quorundam, qui tenebant, reſcripta ſubreptitia eſſe ipſo iure nulla, quam poſtea diſtinguendo partim approbat, & partim reprobat. In d.uerò ca.ſedes, licèt ſimpliciter ponat d.concluſionem, loquitur tamen de gratia, & ſic iura canonica uidentur inter ſe conciliata. Quoad iura ciuilia, puto dicendum, ꝙ in d.l.& ſi legibus, habeatur regula; in d.uerò l.ſecunda habetur illius limitatio, & declaratio, iuxta tamen iudicis iudicium, & ſic commodè poſſunt conciliari. Quoad tertium denique puto dicẽdum, quòd cum de iure ciuili iudex debeat per d.l.2. iudicare, quando d.regula de nullitate actus habeat locum

locum,& quando ſit limitanda; de iure uerò can. per d.c.ſuper litteris, declaratur huiuſmodi iudicium,& qua uia iudex debeat procedere in uerificando d.regulam,vel reſpecti uè illam limitando; & propterea prædicta decretalis uidetur promulgata ad iuris ciuilis declarationem; ſiquidem ius canonicum cum ſit fundatum in æquitate,c.Paſtoralis. de cauſ.poſſ.ideò Summus Pont.in d.c. ſuper litteris. diſtinguendo demonſtrauit,qualiter in iſta materia aliquando ſit ſeruãdus iuris rigor, & aliquando æquitas prædicta. Et ita per hæc habemus,quòd erat animaduertendum pro cognitione, & ſolutione iſtius articuli.

An quod nemini nocet, ſemper ſit concedendum. Art. 16.

QVod nemini nocet,& alteri proſit,eſſe concedẽdum,probat tex.in l.reſcripta.ſupra in alijs articulis ſæpè citata. C. de preci. in l. 1.§.idem aiunt ſi aquam,& in l.2.§. Item Varus ait. ff. de aqua plu. arcen.Iaſ.in d.l.reſcripta.num.5.Bal. ibidem num.3. adnotant iſtam propoſitionem eſſe ueram regulariter; limitari tamen in caſibus in iure expreſſis;& dat exemplum de nuptijs impetratis per reſcriptum,quę omnino prohibẽtur.l.1.C. ſi nupt. per reſcript. idem tenent ſi reſcriptum eſſet ſubreptitiũ, ad hoc facit quod docet Bal. omnino uidendus in ca. cum olim. num. 3.4.5. de conſuetud. Hinc in facto ſolutæ ſunt nonnullæ quæſt. adnot. per Iaſ. & Bal. lo.cita. Quæ iuris conclu.ampliatur per glo.ſuper d.l.reſcripta,in uerbo, non lædat alium, ut habeat locum etiam ſi quis modicè lęderetur,quia de iure parum,& nihil æquiperantur. l.minus ſolutum. ff. de uerb. ſignif. Cauſa autem iſtius concluſionis illa uidetur eſſe, quam aſſignat Bal.lo. cita. quia quilibet debet eſſe intentus, ut alij proſit, & non noceat. Vnde ponderando huiuſmodi cauſam,dubitatur modo,an iſta cõcluſio ſit uerificanda uigore præcepti; ſiquidem conſiderando eius oppoſitum, uidetur id eſſe faciendum de præcepto; Si enim quis poteſt prodeſſe,& non prodeſt,uidetur nocere, quod de iure omnino prohibetur.l.iuſtitia. poſt prin.ff.de iuſti.& iu. Vacon.lib.1.ſuarum declara.declara.30. Confirmatur ponderando ca.quantæ, de ſenten.excomm.ubi legimus,delinquentibus fauere,qui cum poſſunt, deſinunt obuiare. In contrarium facit l. metum. §.ſed licèt.ff.de eo, quod met.cau.ubi legimus, licitum eſſe recipere pecuniã pro defenſione, & tex.in cap.dilectus.de ſimon..ubi promittitur dare pecuniam ad redimendam uexationem. Quid igitur dicendum? Ad mentem glo. & Doct. ſuper d. cap. quantæ, oportet diſtinguere ita,uidelicet, quòd aliquando quis tenetur ex officio prodeſſe, & euitare mala, quibus aliquis lædi poſſit, & tunc uerificantur, quæ ſupra ſunt adducta,cum in iſto caſu ratione officij quis teneretur uigore præcepti. Aliquando uerò quis non eſt ita obligatus,cum ad aliquod officium non teneatur: Et tunc adhuc puto eſſe diſtinguendum, quod iſte, qui poteſt concedere,quod alteri eſt utile, aut id denegando nocet,& tunc tenetur vigore præcepti, cum præceptum iuſtitiæ dicat, neminem lædere. Et in tex.d.l.1.& §.2.ſupra cita.habeatur,nemini eſſe nocẽdum; aut denegando non prodeſt, & tũc

Digitized by Google

eſſet obligatus ſolùm ratione honeſtatis, atque hoc modo iura ſupra adducta ad inuicem conciliantur. Hanc diſtinctionem ad litteram apud aliquem Doctorem non legi, ſed deſumpſi ex his, quæ nos docét ſcribentes, tam ſuper d.ca.quantæ, quàm etiam ſuper ca.1.de offi.delega.& in l.ſi quis opem.ff.de furt.ubi præſertim Bart.& ita per hæc habemus quid iuris de d. concluſione.

Ad quid preces ſint admittendæ. Artic. 17.

ARticulus iſte nullam uidetur habere difficultatem; ſiquidem ſicùt reſcriptum eſt de iure permiſſum ob priuatam utilitatem, ut diximus ſupra, quæſtione prima, articulo primo, ita quoque ad eũdem finem preces uidentur de iure admittẽdæ. Cæterùm pro maiori eius intelligentia addi poteſt in præſenti, quòd finis duplex, etiam in iure reperitur; unus enim dicitur finis rei, alius uerò finis hominis. Nauarr. in ſua relectione de fini. huma. act. poſt princ. Rurſus finis rei adhuc ſubdiſtinguitur quia ſicùt reſcripta ſunt plura, & omnia differunt ſpecie, ut demonſtrauimus ſupra ſuo loco; ita quoq; diuerſum, ac uarium dicuntur habere finẽ. Hinc eſt, quòd quædam reſcripta, ſiue illa fuerint ad lites, ſiue ad gratiam, ſæpè conceduntur ad iuris tantum obſeruantiam. Ex quo ſequitur etiã, atque cognoſcitur, quòd finis iſte alius dicitur mediatus, alius uerò immediatus, de qua diſtinctione pertractant etiam Docto. ſuper glo. ſummæ libri Decretal. ubi præſertim Abb. eſt omnino notandus. Et cum non conueniat in præſenti deſcendere ad ſingularia iuxta inſtitutum propoſitum, ideò ſecundum doctrinam logicorum, puto hic animaduertẽdum, quod ſicùt quodlibet reſcriptum in ſpecie conſideratum, ſpecificatur, & diſtinguitur ab alijs per propriam differentiam, ut uidimus ſupra, quando loquuti fuimus de pluralitate reſcriptorum; ita quoque puto dicendum, quòd à cognitione propriæ differentiæ ſit deſumenda cognitio cauſæ, ob quã preces ſint admittendæ. Quæ quidem cognitio cauſæ eſt admodum vtilis ob illã vulg. regul. poſita cauſa ponitur effectus, & ceſſante cauſa ceſſat effectus. c. cum ceſſante, & ibi Abb. & alij, de appella. de qua etiã infra ſuo loco ſumus dicturi. Et cũ hæc differentiæ cognitio habeatur ex his quæ diximus ſupra ſuo loco, in articulo de multiplicitate reſcriptorum, atque ex ea habeatur etiam cognitio dictæ cauſæ, ideò non oportet hic de ea aliud animaduertere. Qua de re de altero fine, & ſic de fine hominis, licèt aliquando ille cognoſci ualeat, iuxta glo. ſuper principio inſtitutionum iuris cano. in uerbo, canonico, de iu. canonico. Quoniam tamen uoluntas hominis eſt admodum uariabilis, iuxta l.1.C.de ſacroſ.eccle. cũ ibi adno. ideò meo iudicio certa regula dari nequit ad illum cognoſcendum; niſi dicamus, quòd aut ſumus in claris, & ſic uidetur ceſſare omnis difficultas; aut ſumus in dubio, & ſic præſumptiuè talis finis idem uidetur eſſe cum fine rei, quia homo in dubio præſumitur uelle honeſtum, & ſe conformare cum diſpoſitione iuris, iuxta ea, quæ nos docet Menoch. in ſuo tracta. de præſumpt. lib.2.præſumpt.9.& præſumpt.10.

atque

Digitized by Google

atque lib. 3. præſumpt. 38. cum ſimil. Vnde meritò &c.

Quando preces ſint admittendæ. Artic. 18.

INtelligentia iſtius articuli uidetur admodum obſcura; ſiquidem, ſi im primis dubitetur, in qua parte anni licèt ſupplicare, & ſucceſſiuè ſupplicationem admitti, dũ loquimur de iure communi, hactenus, ut ingenuè fatear, non uidi deciſionem hoc determinãtem; ideò ſimpliciter, & regulariter quandocunque ſupplicari poteſt. Quæ quidem regula de ſtilo ipſius principis uidetur limitanda. Hinc uidemus, quòd in Curia Romana ſtatutum eſt tempus utrique ſignaturæ, iuſtitiæ uidelicet, & gratiæ, in quo preces porriguntur, & ſucceſſiuè in caſu ſuo admittuntur. Vnde ſicùt ei tatio de cõſuetudine, & ſecundum unam opinionem poteſt fieri tempore feriato, & eius executio trahitur ad tempus vtile, Abb. omnino uidendus in c.fi.num. 20. de ferijs. ita quoque hoc idem dici poteſt de ſupplicationibus faciendis vtrique ſignaturæ. Secundo intelligi poteſt articulus iſte ita, uidelicet, quòd aliqua pars temporis habeat aliquod priuilegium, prout contingit in red dendo ius, quod certis diebus reddi omninò prohibetur. d. cap.fi.& ibi Doct.l.1.l.omnes dies, & l.fi.C.eod. cum vulg. Et ratio eſt, quia cum fuiſſet aliquando dubitatum, an tempus ad aliquid faciendum ſit continuum. Abb.in ca.fi.de elect.adnotat, illud regulariter eſſe continuũ, & limitari ſecundum qualitatem ſubiectæ materiæ; & propterea non eſt inconueniens in propoſito articulo, tempus iſtud poſſe conſiderari modo prædicto. Tertio intelligentia iſtius articuli poteſt vlteriùs ita adnotari, ut uidelicet ſupplicatio iſta, eiuſque admiſſio fieri debeat intra certum tempus, arg.c.de cauſis, & ibi Doct.de offi. iudi.delega. & arg.tex.in l.properandum. C.de iudi. ſicùt enim iudicium definiri debet intra certum tempus, ut in iſtis locis deciditur, ita etiam hoc idẽ poſſet fortaſſe affirmari de iſta ſupplicatione. Quæ autem ex prædictis intelligentijs ſit omnino ſequenda pro ſolutione iſtius articuli, licèt non ſit undique clarum, poſſet tamen cum tali diſtinctione aliquid adnotari, quod uidelicet ſi reſcriptum fuerit ad lites, placeat attendere quamlibet opinionem de prædictis. An autem tempus prædictum prorogari ualeat ad ſupplicãdum, quemadmodum ad ius reddendum, iuxta tradita per Docto. in d.c.de cauſis, & in c.P.G.eod.de offi.iudi.delega.uidetur eſſe in arbitrio ſupplicationes admittentis, & reſcribentis. At ſi reſcriptum fuerit ad gratiam tãtum, tunc placet, nullum tempus eſſe ad id definitum, niſi habeat mixturam iuſtitiæ, iuxta prædictas vtraſque ſignaturas. Et ſic puto, articulum eſſe ſoluendum.

Vbi reſcripta impetrari valeant. Artic. 19.

CVm clariſſimum ſit in iure, tenere argumentum à tempore ad locum, ut nouiſſimè docet Euerardus in ſua centuria, in proprio loco; hinc eſt, quòd ſicùt articulus de tempore ſupra conſideratus, fuit tripliciter, ita quoque hoc idem uidetur

tur dicendum de loco; & propterea ſi locus conſideretur, in quo ſupplicari valeat, dicimus, quòd ſicùt conſtituitur aliquando certum tempus ad gratiam, vel iuſtitiam concedendam, & reſpectiuè reddēdam, vt ſupra vidimus, ita quoque hoc idem dicimus de loco. Secundo, ſicut tempus recipit aliquando aliquod priuilegium, vt ſupra adnotauimus, ita quoque hoc idem eſt dicendum de loco. Hinc datur immunitas localis, de qua eſt tex. in c. cum eccleſia. c. inter alia, & c. pen. de immun. cum ſimil. & retrocedendo, ſicut ille, qui deliquit in loco priuilegiato, priuatur illius beneficio, c. ſi. eod. ita quoque hoc idem eſt dicendum de eo, qui deliquit in ſimili tēpore. Tertio ſicùt ſupplicatio admittitur aliquando, ut aliqua cauſa definiatur intra certum tempus, vt ſupra vidimus, ita quoque ſupplicari poteſt, ut tale quid fiat in aliquo loco, argum. c. cum R. de offic. deleg. & ibi docto. & clemen. 1. de for. cōpeten. Hinc eſt, quòd cum aliquando quis teneatur aliquid facere in aliquo loco, & de eo dubitetur, arbitrio iudicis debet id definiri, Menoch. libr. 2. de arbitr. iudicum, caſu 468. Hinc eſt etiam, quòd aliquando eſt permiſſa prorogatio loci ad locum, d. clemen. 1. & docent docto. inter quos præſertim uidendus eſt Abb. in c. P. G. eod. de offic. iudicis deleg. Atque hæc ſufficiant de propoſita materia, iuxta inſtitutum meum, &c.

Quibus medijs reſcripta impetrari valeant. Art. 20.

EXperientia docet, quòd quis aliquando immediatè, & per ſemetipſum impetrat gratiam à Principe, ſiue illa pertineat ad iuſtitiam, ſiue non. Aliquando vero id facit mediante aliquo interceſſore; hinc uidemus, in Religione Chriſtiana fideles ſupplicare Deo altiſſimo per interceſſionem Sanctorum, ex quo ſequitur, quoad articulum iſtum attinet, huiuſmodi interceſſores, & interceſſiones aliquādo eſſe à iure prohibitos, ſi legitimè non procedant; ut contingit in illis, qui ſimoniacè præcibus aliquid pro aliquo petunt. Turrecrem. in can. ordinationis. ad tertiam quæſtionem, per tot. 1. queſt. 1. Hinc eſt, quòd iudices debent cauere, ne apud eos fauor alicuius aliquid uendicet. ca. 1. & ibi glo. & docto. de re iudi. in 6. Nemini enim eſt dubium, fauores, & paſſiones animi peruertere bonum publicum, iuxta cap. 4. 11. quæſt. 3. cum vulga. Aliquando verò huiuſmodi interceſſores, et interceſſiones ſunt de iure permiſſæ; hinc dantur referēdarij vtriuſq; ſignaturæ in theorica, et in practica. Quorum officium eſt admodum vtile, de quibus eſt text. omnino videndus, in authen. de referenda. per tot. colla. 2. et plenè per tractat Veſter. in ſua practi. cur. 20. & apud eum Nicola. Grauat. lib. 1. cap. 3. Gomeſ. in ſua practi. vtri. ſigna. qui cum copioſè de tali officio pertractent, vltra practicam Stafil. ideò in caſu contingenti ad eos eſſet recurrendum. Hinc eſt, quòd datur etiam defenſor iuſtitiæ, cuius officium eſt defendere ſuę defenſioni commiſſos a manifeſtis iniurijs, ca. 1. & fi. de offi. iudi. deleg. in 6. Concilium Tridentin. ſeſſ. 7. cap. 14. & ſeſſ. 14. cap. 5. de reformat. Specul. in ſuo ſpec. tit. de iudi. delega. §. fi. nu. 24. Hinc dantur defenſores ciuitatum, iuxta tot. tit. C. de defenſor. ciuit.

Digitized by Google

uit. Hinc denique dantur procuratores, iuxta tot. tit. in vtroque iure de procurat. Dātur etiam aduocati. l. 1. C. quæ deſ. aduo. Henric. Boic. ſuper c. bo. me. il primo, de poſtul. prælat. Et quoniam vnicuique permiſſum eſt, aliquid per alium gerere. l. 1. ff. de procura. l. 1. ff. de poſtul. ideo ſupplicatio per alium facienda, aut reſpicit quid facti; & tunc datur procurator; aut quid iuris, & ſic datur aduocatus, qui, ſi in aliquo defecerit, ob errorē, uel imperitiá, debet ſuppleri per iudicem, ne iuſtitia lædatur, ut adnotat Bal. ſu p d. l. 1. C. vt quæ deſ. aduo. Ex quibus oībus habemus, ni ſallor, q̄bus medijs ideſt quibus mediātibus poſſet ſupplicari, & reſcripta impetrari, &c.

An precum admiſsio ſit ſemel concedenda. Artic. 21.

PEr l. Bos. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignific. reſpōdendum eſt ad articulū, preces, & ſupplicationes ſemel eſſe admittendas. Idem confirmat ibidem Tiraquell. qui pleniſſimè declarat d. l. & Felin. in c. 2. nume. 2. cum plurib. ſeq. de Treg. & pace. Idem probat tex. in c. ſi clericus. de præben. in 6. Ad hoc facit lex finalis, C. ſi ſæp. reſti. in integ. peta. atque probat etiam text. omnino videndus in l. ſi quis aduerſus. C. de precib. & c. Quæ iuris concluſio cū regulariter negari nequeat, nihilominus ad mentem Tiraquell. & Felin. in lo. cita. diuerſimodè limitatur; & propterea doctores iſti diſtinctè adnotant diuerſas eius limit. Cęterùm in contrarium facit text. expreſſus in ca. directę nobis. de appellat. & in l. 1. C. ne liceat in una eademq́ue cauſa. Vbi cauetur, permiſſum eſſe bis appellare; ergo multo magis hoc idem videtur dicendum de ſupplicationibus. Quid igitur dicendum? Regulariter ſine controuerſia teuenda eſt concluſio, ut ſupra propoſita, probata, & confirmata, quę ad mentem doctorum ſuper d. l. ſi quis aduerſus, ampliatur in ſupplicationibus factis ab aliqua ſententia lata ab habente priuilegium, vt ab eo non liceat appellare; quia cum talis ſententia nequeat moderari per viam appellationis, permittitur tamē illam corrigi per viam ſupplicationis, de qua videndus eſt Maran. in ſuo ſpecul. iudic. p. 6. tit. de appell. nu. 12. & ſeq. Ampliatur ſecundo, ſi quis tacitè, vel expreſsè renunciauit beneficio ſupplicandi. Caſtrenſ. ſuper d. l. nu. 3. verſ. ſed quando. Hinc uidemus in practica quoſdam renunciare impetratis, & impetrandis. Quoad limitationes attinet non oportet aliquid adnotare, cum plenè illæ habeantur apud Tiraquell. & Feli. lo. ſupra cita. Vnde declaratur modo, vt veritatem habeat, iuxta terminos iuris; quia cum Princeps non habeat manus ligatas in admittendo quaſcunque ſupplicationes, niſi in caſibus ſupra ſuis locis adnotatis, ex quo poteſt, & aliquando omnino debet in iure diſpēſare, vt diximus ſupra ſuo loco, ſequitur inde ſub tali reſpectu d. concluſionem limitari. Nec obſtant iura exaduerſo adducta, quia Bald. Sali. Iaſ. & alij ſuper d. l. ſi quis aduerſus, dicunt communiter, ſupplicationem in hoc differre ab appellatione, quia appellatio bis conceditur ob iniquitatem ſententiæ, cap. directæ nobis, de appella. l. 1. C. ne liceat in vna eademque cauſa, & Rebuff. in conſ. 62. Supplicatio verò ſemel permittitur ob rationē

oppo-

oppoſitam. Vel dicas ſecundo quod nos loquimur in præſenti de ſupplicationibus, & præcibus in communi, & in genere: obiectio uerò eſt facta in ſpecie; vnde meritò &c.

Quid iuris, ſi de propoſitis articulis dubitetur. Art. 22.

SIcut in quolibet reſcripto duo reperiuntur, uidelicet preces, & illatum poſtea admiſſio, quæ communi vocabulo, reſcriptum, nominatur, ita quoq; pro ſolutione iſtius articuli, de duobus poſſet dubitari, & queri quid iuris. Primo videlicet de ipſiſmet precibus, an ſcilicet ſint admittendę, vel reijciendæ. Secundo de ipſomet reſcripto, & ſic qualis fuerit voluntas reſcribentis. Quoad primum attinet, quoniam ſæpè contingit, ut in practica uidemus in utraque ſignatura, quòd dubitatur de aliqua ſupplicatione, an ſcilicet ſit rationabilis, & ſucceſſiuè admittenda; & propterea ad ſimilitudinem iudicij, ad procuratores, et aduocatos talis ſupplicātis ſpectat demonſtrare in facto, & reſpectiuè in iure illam eſſe undiq; rationabilem, & conſequenter admittēdam, iuxta tradita à Specul. in ſuo ſpecul. tit. de diſputatione, §. quid ſit allegare. per tot. Ideò tali allegatione facta, officium ipſius reſcribentis illud poſtea uidetur eſſe, eam admittere, uel reijcere ſecundum qualitatem caſus contingentis, cum ad eū ſpectet definire, an allegationes factæ concludant in facto, & in iure. Et propterea quando in mente ſua definit ſupplicationem eſſe admittendam, reſcribit aliquando contra ius, aliquando præter, aliquando ſupra, & aliquando ſecundum illius diſpoſitionem; idq; facit iuxta qualitatem præcum, atque ad ſimilitudinem conſuetudinis conſideratæ in habitudine ad ius commune, iuxta tradita per docto. in cap. fin. de conſuetudine, ubi præſertim Henric. Boic. eſt omnino uidendus. At ſi ulteriùs non dubitetur de præcibus, ſed de ipſo tantum reſcripto, tunc ad reſcribētē eſſet neceſſariò recurrendum iuxta deciſionem text. in cap. cum ueniſſent, de iudic. Quamuis autē iſta deciſio ſit regulariter, & omnino exequenda, dubium tamen eſt, an detur caſus, in quo aliquis inferior poſſet iudicare de reſcripto Principis. Articulus iſte uidetur admodum difficilis; ſiquidē ſi ſolus Princeps iudicare debeat de ſuis priuilegijs, & reſcriptis, conſequenter iudicaret in cauſa propria, contra l. 1. C. ne quis in propr. cauſ. Augetur difficultas, quia ſi iudex in iudicando, & doctor in conſulendo poſſunt iura interpretari, ut cæteris omiſſis docet Abb. omnino uidendus in cap. 1. num. 18. cum plurib. ſeq. de poſtul. prælato. Videtur inde neceſſariò inferendum, quòd poſſint interpretari etiam prædicta reſcripta, cum non ſit maior ratio in uno, quàm in altero caſu. Cæterùm his non obſtantibus, in cōtrarium deciſio, ut ſupra relata, poſſet confirmari per l. fi. C. de ll. Si enim illius eſt interpretari, cuius eſt condere, ut in d. l. cauetur, ſequitur, à prædicta deciſione nō eſſe recedendum. Pro ſolutione eſt animaduertendū, quòd cum difficultas ſit admodum notabilis, ideò doctores diuerſimodè eam ſoluunt, adnotando præſertim diuerſa genera reſcriptorum, & ſucceſſiuè ſecundum diuerſitatē caſuum diuerſa aſſignatur ſolutio. Nos autem, ne hic referamus ea om-

nia

Digitized by Google

nia, quæ nos docent ſcribẽtes ſuper d.c. conueniſſent, illud ſolum dicimus, ſatis eſſe adnotare, quod de iure uidetur uerius, & congruentius; omnibus igitur conſideratis dicimus, quòd diſputare de huiuſmodi reſcriptis, aut fit ad ueritatẽ cognoſcendam, & tũc etiam inferioribus uidetur permiſſum, quia ſicut licitũ eſt diſputare de his, quæ ſunt fidei, ad finem prædictum, iuxta doctrinam D. Thomæ 2. 2. quæſt. 10. art. 7. Inno. ſuper c. 1. de ſum. Trini. & ſi. catho. & docto. ſuper l. nemo. C. eo. Ita etiam hoc idem eſt dicendũ in quæſtione propoſita, ut ſuper d. c. uidetur hoc idem ſentire Bald. in princ. Aut fit ad difficultatem decidendam, & ſic aut iſte inferior id facere intendit iure delegationis ſibi legitimè factæ, & tunc ſine dubio poſſet, cum iudex delegatus cognoſcat, & definiat iure delegantis, vt eſt notorium, & probatur l. more maiorum. cum l. ſeq. & ibi Bart. & alij cõmuniter. ff. de iuriſd. omn. iudi. Aut id facere prætendit iure proprio; & ſic, aut directè, & tunc verificatur deciſio text. in d. c. cum veniſſent; aut indirectè, & ſic licèt nonnulli de hoc dubitaſſent, tamẽ, ut hactenus obſeruare potui, glo. ſuper d. c. Henric. Boic, Abb. Anto. de Butr. tenent communiter, partẽ affirmatiuã eſſe magis ueram. Quæ confirmatur per l. quoties, & ibi Alex. & alij. C. de iudi. incidenter. n. multa permittuntur, quæ aliàs prohibẽtur. Hinc eſt, ꝙ iudex eccleſiaſticus occaſiõe matrimonij cognoſcit de dote. c. de prudentia, & ibi doct. de dona. inter ui. & uxo. & occaſione iuramenti ſecũdum unam opinionem, cognoſcit & de vitibus contractus, ſuper quo illud adhibitum fuit. Bal. in l. ordinarij. num. 2. poſt prin. C. de rei uendic. cum alijs adnota. per Iaſ. & Alex. in d. l. quoties, & ratio eſt, quia uigore iuramẽti forum cumulatur foro, ut docet Seraphi. in ſuo tract. de priuileg. iuram. priuileg. 67. per tot. Quę quidẽ opinio, atque quæſtionis ſolutio, licèt regulariter ſit ſequenda, per d. l. quoties, & ibi docto. recipit tamen aliquas limitationes, quas cũ nimis longum ſit recẽſere, ideò me remitto ad docto. ſuper d. l. & præſertim ad Iaſ. Et ita ex his habemus ſolutionem ad articulum iuxta inſtitutum nobis propoſitum.

Ad quem ſpectat huiuſmodi dubitationes declarare. Art. 23. & vltimus.

DOcet nos Abb. in c. 1. nu. 18. in fin. cum plur. ſeqq. de poſtul. prælator. quòd quadruplex reperitur interpretatio, una. n. eſt ipſius principis, ob illam vulgarem iuris cõclusionem, illius eſſe interpretari, cuius eſt condere. l. fin. C. de ll. Altera uerò eſt conſuetudinis, cuius uirtus eſt etiam ius interpretari, l. ſi de interpretatione. ff. de ll. c. cũ dilectus, de cõnſuetud. Tertia dicitur eſſe iuris conſultorum, quibus data eſt facultas interpretandi. §. reſponſa, In ſtit. de iu. natu. can. reſpõſa, diſt. 2. Quarta denique eſt ipſius iudicis, qui in ſententiando, atque iura applicando, dicitur illa interpretari, cum ſecundum ea iudicare debeat. c. 1. de ſenten. & re iudi. & ibi doct. Inſti. de offic. iudic. in princ. Quæ interpretationis ſpecies ad duas reduci poſſent, quarũ una dicitur neceſſaria, altera uerò probabilis; ſiquidem interpretatio principis, cõſuetudinis, & iudicis, eſt omninò

I ſequenda,

ſequenda, ſecus uerò interpretatio doctorum, niſi illa fuerit cōmunis, ob regul.vulg.quòd a communi opinione in iudicando non eſt recedendum. Abb. Felin. Dec. & alij ſuper c.1.in fi.eorum repetitionis, de conſtitu. Hoc præmiſſo, diſputatione omiſſa, dicimus pro ſolutione iſtius articuli, quòd dubitatio, quæ poſſet contingere circa prædictas preces, ſupplicationes, earumq; admiſſiones, atque reſcripta, ueniret interpretanda, & ſic ſoluenda aliquando ab uno, & aliquando ab altero de prędictis poteſtatem interpretandi habente. Et ratio eſt, quia ſolutio huiuſmodi dubitationis aliquando debet eſſe omninò neceſſaria; aliquando uerò ſatis eſt, ut ſit probabilis; idque contingit ſecundum diuerſitatem caſus contingentis; unde autem, & a quo ſit deſumēda prædicta interpretatio, & ſic ſolutio, non oportet hic aliud adnotare, cum habeatur ſatis clarè ex his, quæ diximus ſupra q.3.art.7. & propterea cum per hæc habeamus ſolutionem ad articulum, ideò non oportet ulterius procedere.

QVAESTIO V.

De ſubreptione Reſcriptorum in communi. Artic. 10.

NVnc ad explicationem ſubreptionis reſcriptorum deſcendendo, ſecundum ordinem doctrinæ, oportet prius uidere, qualiter illa cōmittatur in communi, poſtea dicemus de eadē in ſpecie, atque vltimo loco de ijs erit agendum, quæ inde ſequuntur. Qua de re de ſubreptione in communi uidendum eſt, uidelicet.

Primo, An ſubreptio committatur in quolibet reſcripto.

Secundo, An committatur in narratione iuris, & facti.

Tertio, An committatur tam in excitando &c. quàm etiam in aliter concedendo.

Quarto, Qualiter illa committatur ex parte impetrantis.

Quinto, Qualiter committatur ex parte negocij.

Sexto, Qualiter committatur ex parte circunſtantiarum.

Septimo, Qualiter committatur reſpectu alterius reſcripti.

Octauo, An quælibet omiſſio uitiet reſcriptum.

Nono, Quid commune habeant ſubreptiones cuiuslibet reſcripti.

Decimo, An, & quomodo ſubreptio euitari valeat.

An ſubreptio committatur in quolibet reſcripto. Artic. 1.

QVamuis reſcripta diuerſimodè diuidantur, vt demonſtrauimus ſupra q. 2.art.1. quantum tamen facit ad articulum propoſitum, omnia reducūtur ad duo capita, ut quædam concedantur ad ſupplicationē alicuius; quædā uerò motu proprio ipſius concedentis. ca.ſi.motu proprio, cum cap. ſeq. de præben. in 6. Hoc præmiſſo, ut diſtinctè procedamus, dicimus, quòd, ſi ſubreptio cōſideretur in primo genere reſcriptorum, oportet ita diſtinguere, ut illa conſideretur aut ratione potentiæ, & ſic ſolutio eſt affirmatiua, cū clari ſit

ri ſit iuris, & facti, hominem eſſe procliuem ad malum. c. nam concupiſcentiam, de conſti. & propterea peccat aliquando ignorantia, aliquando infirmitate, & aliquando ſtudio, can. ſciendum, de pœnit. diſtinct. 2. Aut cōſideratur ratione actus; & ſic, aut conſtat, ſubreptionem eſſe commiſſam, aut conſtat de oppoſito, aut ſumus in dubio; & ſic licèt delicta ob vulgarem regul. non præſumantur, Menoch. in ſuo tracta. de præſump. lib. 5. præſump. 2. per tot. & Maſcard. in ſuo tracta. de probat. concluſ. 496. & ſucceſſiuè nec etiam dicta ſubreptio, cum ſit quoddam delictum, ut infra ſuo loco dicemus; nihilominus, quoniā illa in caſu contingenti debet omninò probari, de cuius probatione infra ſuo loco ſumus dicturi, ideò ſatis eſt in præſenti id adnotaſſe, ꝙ uidelicet in iſto genere reſcriptorū prædicta ſubreptio poſſet committi, & aliquando de facto committatur. Nunc ad alterum genus eorundem deſcendendo, Primo quidem aſpectu uidetur de iure dicendum, prædictam ſubreptionem non committi, quia tex. in d. cap. ſi motu proprio, dicit, quòd ſi quis obtineat reſcriptum ad beneficium, non facta mentione de eo, quod habet, veluti ſubreptitium, non tenet: ſecùs uerò ſi Princeps motu proprio illud conceſſerit. Cōfirmatur, quia ſubreptio cōſiſtit in tacere uerum, & ſuggerere falſum, ut diximus ſupra. At in huiuſmodi reſcripto id non contingit, cum aliquid non narretur, ex quo totum dependet à uoluntate reſcribentis tantum, vt præſupponitur, meritò &c. Hoc idē probat Staphil. in ſuo tracta. de lite. vtri. ſigna. tit. ſubreptio beneficij tollitur motu proprio; idem docet Abb. in c. ad aures. num. 5. eod. de reſcrip. &c. In contrarium facit doctrina Pariſ. in conſ. 74. nu. 33. vol. 4. ubi legimus, motum proprium nō tollere ſubreptionem in præiudiciū tertij, cum ius illius per huiuſmodi clauſulam non tollatur, idem Staphil. in d. ſuo tract. de clauſula, Motu proprio, num. 16. Quid igitur dicendum? Licèt communis cōcluſio ſit, quod tale reſcriptum non poſſit dici ſubreptitium, atque illa confirmetur vlterius per Clem. Si Romanus, & ibi Card. Zabar. eod. de præben. & Rot. Rom. paſſim idem approbat in nouis, eod. deciſ. 7. puto tamen melius eſſe ita diſtinguere, quòd difficultas propoſita aut reſpicit reſcriptum, à libera voluntate Principis, & ſuperioris emanatū, & tunc non erit ſubreptitium per deducta, licèt aliquando ſit nullum ex defectu intentionis ipſius reſcribentis, ut adnotat idem Pariſ. in d. conſ. nu. 23. cum ſeq. & Staphil. in d. tract. lo. ci. Aut reſpicit clauſulam, Motu proprio, appoſitam in reſcripto ab aliquo impetrante, & tunc omnino dubitatur, quia d. Rota Rom. in ſuis deciſio. in nouis. d. tit. de præben. deciſ. 29. in fi. dicit, d. clauſulam eſſe fortificatiuam, & non ampliatiuā; placet tamē huiuſmodi reſcriptum eſſe ſubreptitium, non obſtante tali clauſula, quia ſi preces ante præd. clauſulam nō nitebantur ueritate, virtute illius nequeunt naturā mutare, argumento l. in bello. §. factæ autem. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. cum ſimil. Et cū hæc difficultas depēdeat à cognitione iſtius reſcripti, propria authoritate reſcribentis cōceſſi, & iſtius clauſulæ, motu proprio, atque de iſtis copioſè pertractant Docto. uarijs in locis, præſertim uerò Staphil. in dicto tract. per

Digitized by Google

plures rubricas, Roman. in conſil. 327. & ſcribentes ſuper d. c. ad aures, vbi præcipuè Felin. nu. 23. cum plur. ſeq. ideò non videtur neceſſarium hic vlteriùs procedere, ſed in caſu contingenti ad eos me remitto.

An ſubreptio committatur in narratione iuris, & facti. Art. 2.

IMperator in l. 2. C. ſi cõt. ius &c. adnotat, mendacium reperiri in iuris, & facti narratione, & propterea in vtroque caſu ſubreptio cõmitti poteſt; an autem hoc ſit verũ, non videtur vndique clarum; ſiquidem quoad ius attinet, ex quo Princeps præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui, c. 1. de conſtit. in 6. l. omnium. C. de teſtam. nõ poteſt propterea ex hoc capite committi ſubreptio, ad mentem Iaſ. ſuper d. l. 2. num. 10. Secundo idem confirmatur, quia qui ſupplicat cõtra ius, nihil obtinet, illud tacendõ; ſiquidem ſi præſupponamus, tale ius eſſe commune, verificatur quod diximus in pręcedenti argumento: ſi verò illud fuerit particulare, non dicitur eidem derogatum, con præſumatur ignorari. d. c. 1. & propterea de eo in dicto reſcripto non debebat neceſſario fieri mentio, niſi ſub eo reſpectu, quo princeps voluiſſet reſcriptum tenere, & valere, iuxta tradita per docto. in c. 1. eo. de reſcript. & hac de cauſa in eis adhibetur clauſula, non obſtan. & c. derogan. &c. ſine qua reſcriptum licèt aliquando non teneat, ex hoc tamẽ capite nõ videtur reputãdum ſubreptitium. In contrarium verò eſt text. in d. l. 2. Cuius deciſio confirmari poſſet illa potiſſimũ ratione, quia ſi in explicatione veritatis alicuius facti debeant etiã narrari qualitates illius, atque iſtæ dependeant etiam a diſpoſitione iuris, ſequitur de neceſſitate iuris, qđ de iſta quoq; qualitate mentio fieri debeat, meritò &c. Gloſa ſuper d. l. in verbo, iuris, quam alij ſequũtur, & præcipuè Bart. Caſtr. & Iaſ. adnotãt, ius, aliud eſſe ſcriptum, aliud verò non ſcriptum, iuxta §. conſtat autem. Inſtit. de iu. natu. Vnde ſi impetrans dixiſſet falſum, non faciendo mentionẽ de iure ſcripto, non videtur ſubreptionem committere; ſecùs verò ſi mentionem non feciſſet de iure nõ ſcripto. Ratio autem illa uidetur eſſe, quia unum ex eis præſumitur ſciri, aliud uerò ignorari, ut in d. c. 1. cauetur. Quæ quidem ſolutio, licet ſit admodum rationabilis, tamẽ nõ uidetur undique ſatiſfacere; & propterea aliter ſoluendo dicimus procedendo per uiam regulæ quòd ſi imperrans in ſuis pręcibus mentionem non faciat de iure, dicitur regulariter ſubreptionem committere, ut ad litteram probat d. l. 2. Confirmatur per rationem adductã. Quæ quidem regula limitatur, ſi illud ius eſſet commune, quia cum princeps præſumatur illud ſcire, ut ſupra demonſtrauimus, conſequenter non oportet in præcibus de eo mentionem facere. Verificatur uerò, ſi tale ius fuerit non ſcriptum, uel ſi ſcriptum, fuerit tamen particulare, & ſucceſſiuè cum præſumantur ignorari, ut diximus, ad euitandam ſubreptionem neceſſariò de eis in præcibus, eſt facienda mentiõ, ut etiam infra dicemus. Qua de re ſi de prædictis iuribus eſt mentio facienda, ex quo ſunt quid facti, & propterea de eis præſumitur ignorãtia, ut dicit

cit text. in d. c. 1. de conſtit. in 6. & ibi doct. & præſertim Anton. de Butr. ſequitur inde, quòd ad euitandam dictam ſubreptionem debeat etiam narrari ea, quę dicuntur quid facti. Ex his omnibus cum habeamus, ni fallor, non ſolum ſolutioně ad articulum, ſed etiam, quo modo reſponderi ualeat ad obiecta, ideò non oportet ad illa ſpecialiter reſpō dere. An autem ſubreptio committatur alia uia circa ipſum factū, quoniam etiam infra de hac re ſumus dicturi, propterea nō eſt opus hinc aliud animaduertere. Illud autem non uidetur eſſe omittědum, quod ius in propoſita materia reperitur, & conſideratur, quatenus eſt impliсitum, & expreſſum; exempla uerò, ad huiuſmodi ſubreptionem clariùs cognoſcendam, nimis longum eſſet illa recenſere, cum ea habeantur apud doctores ſuper d. l. 2. ubi præſertim Bald. eſt omnino uidendus, num. 12. uſque ad 15. & Iaſ. nu. 10. cum plur. ſeq. unde ſtudědo breuitati ſit ſatis iſta tantum adnotaſſe. &c.

An ſubreptio committatur in reſcripto tam in concedendo aliquid, quam in excitando poteſtatem. Artic. 3.

AD intelligentiam iſtius articuli debemus præmittere, principem in reſcribendo aliquando excitare iuriſdictionem ipſius ordinarij, iuxta c. licet, de offic. ordin. & ibi doct. & præſertim Abb. num. 3. c. cum aliquibus. de reſcript. in 6. Aliquando uerò reſcribědo aliquid de nouo concedere, ut conſtat per deducta in alijs articulis, & probat textus in iuribus adductis; ex quo ſequitur quoad præſentem articulum attinet, quod ſi ſubreptio committatur in reſcripto, quando aliquid cōceditur, talis conceſſio dicitur nulla, ut infra ſuo loco dicimus in quæſtione de nullitate reſcripti ſubreptitij; at ſi dicta ſubreptio committatur in altero reſcripto, in quo prædicta poteſtas excitatur, nullius uidetur eſſe effectus. Vnde duo breuiter ſunt animaduertenda; Primo, an in tali reſcripto committatur prædicta ſubreptio; Secundo, an alicuius ſit effectus. Quoad primum per ea, quæ diximus ſupra in præſenti quæſtione, art. 1. affirmatiuè eſt reſpondendum, quia ſi ſolum reſcriptum conceſſum motu proprio excludit dictam ſubreptionem, iuxta tamen ea, quæ in eo diximus, conſequěter in reliquis illa committi poteſt, & aliquando committitur, cū ad huiuſmodi reſcripta obtinenda præces porrigi debeant, & in illis ſæpè narratur quod non eſt narrandum, & tacetur quod eſt dicědum, ut conſtat per deducta ſupra uarijs in locis. Et cum in hac parte uideatur ceſſare omnis difficultas, ideò ad ſecundum dicimus, quòd ordinarius cùm in cauſa propoſita procedere ualeat, tam uia ordinaria, quā delegata, ut docent ſcribentes ſuper d. ca. licet, & in c. cum ex officij. de præſcript. ubi ſimiliter Abb. nu. 18. cum plur. ſeq. ſi procederet uia delegata, & id facere non poſſet, ſi reſcriptum fuiſſet ſubreptitium, ſine dubio geſta per eum eſſent nulla, ut infra ſuo loco dicemus; & ſic non eſſet opus appellare, cum appellatio præſupponat ſententiam ualidam, ſed iniuſtam. l. 1. ff. de appell. cum vulg. At ſi dictum reſcriptum non eſſet ſubreptitium, inde cognoſcitur, ad quem eſſet recurrědum, nēpe ad

pe ad ipſum reſcribentem, à quo poteſtatem recepit; & propterea diligenter eſt animaduertendum, an prædictum reſcriptum excitet iuriſdictionem, uel illam concedat, ut adnotant docto. in dictis locis; ſiquidem, ſicùt excitare, & de nouo aliquid concedere, maximè differunt inter ſe, ita etiam diuerſos producunt effectus; quandoquidem ſi iuriſdictio eſſet tantum excitata, tunc talis iudex cognoſceret, & iudicaret iure proprio; ſecùs uerò ſi illa eſſet de nouo conceſſa. Quæ autem ſit differentia inter cognitionem iure proprio, & iure alieno, recurrendum eſt ad doctores in l. more maiorum. cum l. ſeq. ff. de iuriſd. omn. iudicum. Cæterùm ſi hæc differentia eſſet ſimpliciter ſequenda, ſequeretur fortaſſe inde aliquod abſurdum, quod uidelicet ſubreptio commiſſa in reſcripto, quo excitatur iuriſdictio, nullius poſſet reputari effectus, ex quo iudex iure proprio diceretur cognoſcere, & iudicare. Cui obiectioni reſponderi poteſt, quòd uidelicet ſententia ſuper tali caſu à tali iudice lata, poſſet reputari maioris efficaciæ, ſi lata eſſet etiam uigore iſtius mandati talis excitationis, quã aliter. Et hoc eſt uerum, quãdo notorium eſſet, dictam poteſtatem fuiſſe tantum excitatam: Sed ſi de illa dubitetur, tunc aliud eſſet dicendum, quia tale mandatum aliquid de nouo concederet, & ſucceſſiuè clarum quoque eſſet, quid de iure poſſet affirmari de prædicta ſubreptione. Atque hoc ſit dictum meo iudicio, ſaluo tamen. &c.

Qualiter ſubreptio committatur ex parte impetrantis.

Artic. 4.

LEgimus in tex. ca. ſuper litteris. eod. de reſcript. in prin. quod litteræ impetrantur ab aliquibus ex malitia, & à nonnullis ex ignorantia; quæ quidẽ iuris deciſio non uidetur undique ſatisfacere; quia ille, qui impetrat aliquod reſcriptum ex ignorantia facti proprij, ſcienter dicitur illud impetrare, cum ignorantia in facto proprio non admittatur. l. quanquã. ff. ad Senatuſconſ. Vellian. Din. in reg. ignorantia, nu. 5. de reg. iu. in 6. & Socci. in ſua reg. 219. in princ. cum ſimil. Confirmatur, quia talis ſubreptio aut eſt commiſſa ob ignorantiam facti, & tunc uerificatur qđ diximus; aut ob ignorantiam iuris, & tunc idem, quod ſupra, cum vulgaris ſit iuris propoſitio, neminem excuſari ignorantia iuris, d. c. ignorantia. l. regula. ff. de iuris, & facti ignor. l. cum quis, cum ſequen. C. eod. meritò &c. In contrarium eſt reſpondendum per d. c. ſuper litteris. Confirmatur per can. ſciendũ. de pœnit. d. 2. ubi legimus, hominẽ peccare aliqñ ignorãtia, & aliqñ ſtudio, & ſic malitia. Et hac fortaſſe de cã dicit tex. in l. & ſi legibus, C. ſi con. ius. &c. quod mendax precator careat impetratis, & ſi nimia mentientis inueniatur improbitas, etiam ſubiaceat ſeueritati iudicantis. Quæ uerba clariſſimè demõſtrant, aliquem poſſe mendacium committere maiori, uel minori culpa, & conſequenter modis prædictis, meritò &c. Et cum Doct. ſuper d. c. communiter in hoc conueniat, ideò ab iſta deciſione in theorica, & in practica non eſt recedendum.

Vnde

Digitized by Google

Vnde conuenit modo, ut eam declaremus; & propterea dicimus, q aut ſumus in claris, ſubreptitium reſcriptum eſſe impetratum dolo, uel ignorantia impetrantis, & tunc ceſſat omnis difficultas per deducta. Aut de hoc dubitatur; & ſic in dubio regulariter puto dicendum, tale reſcriptũ præſumi impetratũ ignorantia, & nõ dolo, quia dolus in dubio non præſumitur, l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. Maſcard. in d. ſuo tract. de probat. concluſ. 532. in princ. quæ quidem concluſio, ac regula tunc ueniret limitanda, quando ex debitis cõiecturis oppoſitum cognoſceretur, quę cum copioſè, doctè, & diſtinctè explicentur à Maſcardo in d. ſua concluſione per tot. & Menoch. lib. 5. de præſumpt. q. 3. per tot. ideò non oportet hic aliud animaduertere. Vnde vlteriùs procedendo conuenit nunc reſpondere ad obiecta; & propterea dicimus ad primum, quòd quãuis nemo excuſetur ignorantia facti proprij, vt in obiectione dicitur, non ſequitur inde, ſubreptionem cõmiſſam ex tali ignorãtia, eſſe commiſſam dolo, & malitia, cum aliquid mali committere ignorãtia, ſit minùs malũ, quàm illud idem committere dolo, & malitia, ut conſtat per deducta. Et ita obiectio uidetur ſoluta. Et cũ ex hoc habeamus, et ſolutionem ad alteram obiectionem, ideò non uidetur neceſſariũ aliud adnotare pro ſolutione, & intelligentia iſtius articuli, eoq; minus, quo ex infra dicendis habetur id quod in præſenti deſiderari poſſet.

Qualiter ſubreptio committatur ex parte negocij. Artic. 5.

Sicùt in ſupplicatione facienda occaſione alicuius inſtrumenti, non totus illius tenor, ſed ſolũ ſubſtantia, & effectus eius in precibus narrari debet, l. fi. & ibi Bal. & Sali. C. de precib. impera. Ita quoq; hoc idem uidetur dicendũ de quolibet alio negocio, cum ſuperflua, atque non facientia ad rei deciſionem ſemper ſint euitanda; ex quo ſequitur, quòd ſolùm ob defectum talis narrationis ſubreptio committatur ex parte negocij. Cæterùm in contrarium facit tex. in l. ut reſponſum. C. de tranſact. ubi legimus, pacti exemplum eſſe inſerendum, ut inde intelligamus, quid iuris, & gloſ. in d. c. ſuper litteris. eod. in uerbo, litteras, mota per tex. in c. ſuper eo, de cohabi. cler. dicit, ſeriem facti eſſe omninò narrandam. Inciuile enim eſſet de tali facto aliquid definire, niſi totum inſpiciatur, & conſideretur. l. inciuile. ff. de ll. Quæ iuris deciſiones eò magis uidentur uerè, quò ex facto ius oritur. l. ſi ex plagijs. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. Gigas in conſ. 1. in princ. cum vulg. Et propterea ſi quis taceat aliquam partem ipſius negocij, uidetur ſubreptionem cõmittere. Quid igitur dicendum? Doct. in d. cap. ſuper eo. communiter adnotant, ſeriem facti eſſe omnino narrandam, ad euitandam prædictam ſubreptionem in totum; inter eos tamen in hoc adeſt aliqua differentia, quia ob defectum talis narrationis, reſcriptum eſſet nullum in totum, ſecundum d. ca. ſuper eo. At iuxta d. c. ſuper litteris, illud teneret ſaltem in forma communi: at quoniam de huiuſmodi opinionũ contrarie-

trarietate infra ſuo loco ſumus dicturi, ideò in pręſenti ſatis erit illud ſolum adnotare, an uidelicet ſeries prædicta ſit integraliter narranda. Et cum Doctores communiter doceant, id totum in precibus narrandum, quod poſſet mouere Principem ad concedendam, uel denegãdam petitionem, in precibus cõtentam, uel ad facilius obtinendum. Feli. ſuper d.c. ſuper litteris, nu.17. ponit regulam, quam poſtea per decẽ cõcluſiones doctè, & copioſè explicat uſque ad num.41. Socci. in conſ. 251. nu.11. in fi. uerſ. confirmo omnia præmiſſa. lib.2. Regu. autem eſt iſta, ut illa omnia narrẽtur, quæ poſſent mouere Principem ad reſcribendum, potiùs uno, vel altero modo. Idque probant Doct. iſti per ca. poſtulaſti. eod. de reſcript. Vnde ſequitur, ni fallor, ſeriem facti eſſe integraliter narrandam in ſupplicationibus porrigendis; & propterea, ſi in eius narratione erratum eſſet, ſine dubium reſcriptum non careret prædicta ſubreptione. Quæ quidem regula primo uerificari debet in quolibet reſcripto, ob rationem ſupra aſſignatam, qua dicebamus, ex facto ius oriri, per iura adducta. Ampliatur ſecundo, ad mentem Feli. lo. cita. quando uidelicet factum eſſet incognitum, ſeu obſcurũ, cum ob talem obſcuritatẽ non poſſit congruè reſcribi, ex quo Princeps non intelligat conuenienter preces ſibi porrectas. Limitatur uerò prædicta concluſio, quando reſcriptum non dependeret à tota illius facti cognitione. argum. tex. cum ibi adnotatis, in c. contingit, de fid. inſtrum. ſicut enim inſtrumentum debet edi aliquando in totum, & integraliter d.c. contingit, & ibi Doct. Iaſ. Caſtren. & alij ſuper d.l. fi. Ita etiã hoc idem eſt dicendũ in propoſito articulo. Ex qua limitatione puto inferendam eſſe ſolutionem ad ea, quæ ſupra ex aduerſo ſunt adducta; ſicut enim inſtrumentum edi debet modis prædictis per deducta, & vlteriùs probat Natt. in conſ.8. per tot. ita quoque, quæ ſupra ſunt deducta ad utramque partem, debent omnino in caſu ſuo uerificari. Atque hoc modo iura iuribus concordantur; quæ quidem concordantia, atq; cõciliatio ideò eſt adnotanda, quia ut habetur ex d. conſilio Natt. & ex doctoribus in d.l. finali, illa deſeruit ad ſolutionem multarum quæſtionum. Et cum vlteriùs poſſit aliquis quærere, quid intelligere debeamus per huiuſmodi ſeriem facti, ideò nõ eſt omittendum, ꝙ per negocium, ſeu factum, uel illius ſeriẽ, duo poſſumus intelligere; Primo ſubſtantiam eius cum ſuis cauſis ſubſtantialibus, atque ſub tali reſpectu ſunt intelligẽda ea omnia, quæ ſupra adnotauimus. Secundo, quatenus prædicta ſubſtantia eſt unita cum diuerſis accidentibus, & circunſtantijs; & ſic, an huiuſmodi accidentia, & circumſtantiæ ſint narrandæ in precibus, ad euitandam prædictam ſubreptionem, in ſequenti articulo erit uidendum, quid iuris. Et propterea non conuenit hic vlterius procedere, &c.

Qualiter ſubreptio committatur ex parte circumſtantiarum, & accidentium. Art. 6.

CLari eſt iuris, ac facti, in quolibet negocio tria poſſe conſiderari, uidelicet ſubſtantiam, accidentia, & circumſtantias eius; unde in pręcedẽti articulo adnotauimus, quid

iuris

iuris de ſubreptione, quæ committi poſſet circa ſubſtantiam alicuius facti; conuenit modo, vt uideamus, quid iuris de accidentibus, & circũſtantijs eiuſdem. Sed prius præmittere oportet, quod de accidentibus non poteſt adnotari certa regula ad illorum cognitionem. Circunſtantiæ uerò ſunt iſtæ, videlicet. Quis, quid, cur quando, vbi, quomodo, & quibus medijs. D. Tho. 1. 2. q. 7. art. 3. Nauarr. in ſuo manu. c. 6. & Sum miſt. in uerbo, circumſtantia. Quarum quædam alterant factum, vt exempli gratia, ſi quis peccat non tãtum ſemel, ſed ſæpiùs; quædam uerò faciunt aliud, vt ſi quis accipiat rem alienam ſimpliciter, committit furtum; ſi uerò in loco ſacro, ſacrilegium, ut uideri poteſt apud Nauarr. & Summiſt. lo. cita. & Diuum Thomam in d. 1. q. 72. art. 9. & ibi Caiet. Quæ circumſtantiæ ſunt omnino obſeruandæ, cum quælibet hominis operatio ab illis dependeat, iuxta c. non eſt ſatis. diſt. 86. diſtin. 29. per tot. c. ſicut, de homicid. l. reſpiciendũ, & l. aut facta. ff. de pœn. & c. 1. de pœniten. diſt. 5. Hinc eſt, quòd obligatio alia eſt pura, & ſimplex; alia uerò ſub conditione, uel tempore adiecto. §. omnis ſtipulatio, & ibi glo. & Doct. inſti. de uerb. obliga. Hoc præmiſſo, vt priùs adnotemus, quid alij nos doceant, Io. Andr. in d. c. ſuper litteris. num. 25. 26. 27. ibidem Hoſtien. num. 10. 11. & alij communiter adnotant, quòd illa, quæ ſunt in precibus narranda ad reſcriptum obtinendum, quædã ſunt ſubſtantialia, quædam uerò accidentalia. Subſtantialia, ut uerbũ ipſum demonſtrat, uidentur denotare negocium, & quæ ſunt de ſubſtantia negocij. Accidentalia ſunt, ut Doctores iſti declarant, quæ ad negocium accedũt; ideò acceſſoria nominãtur; quæ licèt poſſint tripliciter conſiderari, ita uidelicet, quod quædam præcedant, quædam concomitentur, quædam denique ſubſequantur. Hæc tamen diſtinctio deſeruit potiùs ad cognitionem facti, quàm aliter. Atque per hanc uiã docet Franciſ. Caſſon. in ſuo tract. crimi quomodo delicta cognoſc. & propterea magis placet adnotare diſtinctionem, quam nos docet Abb. in d. c. ſuper litteris. num. 6. quando dicit, qualitatem rei eſſe narrãdam aliquando cauſa demonſtrationis, & tunc non vitiaret, dummodo cõſtet de corpore. l. falſa demõſtratio, & ibi Bart. & alij. ff. de condi. & demonſt. Aliquando uerò cauſa taxationis, & inductionis, & tunc vitiaret. At quoniam de hac re copioſè pertractant Docto. ſuper c. ſignificante, de reſcriptis, & nos infra ſuo loco dicemus, ideò vlteriùs procedẽdo dicimus, quòd huiuſmodi accidentia deſumuntur à dictis circumſtantijs, quia ſicut perfectum conſtat ex omnibus ſuis partibus. l. 1. ff. de origi. iu. & malum ex unico defectu, ita quoque ſubreptio committi poteſt aliquando ex defectu unius de dictis circumſtantijs, ſeu accidẽtibus; propterea oportet concludere, d. ſubreptionem committi ẽt ex hoc capite. Sicut autem una circumſtantia, & ſic una qualitas, ſeu accidens eſt maior, & grauior altera, ut ſupra adnotauimus, ita quoq; ſubreptio una, ex hoc capite commiſſa, erit grauior altera. Et propterea prudens, doctus, atque diſcretus debet eſſe iudex, non tantum in cognoſcendo, & diſtinguendo unam ſubreptionem ab altera, ſed etiam illius grauitatem, meritò &c.

Digitized by Google

Qualiter committatur ſubreptio in vno reſcripto reſpectu alterius.
Artic. 7.

QVoniã clara eſt iuris concluſio, quod in ſecundo reſcripto debet fieri mẽtio de primo. c. cæterũ, & ibi Doct. communiter, eod. de reſcript. & ſi talis mentio facta non fuerit, adhuc teneretur primũ, ut ibidẽ deciditur, uidetur propterea inde inferendum, hoc quæſitum de ſubreptione ex hoc capite deſumptũ, nullius eſſe vtilitatis. Cæterùm ad hoc dicimus, totum oppoſitum eſſe tenendum. Primo, quia iura in hoc non conueniunt, cũ aliter legamus deciſum, in c. ſanè. il primo, de offi. deleg. Secundo, quoniã licèt ſecundum reſcriptum ſit nullum, ob cauſam aſſignatam, dubitatur tamẽ de qualitate nullitatis, ut doctè examinat Abb. ſuper d. ca. cæterùm. cum aliquando reſcriptum ſit nullũ, quã uis nõ ſit ſubreptitium, ut infra ſuo loco dicemus. Omiſſa igitur pro nunc diſputatione iſtius nullitatis, quantum facit ad articulum propoſitum, tria breuiter ſunt uidẽda, præſertim ſecundum doctrinam Abb. Primo, quomodo prædicta duo iura ſint ad inuicem concilianda. Secundo, quomodo in ſecundo reſcripto ſit facienda mentio de primo, ad hoc vt euitetur ſubreptio. Tertio, an ſecundum reſcriptum continens mentionem de primo, annullet illud ipſo iure. Quoad primum, gl. ſuper d. c. cæterùm, in uerbo, priores, dicit, tex. iſtius capituli eſſe intelligendum, quãdo reſcriptum eſt directum ad alios iudices. At ſecus eſt, quãdo directum eſſet ad eoſdẽ, prout in altero tex. habetur: meritò &c. Glo. Abb. & alij ſuper d. c. ſanè, adnotant, illum textum habere diuerſum, & multiplicem intellectum. Cæterùm, quoniam non conuenit hic examinare, quinam intellectus ſit uerior, ideò ſecundũ communem opinionem, de qua teſtatur Abb. in d. c. ſanè. nu. 2. dicimus, quod tex. illius intelligi debeat, quã do litteræ habent eandem datam, ſed formam diuerſam. Poſſet etiam dari nouus intellectus, ut c. cæterũ, intelligatur de rigore iuris, c. uerò, ſanè, de æquitate. Magis tamen placet communis intellectus. Quoad ſecundum ſatis erit adnotare doctrinam Abb. qui docet, quod quando primum reſcriptum fuit impetratũ communi conſenſu partium, in ſecundo non ſolùm eſt facienda mentio de primo, ſed etiam de huiuſmodi communi conſenſu, & ſucceſſiue de qualitate, & clauſul. illius, iuxta ca. 2. de dolo, & contu. Et ratio eſt, quia omne id debet narrari, quod poſſet, ſi narratum non eſſet, reddere reſcriptum ſubreptitium, iuxta notata ſuper c. Paſtoralis, eod. Hinc adnotatur apud eundẽ Abb. in uerbo, de omni clauſula. Primo, quòd ſit in arbitrio iudicis definire, quid iuris de huiuſmodi clauſulis. Secundo, quòd non ualent litteræ remiſſionum pœnarum alicui condennato, niſi de omnibus fiat mentio, prout latius habetur in d. additione. Licèt igitur iſta concluſio regulariter ſit uera, uidetur tamen ita intelligenda, quando uidelicet primũ reſcriptum contineret quid ſingulare; ſecus uerò ſi contineret quid vniuerſale, iuxta capi. 1. eod. de reſcript. quia in tali caſu non uidetur neceſſaria talis mentio, ut copioſè nos docent Doctores in d. c. 1. Tunc enim verificatur illa iuris concluſio, quòd generi per ſpeciem derogatur. d. c. &c.

& c. gen eri, de reg. iu. in 6. cũ ibi ad nota. Quoad vltimũ deniq; caput, vt ſupra, propoſitum, admodum difficile eſt, cõgruum dare reſponſum, ex quo Docto. circa illius intelligentiam, & ſolutionem inter ſe nõ conueniunt, ut refert etiam Abb. ſuper d. c. cæterùm. num. 10. per tot. Quoniam tamẽ eſt admodum vtile breuiter ſcire illius ſolutionem, ea præſertim ratione, quia ſi ſecundum reſcriptum non tollit primum ipſo iure, conſequenter proceſſus fabricatus vigore primi reſcripti teneret, & ualeret; ideò quamuis per cap. ex litteris, de offi. iudi. deleg. uideatur de iure dicendum, Primum reſcriptum tũc eſſe reuocatum per ſecundum, quandò uidelicet ſecundum fuit deductum ad notitiam eorum, quibus denunciari debebat, vt etiã docet Boer. in ſua deciſ. 347. num. 16. Nihilominus de hac difficultate diximus etiam ſupra q. 3. artic. 4. Proptérea in præſenti putò ſatis eſſe, illud tantum addere, & adnotare, quod cum in hac quæſtione loquamur de ſubreptiõe reſcriptorũ, propterea ſub hoc reſpectu ſecundum reſcriptum aut eſt ſubreptitiũ in habitudine tamen ad primum, aut non eſt ſubreptitium, aut dubitatur. Primo & tertio modo congruentius uidetur illud reſponſum, quod primum reſcriptum adhuc teneat, & ualeat, & ſucceſſiuè proceſſus illius uigore fabricatus, ſimiliter ſit ualidus; ſiquidem ſi aliter eſſet, committens ſubreptionem reciperet inde commodum, contra tex. in c. ſedes. cum cap. ſequen. eod. de reſcrip. & actus interpretaretur contra l. quoties. ff. de reb. dub. quod nõ eſt dicendum. At ſecundo modo ſi iſtud ſecundum reſcriptum conſideretur ſecũdum intrinſecam eius naturam, primũ poſſet reputari nullum. At ſecundum primi, & ſecundi executionem ante notitiam prædictam ſine controuerſia illud primum, eiuſque proceſſus teneret, & valeret per ea, quæ ſupra diximus, ac etiam arg. c. mandato, & ibi Docto. communiter, de procurato. Cõfirmatur, quia intereſt Reip. vt huiuſmodi actus potius ualeant, quàm pereant, iuxta adnot. in l. Barba. ff. de offi. præto. At poſt prędictam notitiam poſſet meritò quidem dubitari, ſolutio tamen deſumenda eſt ex diſtinctione, vt ſupra adnotata in 2. cap. An uidelicet primum reſcriptum contineat quid vniuerſale, uel quid particulare; Siquidem dicebamus ſupra, quòd pro reuocatione primi reſcripti, neceſſarium eſt in ſecundo de eo mentionem facere: ſecus in altero; meritò &c.

An quælibet omißio, vel commißio ſubreptitia vitiet reſcriptum. *Artic. 8.*

ARticulus iſte eſt admodũ vtilis, ſiquidẽ talis omiſſio, vel commiſſio poteſt eſſe aliquando de re minima, aliquando de re notabili, & aliquando errore poteſt id contingere; & propterea cauetur in l. 1. C. ſi contra ius. quod ſi omittatur id, quod ſi fuiſſet narratum, reſcribens nihilominus reſcripſiſſet, non vitiat reſcriptum. Confirmatur, quia præſupponitur conſtare de corpore rei, & ſubſtantię negocij, argumento legis, demonſtratio falſa. ff. de cõdi. & demonſtra. & ibi Bart. His accedit, quòd error facti non nocet, l. error. C. de iu. & fact. igno. l. ſi per errorẽ. ff. de iuriſd. omn. iudic. &c. In contrarium facit deciſio text. in

ca.ſuper litteris, eod.de reſcript. Si enim reſcripta ſunt aliquando ſubreptitia ratione ignorantiæ, & ſimplicitatis, vt in d.c.deciditur, conſequenter videntur etiam ſubreptitia reputanda, ſi per errorem aliquid omiſſum, vel cõmiſſum fuerit, cũ error, & ignotãtia vel ſunt unum, & idem, vel æquiperantur. Quia ſicùt per ignorantiã aliquando quis excuſatur, & aliquando ſecùs, iuxta communes cõcluſiones adnotatas à Gabriel. in ſuis cõcluſ. tit. de reg. iu.concl.6. & Maſcard. in ſuo tract. de probat.concluſ.881. Ita etiã hoc idem contingit de ipſo errore, iuxta tradita per eũdem Maſcard. in d. tract. in concluſ. præſertim 637. Atque hac fortaſſe de cauſa de errore agitur ſub tit. de iur. & facti ignor. Pro ſolutione conuenit prius breuiter adnotare, quid alij nos doceãt. Vnde eſt animaduertendum, quòd Abb. ſuper c. ſignificante. eod. de reſcript. duo in ſumma nos docet; Primo, an error cõmiſſus in præcibus, ad obtinẽdum reſcriptum ad lites, vitiet illud, ſi cõſtet de corpore rei. Secundo, an idem ſit dicendum de errore cõmiſſo in reſcripto ad gratiam. Quoad primum, quamuis cõſtet de corpore rei, vt exempli gratia, ſi reſcriptum impetretur contra Titium diœceſis Florentinæ, legentem Senis, & ille ſit diœceſis Aretinæ, atq; in dicto gimnaſio nõ adeſt alius Titius, & ſic conſtat de corpore. Docto. in hoc non conueniunt. Quidam enim tenent partem affirmatiuam, quidam verò negatiuã. Quamuis autem regulariter, & cõmuniter tale reſcriptum teneat, vt ad mentem Abbatis ibidem habetur notabilis additio, ex quo cõſtat de corpore rei, vt præſupponitur, hæc tamen regula, primo eſt intelligenda, vt habeat locũ, quando quis vti velit tali reſcripto, quoad id qđ in eo cõtinetur, vt adnotat Abb. ibidem nu.3. ſecùs aliter. Secũdo, quãdo Princeps nihilominus reſcriptũ conceſſiſſet, ſecùs aliter, vt dicebat Specul. relatus ibi ab Abb. num.4. in fi. Quoad ſecundum, licèt ſit ſimiliter in controuerſia apud doctores, quid ſit tenendum, ſolutio tamen illa videtur eſſe, quòd quando falſa expreſſio, vel omiſſio non fuit cauſa inductiua ad concedendum reſcriptũ, teneret; ſecùs aliter: Hinc intelligitur text. in c. ſuſceptũ. eod. de reſcript. in 6. Hactenus Abb. Felin. ſuper eod. c. ſignificante, more ſuo ponit concluſionem vna cum text. & poſtea eam diuerſimodè declarat. Bald. ſuper eod. c. dat notabilem doctrinam, quòd vbi vitiat incertitudo, vitiat etiã error. Sed quoniam præſupponitur in quæſtione propoſita, quòd conſtet de corpore rei, ideò adhuc non habemus, quid certi de iſta difficultate. Batt. omnino videndus in l. demonſtratio. in princ. num. 11. & in §. quod autem. num. 19. ff. de condi. & demonſtra. ſimiliter diſtinguẽdo dicit, an Princeps alias conceſſiſſet, uel non conceſſiſſet. Dubium tamẽ eſt, qua uia coguoſci ualeat huiuſmodi Principis uoluntas. Vnde, ut modo referam, quid meo iudicio ſit tenendũ, cum tali diſtinctione hæc difficultas uidetur ſoluenda. Aut enim conſtat de corpore, & ſubſtantia negocij; aut non conſtat. Primo modo, ulteriùs error aut eſt commiſſus circa nomen, aut circa rem, aut circa accidentia; primo modo placet diſtinctio Baldi i l. ſi Fortidianũ. nu. 3. q. 2. C. de lega. ubi reddit rõnem, cur error in nomine proprio nõ uitiet: ſecùs in nomine appellatiuo; regu-

regulariter enim talis error nominis non uitiat, qñ conſtat de corpore. §. ſi quidem in nomine, Inſtitu. de leg. Hæc concluſio uidetur limitãda, ſi error iſte dolo eſſet commiſſus, quia non errore, ſed dolo id factum eſſet. At ſecũdo modo, aut id cõtingit circa cauſam, aut circa demonſtrationem; & tunc iudicarẽ eſſe ſequendam doctrinam Bar. in d. l. & §. ubi declarat, qñ, & qñ demonſtratio, & cauſa uitient, & reſpectiuè uitientur. At tertio loco, ſi dictus error eſſet commiſſus, ut diximus circa accidẽtia, id reduci poteſt uel ad ea, quæ diximus ſupra in alio articulo de circumſtantijs, uel ad ea quæ ſupra ſunt adnotata de nomine, cauſa, & demonſtratione rei. Vnde ſi ſecundo loco non conſtat de corpore, tunc ratione huiuſmodi incertitudinis, error uitiaret reſcriptum, ob vulgarem iuris concluſionem, incertitudinem uitiare actum, ſi ad certitudinem reduci non poſſit, ut copioſè nos docet Gomeſ. in ſuo tracta. de cõtract. nu. 7. cum ſequen. Non obſtant modo, quæ ſupra in contrarium ſunt adducta, quia illa intelliguntur quoad pœnam imponendam, non autem quoad ualiditatem actus, cum aliquando actus quidam teneat, & ualeat, atque perſona poſſet puniri. c. tua nos, de ſponſal. & matrimo. Solutio iſtius articuli eſt omnino notanda, cum deſeruiat ad intelligentiam multarum quęſtionum, ut uideri poteſt apud docto. ſuper d. c. ſignificãte, eod. de reſcript. ubi præſertim Feli. ad quos me remitto.

Quid commune habeant ſubreptiones cuiuslibet reſcripti.

Artic. 9.

ARgumento eorum, quæ adnotant docto. ſuper l. naturaliter. § nihil commune. ff. de acquir. poſſ. quando quærunt, an, & quomodo poſſeſſio, & dominium habeant aliquid cõmune, dicemus, quòd ſubreptiones cuiuslibet reſcripti diuerſimodè conſiderari poſſent; primo ratione eſſentię cuiuslibet ſubreptionis, & ſic dicuntur habere aliquid commune, quia ſubreptio cum ſit quoddam genus, eius ſpecies conueniũt in hoc genere. At ſi eadẽ ſubreptio conſideretur in ſpecie, tũc nihil cõmune dicuntur habere, quia ſicũt eſſẽtia unius ſpeciei differt ab alia, ut paſſim nos docent Philoſophi, ita quoque hoc idem eſt dicendum de ſubreptionibus in ſpecie conſideratis. Secũdo ſi eædem ſubreptiones conſiderentur ratione accidentium, tunc illa ſunt animaduertenda; ſiquidem ſi per accidens intelligimus effectum ſubreptionis, tunc dicimus, quod ſicũt ſubreptio conſideratur ut genus, & aliquando ut ſpecies, ad imitationem adoptionis, ita quoque effectus erit eiuſdẽ conſiderationis, & æqualitatis; & propterea etiam textus ipſe in d. c. ſuper litteris. eod. de reſcript. demõſtrat, ſubreptionem producere diuerſum effectum, ſicut ipſa diuerſa erit. Si uerò huiuſmodi accidentia fuerint illa, quę ſecundariò à reſcripto ſubreptitio oriuntur, ut exempli gratia, ſi uigore huiuſmodi reſcripti aliquid geſtum fuerit, an illud ualeat. De hac re partim diximus ſupra, quando adnotauimus, an proceſſus ualeat, ſi fuerit fabricatus

catus uigore talis reſcripti; partim uerò dicemus infra, quando ſermo erit habēdus de nullitate huiuſmodi reſcriptorū. Ideò in præſenti nō occurrit aliquid aliud animaduertere. Rurſus, ſi huiuſmodi accidentia conſiderentur ratione modi impetrandi hæc eadem reſcripta, uel ratione cauſæ, propter quā illæ impetrantur, ſimiliter nihil habēt cōmune, quia ſicut modus, & cauſa prædicta continent in ſe diuerſitatem, ita quoque prædictę ſubreptiones neceſſariò erunt diuerſæ, & ut uno uerbo omnia cōcludam, cum in quolibet reſcripto ſubreptitio octo ſemper ſint neceſſariò conſideranda, ut conſtat ex deductis, uidelicet, quis impetrat, à quo impetratur, quid petatur, cur ſupplicetur, & reſpectiuè reſcriptum concedatur, quomodo, quando, ubi, & quibus medijs, de quibus diximus, præſertim in hac quæſtione, articulo 6. Ita quoque ex eiſdem medijs cognoſcere debemus, an, & quomodo duæ, exempli gratia, ſubreptiones nihil habeant commune, uel in aliquo inter ſe conueniant. Et cum per hæc habeamus (ni fallor) ſolutionem ad propoſitum articulū, ideò nō occurrit aliud adnotare.

An, & quo modo ſubreptio euitari valeat per oppoſita, vel alia via. Art. 10.

QVoniam eſt communis cōcluſio apud omnes profeſſores, quòd unum oppoſitum cognoſcatur per aliud, l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iu. docto. & præcipuè Soci. iu. in rub. ff. de acquir. uel omitten. hæred. hinc eſt, quod ſubreptio ad hoc ut euitari ualeat, requiritur remoueri eā omnia, quibus illa committitur. Et ſic per oppoſita tollitur. Et ut epilogando clariùs hanc concluſionem demonſtremus, Primò ſubreptio committitur ex parte perſonæ impetrantis, quæ in ſuis præcibus committit falſitatē, aliquando dolo, & aliqñ ignorantia, ut dicit text. in d. c. ſuper litteris. eod. de reſcript. Vnde euitabitur ſubreptio ex hoc capite, ſi impetrans euitabit dolum, & ignorantiam, cum quilibet teneatur ſemper recedere à malo, & facere bonum, iuxta dictum Prophetæ, recede à malo, & fac bonum; & propterea proprium eſt legis, prohibere mala, & præcipere bona. l. 2. ff. de ll. cum uulg. Secundò committitur ſubreptio ex parte negocij, & eius ſubſtantiæ, ut uidimus ſupra ſuo loco. Euitatur autē illa, ſi ſeries facti narrata fuerit diſtinctè, prout iacet, non addendo, nec detrahendo aliquid, iuxta d. c. ſuper eo, de cohabi. cleri. & c. Hinc non eſt omittēdum, quod ſi aliquid detrahatur, uel addatur, quamuis illud ſit modicum, nihilominus non euitabitur ſubreptio, cum tale modicum ex hoc capite uideatur eſſe de ſubſtantia negocij, ut preſupponitur. Atque de iure canonico etiā modica habentur in conſideratione. c. de appellat. de appell. Confirmatur, quia licèt tale modicum ſit ita nominatum, ex hoc tamen capite non retinet naturam modicitatis. Tertiò cōmittitur ſubreptio ex parte accidētium, & circumſtātiarū, ut diximus ſupra in hac quæſtione in proprio articulo. Vnde per oppoſitum euitabitur illa, explicando in præcibus huiuſmodi accidentia, & circumſtantias omnes, quia ſicut bonum conſtat ex omnibus ſuis partibus, l. 1. ff. de orig. iu.

ita

Digitized by Google

ita quoque reſcriptum, ut ſit integrum, & careat quolibet defectu, requirit non ſolum eſſe narratam prędictam ſeriē facti, ut diximus, ſed etiam illius accidentia, atque circūſtantias. In hac tamen parte ſi fuerit omiſſum aliquod accidēs, quod ſit modicum, uel minimum, regulariter non debet reſcriptum uitiare; hoc tamen intelligi debet iuxta ea, quæ diximus ſupra in hac quæſtione, articulo 8. Et ratio eſt, quia princeps in dubio, non obſtante tali defectu modici accidentis, nihilominus præſumitur conceſſiſſe. Limitatiuè tamen oppoſitum poſſet aliquando contingere, iuxta c. cui de non ſacerdotali; de præben. in 6. §. ſunt autem, inſtitu. cano. de collat. Quarto, committitur ſubreptio aliquando, quando uidelicet non fit mentio de iure, iuxta ea, quæ diximus ſupra in hac quæſtione, articulo 2. Euitatur uerò, ſi de tali iure, de quo erat mentio facienda, illa facta fuerit; non enim de quolibet iure hoc eſt neceſſarium, cum quædā præſumantur ſciri. c. 1. de conſti. in 6. Et ibi docto. & ſupra nos quoque diximus. Quinto committitur ſubreptio, ſi in precibus ſecundi reſcripti taceatur primum, quæ ut euitetur, requiritur per oppoſitum, ut in ſecundo fiat mentio de primo, ſicuti etiam diximus ſupra in hac eadē quæſtione articulo 7. Quæ quidem regula limitatur, uel reſpectiuè uerificatur ſecundum qualitatem, & tenorem dicti primi reſcripti ob rationem, quam ſupra adnotauimus. Ad hæc omnia addēdum eſt, quod ſolutio huius articuli aut eſt conſideranda in Theorica, aut in practica. Primo modo uidentur uerificanda ea omnia, quæ ſupra adnotauimus. Secūdo modo prædicta ſubreptio euitari ſolet per diuerſas clauſulas ſalutares, & generales, uidelicet ſupplendo omnem defectum, habendo pro ſufficienter expreſſis. Non obſtantibus quibuſcunque, derogando pro hac uice omnibus, & ſingulis, atque per alias ſimiles. Quæ partim explicantur à Mandoſio in diuerſis ſuis commiſſionibus, partim ab alijs, ut infra dicemus.

QVAESTIO VI.

De ſubreptione Reſcriptorum ad lites. Artic. 10.

POſtquam vidimus in præcedenti quæſtione de ſubreptione Reſcriptorum in communi ſuo iure, ſequitur modo, ut aliquid uideamus de eadem in ſpecie; & propterea in præſenti intendimus nonnulla adnotare de propoſita ſubreptione ad lites, de qua licèt multa copioſè, & doctè nos doceat Menoch. lib. 2. de arbit. iudi. caſ. 202. per tot. nihilominus non erit inutile hic quædam obſeruare, cum illa methodicè adnotare conueniat. De re igitur propoſita uidendum eſt:

Primo, An ſubreptio iſta comittatur ex parte citationis.

Secundo, An hoc reſcriptum, uel eius ſupplicatio perpetuet actionem.

Tertio, An in precibus ad huiuſmodi reſcripta ſit facienda mentio de pendentia litis, & eius inſtantię.

Quarto,

Quarto, An ſupplicando in medio litis committatur ſubreptio.

Quinto, An tacere aliquam partem proceſſus cauſet ſubreptionē.

Sexto, An committatur ſubreptio, ſi litigantes ſupplicant apud diuerſos ſuperiores.

Septimo, An liceat ſupplicare ad lites incertas.

Octauo, An in ſupplicatione ad prorogandam inſtantiam à lege definitam, committatur ſubreptio.

Nono, An de qualitate litis ſit facienda mentio cum omnibus ſuis circumſtantijs.

Decimo, An ſupplicatio, & preces differant à libello.

An ſubreptio reſcripti ad lites committatur ex parte citationis.
Artic. I.

Eſt vulgaris concluſio in iure, quod actus iudicialis non teneat, niſi parte citata. l. de unoquoq;. & ibi Docto. Communiter. ff. de re iudi. l. adoptio, cum l. ſequen. & ibi Bar. ff. de adopt. facit tex. in ca. 2. de teſti. Ex quo ſequitur, reſcriptum ſine citatione obtentum, uideri nullum. Confirmatur, quia per illud cōſtituitur iudex, vt diximus ſupra & infra quoque dicemus; ideò prædicta citatio uidebatur omninò neceſſaria. §. 1. Inſti. canon. de in ius uoc. §. fi. Inſti. de pœn. teme. liti. Hoc idem probat Inno. ſuper c. cū olim, poſt princ. eod. de re iudi. ubi dicit, reſcriptum eſſe ſubreptitium parte abſente, ibidem Abb. nu. 16. & alij communiter hoc idem ibi adnotāt. In contrarium facit imprimis doctrina Feli. in d. c. cum olim. nu. 18. Confirmatur ratione, vt Docto. adnotant, quia uidelicet talis impetratio non eſt actus iudicialis, meritò &c. Quid igitur dicendum? Ad mentem Feli. regula eſt negatiua, quòd uidelicet citatio non requiratur, quæ limitatur, & declaratur diuerſimodè, ut ipſe doctè, & diſtinctè ibidem docet d. num. 18. cum plur. ſequen. Abb. ſuper eodem cap. reliquit hoc ſtilo Curiæ, qui omnino ſeruari debet, iuxta tradita per Docto. in l. de quibus. ff. de ll. c. fi. de cōſuet. ſed de iure ſentit idem, quod ſupra. Hoſtien. ibidem num. 4. dat doctrinam à prædicta aliqua ex parte diuerſam; vnde ut breuiter referam, quid meo iudicio ſit tenendū, dicimus, quòd in iſta quæſtione aut adeſt conſuetudo, & ſtilus, tam circa actum, quòd etiā circa modum citandi, uel non citandi, ad reſcriptū obtinendū, & tūc una cum Abbate id eſſet omnino obſeruādum, cum proprium ſit cōſuetudinis ius interpretari, & aliquando addere, uel derogare, ſeu nouum ius introducere. Doct. in d. l. de quibus, & in d. c. fi. Hinc eſt, quod ſi aliquid fuerit dictum, vel omiſſum contra huiuſmodi ſtilum, uel cōſuetudinem, tale reſcriptum inde ſequutum ſubreptione non carebit. Si uerò talis ſtilus, ſeu conſuetudo non reperiatur, tunc placet adnotare diſtinctionem de reſcriptis ad litē, & ad gratiā. Ex quo enim litteræ ad litem reſpiciunt intereſſe tertij; ideò ne ille in iure ſuo lædatur, per concluſionē ſupra in principio adnotatam, conuenit, vt pars citetur, eoque magis, quo reſcriptum aliquando eſt loco libelli, & perpetuat actionem, ut infra ſuo loco dicemus. Hinc ſoluitur illa quæſtio, quam examinant Doctores in d. c. cum olim, num. 16. & ſeq. An uidelicèt princeps poſſit aliquid alicui concedere ſine citatione,

ne,& in præiudicium tertij;& propterea dum loquimur de iure,uidetur concludendum, ſubreptionem committi, ſi prædicta citatio facta non fuerit, pro d. reſcripto ad lites conſequendo. At ſi illud fuerit ad gratiam, tunc poſſet ſubſtineri doctrina Felini in d.c.atque ſupra relata, quæ uidetur limitanda iuxta deciſioné illius,cuius ſumma hæc eſt. Si Papa contra pronunciam ſuam conferat beneficium, hoc tacito,ſubreptitia dicitur collatio.Solutio autem,ut ſupra data de literis ad lites, poſſet limitari ad mentem Doctorum tam in dicto c. quàm etiam in d.l.deunoquoque,quando uidelicet illæ concederentur ſine cognitione cauſę.Et hac fortaſſe ratione in practica pars citatur aliquando ad dicendum cauſam, quare huiuſmodi litteræ concedi non debeãt:aliquando uerò ad dicendum contra illas iam impetratas;& propterea quando dubitant Doctores ſuper c. 1. de iureiur.ubi Abb.num. 10.& ſeq.An in petẽdo abſolutionem à iuramento requiratur citatio partis,cũ prædicta diſtinctione reſpondere aliquando ſolent,uidelicet:An talis abſolutio ſit concedenda cum cognitione cauſę,uel ſine.In primo enim caſu requiritur citatio;ſecùs in ſecũdo. Vnde hoc idẽ dici poſſet in quæſtione propoſita.Et ſic habemus(ni fallor)quando ſubreptio committatur ex parte citationis, & quo modo illa euitetur. Si quis autem plura de ſimili citatione uidere deſiderat, uideat Doctores ſuper d.c.cum olim. Et cũ per hæc habeamus quoque, qua uia conciliari valeant ea, quæ ſupra ad utramq; partem ſunt adducta, ideò non oportet vlterius procedere &c.

An reſcriptum ſubreptitium, vel eius ſupplicatio perpetuet actionem. Artic. 2.

AD intelligentiam iſtius articuli pręmittere oportet,quòd actio perpetuatur diuerſimodè, ut doctè, & copioſè explicat Balb.in ſuo tract.de præſcript. vltima part. 6.p. principalis, per tot. ubi imprimis adnotat differẽtiam inter perpetuationẽ,& interruptionem. Perpetuatur autẽ actio, vt ibidem legimus, aliquando litis conteſtatione, aliquando quaſi eiuſdem conteſtatione,aliquando iuramento,& aliquã do per dationem fideiuſſionis; vnde intelligẽtia iſtius articuli eſt, an uidelicet actio perpetuetur tali ſupplicatione,& reſcripto ſubreptitio. Hoc pręmiſſo tex.in l. 1.& 2.C.quã do libellus Principi datus,&c.definit, preces principi oblatas cauſare litis conteſtationẽ,& ſucceſſiuè perpetuare actionem. Hinc adnotant ibi Doct.communiter, actiones in tali caſu tranſire ad hęredes actiuè, & paſſiuè. Quæ quidem iuris deciſio non modicam uidetur habere difficultatem; Primo,quia dicit tex. in c.p.g.de offi.iudi.delega.delegationem non tranſire ad perſonas in reſcripto non nominatas. Secundo legimus in c.quia V.de iudi.quod reſcriptum tranſit contra hæredẽ occupatoris violenti;ſecùs aliter. Tertio ſi reſcriptũ fuerit obreptitium, vt præſupponitur, cõſequenter erit nullum, ut infra ſuo loco dicemus, & ſucceſſiuè nullius erit effectus,cũ nõ entis nullę ſint qualitates.l.eius. qui in prouincia. ff. ſi certum peta. cum ibi adnot. Quid igitur dicendum? Duo breuiter ſunt animaduertenda; Primo, an id uerificetur

Digitized by Google

de precibus ſubreptitijs, & quando id contingere ualeat. Secundo, an obiectiones teneant. Quoad primũ docet Iaſ. in l. 1. in prin. C. eod. quan do libellus &c. quòd perpetuare actionem eſt illam extẽdere uſq; ad 40. annos, & cum per interruptionẽ præſcriptionis id fieri ualeat ob naturã huiuſmodi actus, de quo eſt tex. & ibi Doct. in l. fina. C. de præſcript. 30. uel 40. annorũ, & ibi præſertim Bald. & Salic. ſequitur inde, quod ſicut præſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem factam coram iudice incompetenti, glo. ſuper c. illud, in verbo, interruptio, & ibi Docto. de præſcript. Item interrumpitur per libellum incertum. l. fi. & ibi Bal. & alij. C. de annal. præſcript. Ita quoque hoc idem uidetur dicẽdum, ſi preces fuerint ſubreptitiæ, vt probat tex. in d. l. fi. & Bart. in l. accuſaturus. nu. 1. ff. de adult. libellus enim erit ſine dubio incertus, uel male conceptus, quia aliquid in eo fuit omiſſum uel dictũ, quod reſpectiuè non debebat; & propterea hoc idem eſt dicendũ de huiuſmodi precibus. Cauſa autem huius deciſionis illa vr̃ eſſe, quia per huiuſmodi actum aduerſarius conſtituitur in mala fide; & ſic contra eum actio uidetur perpetuata. Hęc deciſio ampliatur ad mentem Bald. Iaſ. & aliorum, ut verificetur etiam in cauſa criminali; quæ ampliatio intelligitur ſecundum formam ſtatuti; & propterea aliquando neceſſariò requiritur citatio. Quoad ſecundum, An, & q̃ñ reſcriptum ſit perpetuũ diximus ſupra in proprio articulo. Vnde, quãtum facit ad præſentem locum, dicimus, ꝙ preces, & reſcriptum eſſe perpetuum, duplici ter conſiderari poteſt; Primo ratione propriæ eius naturæ, & ſic in caſu quæſtionis propoſitæ non eſt neceſſarium illud eſſe perpetuum. Secundo ratione effectus, & ſic nõ repugnat rationi prædictũ reſcriptũ, eiuſque preces eſſe perpetuas, quia ſicut libellus incertus, & ineptus eſt temporalis, & nihilominus producit effectum perpetuum, ut diximus, ita quoque hoc idem eſt dicendum de precibus ſubreptitijs, & ſucceſſiuè de reſcripto inde ſequuto. Ad cognitionem autem alicuius reſcripti, an videlicet, & quãdo illud ſit perpetuum, & tranſeat ad hæredes actiuè, & paſſiuè; vltra ea, quæ adnotauimus ſupra, & in proprio articulo, atq; nos docent Docto. in lo. cita. uidendus eſt quoque omnino Io. Andreas ſuper regu. is, qui in ius. de reg. iu. in 6. & Bartol. Brixiẽ. in ſua 4. quæſtione Venereali, ubi examinat hanc eandem materiam; ideò ſit ſatis iſta obſeruare.

An in precibus ſit facienda mentio de litis pendentia, & eius inſtantia. Artic. 3.

IN reſcriptis ad litis diuerſa conſiderantur tempora; aliquãdo enim conſideratur tempus inchoãdæ litis, & ſic uidetur uerificandus tex. & ibi Docto. in l. 1. & 2. C. eo. quan. libell. princi. dat. Aliquando uerò conſideratur tempus litis inceptæ, & ſic cum illa pendeat, uidetur uerificari tex. & ibi Docto. in l. 2. C. ut li. penden. Aliquando denique lis præſupponitur per ſententiam finitam, ſed illa per interpoſitam appellationem præſupponitur adhuc pendere; & propterea cõſideratur iſtud aliud tempus, & ad hoc facit tex. in c. Paſtoralis. §. preterea, de offi. iudi. delega. & ibi Docto. At ſi lis non eſſet

ſet

ſet per ſententiam definita, vel ſi eſſet, ab ea adhuc non eſſet appellatum, ideò cõſideratur vlterius iſtud aliud tempus. Hinc eſt, quòd cum lis prædictis modis pendere dicatur, ideò meritò quidem dubitatur, an ſupplicari liceat. De qua difficultate in ſequenti articulo ſumus dicturi. Ad hęc accedit etiam, quòd in litibus tria vltra prædicta conſiderantur tempora, videlicet principium litis, medium, & finis. c. ſuper quæſtionum, uerſ. intẽtionis igitur, eod. de offi. iudi. deleg. His præmiſſis articulus iſte reprehendi poſſet de ſuperfluitate, quia ſi cõſideretur reſpectu litis incohandæ, tunc ſicut lis non pendet, ita etiam de tali pendentia non eſt facienda mentio, ut de ſe patet, cum non entis nullę ſint partes, nec qualitates, iuxta adnotata in l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. ſi uerò poſtquam lis ſit cæpta, idem eſt dicendum, cum lite pẽdente nõ liceat ſupplicare; C. ut lit. pend. per tot. & authen. in medio lit. &c. Atque nos infra ſuo loco dicemus. In contrarium eſt communis doctrina, quæ habetur per Docto. diuerſis in locis iuxta quam de qualitate litis in ſupplicationibus eſt facienda mentio. Et propterea Menoch. in d. caſu 202. adnotat, & declarat quæ ſint illa, de quibus eſt facienda mẽtio in ſupplicationibus ad reſcripta ad lites. Vnde per oppoſitum ſi talis mentio neglecta fuerit, ſine controuerſia, committitur ſubreptio. Cõcludamus igitur, quod cum aliquando liceat impetrare reſcripta, etiam poſtquam altera pars eſt ad iudicium vocata, vt clariùs dicemus in ſeq. articulo, & propterea ſit omnino neceſſarium, ad euitandam prædictam ſubreptionem, mẽtionem facere de litis qualitate, & parte; ideò iudicaui hic conueniens eſſe nonnulla adnotare, pertinentia ad articulum, vltra adnotata per Feli. de eadem materia in d. c. ſuper litteris. num. 28. vſq; ad num. 33. Supplicatio igitur reſpicit aliquãdo cauſam, quatenùs in iudicio ſit proponenda; & ſic vltra ea, quæ diximus ſupra in præcedenti quęſtione, non eſt ignorãdum, quòd ſicut cauſa eſt origo, & materia iudicij, inſti. canonica, de iudi. in princ. c. forus, de uerbor. ſignific. ita etiam de qualitate talis cauſæ, & iudicij neceſſariò eſt facienda mentio, vt euitetur prædicta ſubreptio. Hinc eſt, quod ſi cauſa iudicij ſimpliciter commiſſa fuerit, intelligitur commiſſa quoad poſſeſſionem, & proprietatem, ſecùs aliter. c. 1. & ibi gl. in uerbo, indiſtinctè, & inſuper Docto. de ſequeſtra. prohibi. Rurſus conſideratur iudicium, vt eſt diſcuſſio cauſæ, d. inſti. de iudi. in princip. & Doct. in rubr. eod. & ſic de qualitate eius cõuenit ſimiliter mentionem facere, ne poſtea dubitetur de modo procedendi, iuxta clemen. ſæpè, & ibi glo. & Doct. de uerbo. ſignific. Item conſideratur aliquãdo ratione prædictæ pendentiæ litis, & ſic ſimiliter illa in precibus narrari debet, cum illa diuerſimodè in iure conſideretur, iuxta tex. in ca. ex parte. il primo, de uerb. ſignifi. & clem. 2. ut lit. pẽden. Siquidem lis aliquando dicitur mota, & aliquando dicitur pendere, ut in dictis locis cauetur. Item conſideratur aliquando ratione inſtãtiæ, primæ, uel ſecundæ, de qua tractat Bart. & alij in l. properandum. C. de iudic. Can. in c. uenerabilis, eod. & Marãt. in ſuo Specul. par. 5. ferè per tot. Ad intelligentiam autem iſtorum terminorũ eſt adnotandus tex. in d. c. forus, de verbor. ſignif. Quo-

rum quidem terminorum intelligẽtia adnotari debet non ſolùm ad euitandam prædictam ſubreptionẽ, ſed etiam ad intelligentiam tex. in l. poſtquam liti. C. de pact. ubi Docto. & præcipuè Bald. docent, quòd quis renunciat aliquando cauſæ, aliquando liti, aliquãdo iudicio, & aliquando inſtantiæ, quæ renunciationes ſicut ſunt diuerſæ, ita etiam diuerſum producunt effectum, vt ibi habetur. Ex quibus omnibus cum habeamus, ni fallor, ſolutionem ad articulum, ac ẽt, quomodo ſupra in contrarium adducta valeant, & debeant ad inuicem conciliari, ideò non videtur neceſſarium ad ſpeciales reſponſiones deſcendere &c.

An in medio litis liceat ſupplicare ſine periculo ſubreptionis. Artic. 4.

SI regulariter more iuriſtarum articulus iſte eſſet definiendus, ſine controuerſia tenendum eſt, de iure regulariter in medio litis prohibitum eſſe ſupplicare, iuxta tot. tit. C. ut lit. penden. uel poſt prouocation. & authen. in med. lit. atque in iſtis locis doctores cõmuniter; & ſi de facto per huiuſmodi preces reſcriptum fuerit obtentum, non carebit ſubreptione, niſi fuerint obſeruata obſeruanda, de quibus ſupra & infra dicemus. In contrariũ uerò facit text. in §. ſi uerò refutauerit, in authen. ut differen. iudic. §. alioquin etiam gratis, in authen. de manda. Princip. Ad hoc facit etiã text. in l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in lo. publi. Ad hoc enim ne quis recipiat damnũ, ad illud euitandum, videtur permittẽdum, etiam in medio litis ſupplicare; Vnde ſicùt per dicta iura permiſſa eſt ſupplicatio, ita quoque in ea poteſt committi ſubreptio. Quid igitur dicẽdum? Tria breuiter ſunt hic videnda; Primo, an liceat ſupplicare in caſu propoſito. Secundo, quomodo ſubreptio committatur. Tertio, an ſit aliqua differentia inter prædictos duos titulos. Quoad primum per viam Theoricæ puto adnotandam eſſe diſtinctionẽ Bartholi, & Bal. ſuper l. 2. C. eod. vt lit. penden. &c. Cæterùm, quia iſte tractatus debet principaliter deſeruire ad practicam, ideò regulariter uidetur concludendum, huiuſmodi ſupplicationẽ eſſe prohibitam per iura adducta; & ratio eſt, quia pendente lite ſi permitteretur ſupplicare, conſequenter permitteretur etiã aliquando aliquem lædere contra diſpoſitionem iuris, vt diximus ſupra ſuo loco. Quæ quidem regula limitatur, primo ſi iudex fuerit negligens in adminiſtrando iuſtitiam. d. §. ſi verò refutauerit, & §. alioquĩ gratis. Bart. Bal. Iaſ. & alij communiter ſuper d. l. 2. Adeò enim damnatur negligentia in iure, vt aliquã do aliquid permittatur, quod aliàs eſſet prohibitũ, iuxta tot. tit. de ſupplenda negligentia Prælatorum, de cuius pœna plenè tractat Gomeſ. in ſuo proprio tract. de neglig. Limitatur ſecundo; vt dicit tex. & ibi Bal. ſuper eadem l. 2. num. 1. quando denegaretur copia actorum, uel pronunciationis; intereſt enim partis litigantis habere huiuſmodi copiam, vel non habere, cum illa ſint facta communia, vt diximus ſupra, & infra quoque dicemus. Ad hoc facit etiã text. in c. qualiter. cum ibi adnota. de iudi. Quid autem intelligere debeamus per acta, & pronunciationem prædictam, non videtur dubium,

dubiũ, quia docto.& præcipuè Iaſ. ſub num.5.ſuper d.l.explicant,quę nam illa ſint; Vnde per acta,illa videntur intelligenda,quæ præcedũt ſententiam, de quibus eſt tex.in d. c.quoniam cõtra. de proba. Et nos ea explicauimus ſupra, declarando text.d.c.Limitatur tertiò,vt adnotat Iaſ.ſuper d.eadem l.nũ.3. quando alter litigantium peteret iudici dari adiunctum,quãdo ille eſſet ſuſpectus, vt ſæpè occurrit in practica. Ampliatur verò prædicta ſolutio ad mẽtem Iaſ. in d.l. nu.2. quod nec etiam liceat ſupplicare ad priuilegium conſequendum.Quæ ampliatio vltra doctrinam Iaſ. probatũr, quia ſicùt cauſa debet definiri per leges vigentes tempore illius, & non per leges ſuperuenientes,ut cæteris omiſſis docet Abb. ſuper c. ſi.ferè in ſi. de conſti.ita quoq; hoc idem eſt dicendum de huiuſmodi priuilegijs.Ampliatur vlteriùs ſecũdum omnes ſuper eadem l.poſtquã ſententia eſſet lata, & tranſiſſet in iudicatum;ſecùs verò, ſi eſſet ſuſpẽſa per appellationem, vt etiam ſæpè videmus in practica. Ex his, cũ habeamus quomodo reſpõderi ualeat ad obiecta, ideò deſcendendo nunc ad ſecundum caput, ut ſupra propoſitum, dicimus, quod ex his habemus (ni fallor)quid narrari debeat in præcibus ad prædicta reſcripta in caſibus, vt ſupra permiſſis, ad hoc vt euitetur ſubreptio, atque per oppoſitum intelligimus etiam, quomodo illa ex parte rei committatur.Ex alio enim capite ad eandẽ euitandam, & præſertim ex parte ſupplicãtis, partim diximus ſupra, & partim dicemus infra; Vnde cũ hinc non occurrat aliud adnotare, dicimus ad tertium & vltimum caput,ſecundum Bart. & Bal. in eadẽ l.quod deficit in d.tit. & ll. C. eod. vt lit.penden. &c. ſuppletur per d. authen.vt in medio litis.&c. Quæ iurium conciliatio poteſt confirmari,quia titulus C. videtur reſpicere reſcripta ad lites, ſi leges illius fuerint conſideratæ. Titulus uerò authen.uidetur reſpicere etiam priuilegia,et leges in medio litis promulgandas;et ſic,ni fallor,iura iuribus concordantur, &c.

An tacere aliquam partem proceſſus,inducat ſubreptionem.

Artic. 5.

ANtequam ueniamus ad deciſionem huius articuli,conuenit prius uidere, q̃d ſit proceſſus, & quot ſint eius partes.Quoniã igitur omnis cauſa, quæ in iudicio examinari debet,aut eſt leuis,aut grauis,hĩc eſt, quòd doct. ſuper d.c. quoniam cõtra. de probatio. cõmuniter adnotant,cauſam grauem fore cognoſcendam & definiendam, cum ſcriptura,et ſic cum proceſſu;leuem uerò ſine eiſdem, ut ibidem adnotat Dec.num.7. Abb.num.3. & alij,at quę nouiſſimè Afin. in ſua pract.ciui.§.14.c.5.& 6.& ratio eſt,quia ſẽtentia iudicis in materia graui debet iuſtificari ex actis, ut adnotat Abb. & Anton. de Butr. ſuper d.c. quoniam contra, relatum etiam à Maſcar. in ſuo tract. de probat.cõcluſ.1316.num.24. cum tribus ſeq. ideò requiritur ſcriptura, qua mediante ceſſat illa doct. quæſtio, an uidelicet, & quando ſententia præſumatur ritè lata,de qua eſt adnotãdus Maſcard.in d. concluſ. & ante eum Gabriel in ſuis concluſ. tit. de ſenten.concluſ.4.per tot.Ex quibus omnibus puto concludendum, pro

ceſſum

Digitized by Google

ceſſum nil aliud ſignificare, niſi cũ mulum ſcripturarum, depoſitionũ teſtium; atque actorum, quibus liti gantes demonſtrant coram iudice eorum iura, de quibus omnibus ple nè agitur in d. c. quoniam contra, per doct. Hoc pręmiſſo, partes hu iuſmodi proceſſus tales videtur poſ ſe aſſignari, ut una, & ſic prima ſit à citatione uſque ad litis cõteſtatio nem. Altera uerò & ſic ſecunda, à d. conteſtatione uſque ad concluſio nem in cauſa. Tertia denique a d. concluſione vſq; ad ſententiàm in cluſiuè. Et hoc puto dicendum, iux ta tradita per doct. & præcipuè Fe lin. ſuper c. fraternitatis. de teſti. Ex quibus puto inferendum pro ſolu tione ad articulum, quòd ſi quis in tendat impetrare reſcriptum intra unam de dictis partibus, ſine con trouerſia cõmitteret ſubreptionẽ, ſi de ea mentionem nõ faceret, glo. ſuper d. c. ſuper litteris, in uerbo, lit teras, & ibi Bero. nu. 72. & alij, eod. de reſcript. Menoch. in d. caſu 202. & Roma. in conſil. 326. nu. 12. Di cit etiam modum eſſe narrandum, ut illa euitetur, & propterea qualis actus proceſſit, non eſt omittendũ, iuxta tradita ab Anchar. conſil. 16. nu. 1. Qua de re cum articulus iſte ſummopere conueniat cum articu lo de pẽdentia litis, ut ſupra exami nato, ideò tam ea, quæ ibi adnotan tur, quàm etiam tradita per Feli. in d. c. ſuper litteris, reg. 6. ſunt omni no obſeruanda, cum inde habea mus, atque intelligamus, quid ſit etiam dicendum ad articulum pro poſitum; & propterea ſit ſatis iſta tantum adnotaſſe &c.

An commutatur ſubreptio ſi reſcriptum impetretur à diuerſis, vel ad diuerſos ſuperiores. *Art. 6.*

CVm ſolutio iſtius articuli depẽdeat ab eius intelli gẽtia, ideò eſt imprimis animaduertẽdum, quod reſcriptum impetratur aliquando ab uno ad unum, & per unum; ali quando uerò à pluribus ad plures, & per plures. Vnde ob hanc diuer ſitatem meritò quidem dubitatur de ſubreptione, ac etiam reſcripti ualore, de qua quidem pluralitate multa nos docent doct. ſuper ca. 1. eod. de reſcript. Hinc eſt, quòd in tali caſu reſcripta cumulantur, & aliquando confunduntur. Et cum nos in præſenti agamus de ſubre ptione reſcriptorum ad lites, ideò cæteris omiſſis, dicimus, quòd licèt incertitudo iudicis uitiet reſcriptũ, quod propterea non uidetur care re ſubreptione, ob non ſpecificatã perſonam illius, iuxta text. & ibi doct. in c. ad hęc. eod. de reſcript. ni hilominus melius eſt unà cum ſcri bentibus diſtinguendo demonſtra re, quid iuris. Vnde Henricus Boic ſuper d. c. reducit hanc difficultatẽ ad quoddam generale; & ſic quæ rit, an reſcriptum generale teneat, & ualeat. hoc enim ſcire eſt admo dũ utile, quia facilius euitatur ſub reptio in quęſtione generali, quam in ſpeciali. Quamuis autem diſtin guãt de litteris ad priuilegia, & de litteris ad lites, accipiendo tamen reſcripta quoad lites, iuxta propoſi tum inſtitutum, dicimus pręſertim cum iſto doctore, & cum Abbate ſuper iſto c. ad hæc, quod huiuſmo di reſcriptum generale, aut conce ditur per modum priuilegij, & gra tiæ,

tiæ, & ſic omnino teneret, niſi tamen eſſet uitioſum, et nullum ratione alicuius ſubreptionis, de qua in ſequenti quæſtione ſumus dicturi. Quoad gratiam tamen attinet, aut conceditur per modum commiſſionis, & ſic hæc generalitas aut conſideratur ratione iudicum, aut ratione negociorum, aut ratione perſonarum, quæ debent conueniri, aut addendo ratione perſonarum impetrantium. Primo modo reſcriptũ eſſet aliquando nullum, & aliquando etiam ſubreptitium. d.c. ad hęc. Abb. omnino uidendus in c. 2. nu. 8. de appella. & rõ eſt, quia generalitas inducit incertitudinem, & ſic uitiat. Limitatur ut per Abb. in d.c. quando talis generalitas reſtringitur ad vnam ſpeciem tantum. De ſecũdo modo non hic, ſed infra in artic. ſeq. ſumus dicturi. Tertio verò modo quoad perſonas conueniẽdas hodie in theorica, & in practica habemus deciſionem claram, & concludentem in ca. Paſtoralis. §. quoniam autem, & ibi glo. & doct. eod. de reſcript. Hinc intelligimus clauſulam in reſcriptis apponi ſolitam, videlicet aduerſus talẽ, & quoſdam alios. Quæ ibi per docto. copiosè declaratur. Quoad quartum denique de perſonis videlicet impetrantibus, ideò dubitari poſſet, an uidelicet ex hoc cap. detur iſta generalitas, et ſucceſſiuè ſubreptio, quia dubitatur aliquando, an reſcriptum dicatur conceſſum motu proprio, vel ad petitionem alicuius. De qua quæſtione quoniam plenè pertractat Menoch. in ſuo tract. de præſumpt. lib. 2. præſumptione 13. per tot. ideò nõ conuenit hic aliud adnotare, ſed ad eum me remitto. Ex quibus omnibus habemus, ni fallor, etiam cognitionẽ ſubreptionis commiſſæ, vel committẽdæ in caſu propoſito, cum impetrans ſub ſpecie perſonarum ſingulariũ poſſit principem decipere, ad concedendum quid generale; ideò ad cõiecturas eſſet recurrendum, ut conſtat ex deductis in præcedenti quæſtione.

An liceat ſupplicare ad lites incertas, & quomodo in tali ſupplicatione committatur ſubreptio. Art. 7.

PEr ea, quæ diximus in præcedenti articulo, ſolui poſſet etiam iſte præſens; Cæterùm cum ſpecialis cognitio ſit magis clara, ideò dicimus, quod ſupplicatio, de qua agimus, & ſucceſſiuè reſcriptũ inde ſequutum, conſideratur aliquando per modũ priuilegij, & gratiæ, & ſine dubio teneret, & ualeret, ut ad litteram nos docẽt docto. & præcipuè Abb. & Henri. Boic. in d.c. ad hæc, eod. de reſcript. & ita ſolutio iſtius articuli uidetur eadem cũ ſolutione præcedentis. Aliquando uerò conſideratur per uiã cõmiſſionis, & tunc negatiuè eſſet reſpondendum, quia legimus in c. fi. eod. reſcriptum non concedi ad lites futuras. Vnde adnotant doctores ſuper eod. c. illud concedi ad lites præteritas, & præſentes, & ſic ad certas. Confirmatur, quia ſupplicatio ad principem habet aliquãdo uim conteſtationis litis. l. 1. C. quando libellus Principi datus &c. Cum ibi adnotat. ergo &c. In cõtrarium videtur facere communis ſtilus ſupplicandi, cum clauſula, quam, & quas, &c. Atque cum omnibus incidentibus &c. Et cum tòto negocio principali, de qua videndus eſt

Man-

Mandoſ. in diuerſ. ſuis commiſ. ſuę practi. commiſſ. Pro ſolutione eſt animaduertendum, quòd Abb. in d.c. ad hæc. num. 6. diſtinguendo dicit, quòd ſi concedatur reſcriptum ad omnia negocia, intelligitur ad præſentia, & non ad futura. Hoc idem affirmat in d.c. ſi. nu. 4. & ratio eſt, quia negocia præſentia ſunt certa; ſecùs negocia futura. Confirmatur, quia adnotat Gomeſ. in ſuo tracta. de contract. c. 11. de qualit. contract. nu. 8. concl. 9. poſt princ. quòd incertitudo non vitiat, quando poteſt reduci ad certitudinem; & hæc eſt differentia inter conſtitutiones, & reſcripta, quia conſtitutiones ſimpliciter reſpiciunt futura. c. 2. & fi. de conſti. l. leges. C. de ll. Reſcripta uerò reſpiciunt præſentia, & præterita, d.c. fi. & ibi docto. Quamuis autem reſcriptum ad lites ſimpliciter conceſſum, ita declaretur, ut non extendatur ad lites futuras, ut diximus, quoniam tamen aliquando de hoc dubitatur, quia princeps reſcribit quandoq; ex certa ſciẽtia, ideò dubitari poſſet, quid iuris de iſta clauſula, ex certa ſcientia; vnde vltra Docto. ſuper d.c. ad hæc. ubi Abb. & ad eum additio, num. 7. uidendus eſt etiam Roma. in conſil. 379. num. 28. & ibi Mandoſ. c. ſi motu proprio. de præben. in 6. cũ ibi adnota. & ad hoc facit etiam d. præſumptio 13. ipſius Menoch. ſupra in præcedenti articulo adnotata. Ex quibus cũ habeamus quid iuris, quoad primam partem articuli attinet, ſequitur, ut breuiter uideamus, quid iuris de ſecunda. Vnde primo poteſt committi ſubreptio in quæſtione propoſita eo modo, quo diximus in præcedenti articulo. Secundo in explicatione huiuſmodi litium diuerſa ſine dubio conſiderantur, ut conſtat ex deductis in alijs articulis. Vnde ſicut diuerſimodè in huiuſmodi litium explicatione poteſt errari, ita etiam ſubreptio diuerſimodè poteſt committi, ut conſtat ex deductis in alijs articulis. Nec obſtat prædictus cõmunis ſtilus, & clauſula, de qu ibus ſupra, quia ad mẽtem Mandoſ. in dictis ſuis commiſſionibus, ac etiã ad mentẽ Afflict. in ſua deciſ. 218. talis clauſula uidetur intelligenda, ut uerificetur de præmiſſis, & narratis, atque circa ea, & ſic nõ eſt extendenda, ſicuti etiam in practica obſeruatur &c.

An in ſupplicatione ad obtinendam dilationem inſtantiæ, vel alterius rei committatur ſubreptio. Artic. 8.

IEgimus in l. vniuerſa. C. de preci. imper. quod ſi debitor petat dilationem ad ſoluendum, nõ eſt ei concedenda, niſi præſtiterit ſideiuſſionem, & in authen. quæ ſupplicatio, eod. deciditur, ſupplicationem à ſententia eſſe interponendã intra decem dies; aliàs illa erit exequenda. Ex quo ſequitur, quòd ſicut talis ſupplicatio aliquando admitti tur, ita quoq; poteſt in ea ſubreptio committi. In contrarium uerò facit imprimis l. reſcripta, C. eod. Vbi dãnatur reſcriptum, quod alteri nocet. Secundo ſi requiritur cautio, ut dicit tex. lo. ci. Ergo ſecundum eius naturam nec ſupplicatio, nec reſcriptum valebit. l. quod ab initio. ff. de reg. iu. Hoc idem uidetur dicẽdum de ſupplicatione à ſententia, quæ remota ſupplicatione, aut valet, & ſic ſupplicatio læderet, per iura adducta; aut non valet, & tunc ſupplicatio

tio eſſet ſuperflua; & propterea uidetur concludendum, in ſupplicatione, de qua agimus, committi ſubreptionē. Pro ſolutione, vt diſtinctè procedamus, priùs cōuenit breuiter adnotare, quid iuris de dicta dilatione, & poſtea quid iuris de d. ſupplicatione. Quoad primum reſcriptum ad dilationem tenet, quoad eius ſubſtantiam; ſecùs quoad illius effectum, & executionem; niſi data ſatiſdatione de ſoluendo. Licèt autem Doctores in hoc conueniāt, differunt tamen, quando talis ſatiſdatio præſtari debeat. Dicunt enim quidam, illam eſſe præſtandā, quando petatur; & propterea Iaſ. in d.l.à num. 2. vſque ad nu. 5. adducit 14. concordantias, ad demōſtrandum eſſe neceſſariam iſtam petitionem. Quidam uerò alij tenent, ſatiſdandum eſſe in ipſa ſupplicatione, quia id videtur eſſe de forma, & ſubſtantia eius; vnde forma non ſeruata, actus eſt nullus. c. cum dilecta. eod. de reſcript. & ibi Doct. & præcipuè Feli. Quid igitur dicendum? l. 2. C. eod. non ſolùm vr̄ eſſe contra hanc quæſtionem, ſed etiam contra tex. in d.l. vniuerſa. An autem hoc ſit verum, non eſt omninò clarum, cum Doctores doctè explicent iſtas duas leges, & de tali contrarietate neuer bum quidem faciunt. Vnde Iaſ. in d.l. 2. adnotat regulam, quòd debitori poteſt per reſcriptum concedi dilatio ad ſoluendum, & eam poſtea limitat; Primo, q̄n debitū̄ eſſet iuratum, Secūdo niſi dederit idoneā fideiuſſionem. Ex quo infertur, d.l. 2. declarari, & limitari per d.l. uniuerſa. Puto igitur concludendum, dilationem iſtam poſſe concedi, dūmodo tamen ſit modici temporis, ut adnotat Caſtren. in d.l. 2. in fi. & ipſe eam petens det prædictam cautionem, ſi tamen requiſitus fuerit, ut plenè docet Iaſ. quamuis dentur plures caſus, in quibus requiratur iſta ſatiſdatio, licèt non petatur, ut in d.l. vniuerſa, adnotatur, cum talis dilatio concedatur aliquando à teſtatore, aliquando à lege, aliquā do à principe, aliquando à iudice, et aliquando à patre, ut doctè ibi explicat Bal. num. 3. An autem dilatio iſta proſit etiam fideiuſſori, Doctores inter ſe non cōueniunt, ut apud eos in d.l. 2. videri poteſt. Et vlteriùs apud Batt. & alios in l. cum filius. §. 1. ff. de uerb. obliga. Hæc omnia ſunt animaduertenda; Primo, quia in tali ſupplicatione poteſt cōmitti ſubreptio, iuxta ea, quæ ſupra ſunt deducta. Secundo, quoniam ſicut talis dilatio poteſt concedi, ſi tamen in illius ſupplicatione ſubreptio commiſſa non fuerit, ita etiam hoc idem eſt dicendum de dilatione inſtantiæ, vel alterius rei, ob idētitatem videlicet rationis; & cū per hanc inſtantiæ dilationem illa prorogetur, ideò ſi quis plura videre cupiat de huiuſmodi prorogatione, videat Docto. & præſertim Bart. in l. properandum. C. de iudi. in prin. in c. de cau. de offi. iudi. delega. & in c. cum ſit Romana, de appell. atque Aſini. in ſua practi. ciuil. §. 2. ca. 8. 9. 10. & 11. Nunc ad ſupplicationē, vt ſupra propoſitam, deſcendendo, dicimus imprimis, illam ſimilem eſſe appellationi, cum per eam corrigatur aliquando ſententia; & propterea Iaſ. in d. authen. quæ ſupplicatio, num. 6. adnotat regulam ad mē tem glo. ſuper c. ex litteris. in uerbo, ſupplicauit, de reſti. in integr. quòd illa detur in caſibus, in quibus prohibetur appellatio. Et cum nos de ea illud debeamus adnotare, quod facit ad cognitionem ſubreptionis,

ideò unà cum Bald. in d. auth. num. 3. eſt vlteriùs animaduertẽdum, quod ſupplicatio, ſiue ad d. dilationem, ſiue ad inſtantiam, vel ad alium ſimilem effectum fiat, aliquando id contingit bona fide; aliquando uerò temerè. Hæc autem temeritas aliquãdo eſt velata, & aliquãdo euidens. Ex qua diſtinctione cognoſcimus, ni fallor, quomodo in ea committatur ſubreptio, cum temerè impetrare nil aliud uideatur eſſe, niſi ſubreptionem cõmittere. Et præſumptionem contra impetrantem cauſare. Et ſic habemus, ut puto, cognitionem vtriusque quæſiti, ut ſupra propoſiti. Non obſtant modo obiecta, quia ad primum dicimus, de iure permitti aliquem in modica re lędi poſſe, ob utilitatẽ alterius, ſicuti clariùs ſupra ſuo loco demonſtrauimus. Et adnotant etiam Doct. in d. l. vniuerſa. Ad ſecundũ verò reſpondetur, quod illa regula l. quod ab initio, intelligitur aliquando eſſentialiter, & aliquando quoad effectum, vt adnotant Doct. ſuper d. l. vniuerſa. Vnde in caſu propoſito intelligitur quoad effectum; quoad ſupplicationis verò obiectionem à ſententia dicimus, ſententiam tenere, ſi intra decem dies, à die ſaltem illius notitię, per ſupplicationem illa ſuſpenſa non fuerit, iux. tex. & ibi Doct. in d. authen. quæ ſupplicatio. Et propterea obiectio non videtur obſtare; nec inde inferri poteſt, ſupplicationem non differre ab appellatione, quia iſti duo termini conueniũt inter ſe ſolùm quoad modum procedendi, vt ex d. authen. habetur, & ibi Docto. &c.

An in ſupplicatione ſit facienda mentio non ſolùm de pendentia litis, ſed etiam de qualitate, & circumſtantijs illius.
Artic. 9.

Q Vamuis litis pendẽtia definiatur in clem. 2. ut lit. pend. &c. Nihilominus adhuc diuerſimodè illa conſideratur, & aliquando de ea dubitatur: hinc videmus, quod ſi libellus principi datus, habet aliquando uim conteſtationis litis, l. 1. C. quando libel. princi. &c. multò magis cauſat litis pendentiam. Aliquãdo uerò per ſupplicationem totum oppoſitum contingit, ut adnotat Bal. in d. authen. quæ ſupplicatio, num. 3. Atque hac de cauſa Feli. adnotat multa circa eam, ut euitetur ſubreptio, vt videri poteſt in d. c. ſuper literis, eod. de reſcript. num. 28. cum plur. ſeqq. reg. 6. per tot. Et ſicut ad prædictæ litis pendentiam ſex requiruntur, vt docet Zabarell. in d. clem. num. 5. videlicet; quod citatio emanauerit; quòd à competendi iudice illa ſit cõmiſſa, quòd ad citatũ peruenerit ſaltem præſumptiuè; quod plenè ille per eam inſtruatur; quod ſit apta, & congrua, & quòd nũcius ſufficienter intimauerit; ita quoque quàm facillimè, poſſet ſubreptio circa eam committi. Ex quibus omnibus puto concludendum, duo principaliter eſſe conſideranda pro ſolutione iſtius articuli; Primum, quomodo prędicta litis pendentia committatur, & fiat, cum id aliquando contingat per citationem, ut diximus, aliquando requiratur litis conteſtatio iuxta adno. per eundem Zabarell. in d. clem. num. 10. Aliquando per libelli oblationem Principi factam, Vel per commiſſionem cau

ſæ,

ſe, idem Zabar.ibidem num. 8.& 9.cum ſimil. Secundum,illius qualitates, & circumſtantiæ ſunt animaduertendæ. Hinc eſt,quod de ea dubitatur aliquando, per quantum tempus duret, ut adnotat idem Docto. num. 14.ubi legimus, illam durare uſque ad ſententiam. Dubitatur etiam, an fiat per reſcriptum ſubreptitium. Quod ſi non conſtabit eſſe tale, cauſabit d.pendentiam,ut ibidem habetur apud eundē Doct. num. 16. Item citatio aliquando eſt diminuta; & propterea de ea dubitatur; qua de re,ut omnia concludamus,ſicut requiritur plena expreſſio in d.citatione omnium circumſtantiarum,ut inde cauſetur prædicta litis pendentia, & quod ipſe citatus remaneat vndiq; certus, ad hoc, vt deliberare valeat, quid ſibi magis expediat,ut ſuper eadem clemen.adnotatur, præſertim per eundem Docto.ferè in fi.Ita quoque in caſu ſupplicationis ad reſcriptum adeò debet fieri mentio de d.litis pē dentia, ut ipſe impetrās ſi in aliqua illius qualitate,vel circunſtantia defecerit,dicatur ſubreptionem commiſiſſe,quam,vt euitare ualeat,ſine dubio de prædicta qualitate,& circumſtantijs mentionem facere tenetur,iuxta ea, quæ ſupra diximus in alijs articulis &c.

An ſupplicatiō ad reſcriptum differat à libello. Artic. 10.

QVid ſit ſupplicatio,& preces, conſtat ex his, quæ diximus ſupra in propria queſtione& articulo: vnde in præſenti ad intelligentiam propoſitæ difficultatis, debemus vlterius adnotare,quid ſit libellus,qui nil aliud eſt, niſi breuis ſcriptura, claram continens intentionem actoris, uel accuſatoris. Abb. in rub.de libelli oblat.poſt princip. Quæ definitio, an ſit congrua,non eſt præſentis contemplationis; & propterea his præmiſſis,dicimus ad articulum, quòd ponderando rubricam,C.& ibi l.1.& 2.quando libellus principi datus, iſti termini uidētur idē ſignificare, quia Imperator in d.rub.dicit, quando libellus &c. In dictis verò ll.legitur, preces Imperatori oblatæ &c.Vnde nulla uidetur eſſe differētia inter prædictos terminos. In contrarium uerò facit talis ratio,quòd libellus uidetur eſſe quoddam genus; Supplicatio uerò quædam ſpecies;& cōſequenter inter prædictos terminos illa videtur adeſſe differentia, quæ eſt inter genus,& ſpeciem. Pro ſolutione imprimis eſt adnotādum,quod iſte articulus eſt admodum vtilis, etiam in practica,quia ſi ſupplicatio,& libellus ſunt idem, nō oportet ipſum litigantem poſtquam produxit reſcriptum, & curauit partem citari ad dicendum contra,ſecundum ſtilum Curiæ, etiam libellum porrigere. Vnde in tali caſu illa omnia eſſent in ſupplicando obſeruāda,quæ obſeruari debent in libellando. Iſta autē ſunt hæc, videlicet,quis,quid, coram quo,quo iure, & à quo petatur.Idem Abb.in d.rubrica,num. 1. poſt princip. Hinc eſt, quod quidā libelli damnantur, ſi iſta obſeruata non fuerint, prout de iure cōuenit. Abb. ſuper c.1. num. 5.cum ibi adnota.eo.de libell.oblat. Hinc eſt ēt, quòd ſi quis in ſuis precibus circa prædicta vel alterum eorum errauerit, dicitur ſubreptionem committere, iuxta ea, quæ diximus ſupra ſuis locis;& propterea ſecundū qualitatem illius, idem iudicium eſt fa-

Digitized by Google

ciẽdum de tali ſupplicatione, quod fieret de iſto libello. Vnde in hac parte occurrit notabilis quæſtio, an videlicet, quemadmodum libellus poteſt aliquando emendari,& corrigi, & aliquando ſecùs, vt docent Doct.ſuper l.edita,.C.de edendo,& ſuper c.ſignificantibus, eod.vbi præſertim Abb. eſt videndus num.24. vſque ad fin. ſuæ repet. ita etiam illud idem affirmari ualeat de d. ſupplicatione. In qua difficultate iſti duo termini videntur inter ſe differre, ob authoritatem Principis reſcribentis, quæ in altero reperitur. Quicquid autem ſit dicendum, dicerem ego, quod nos docent Doct. lo. cita. de d.libelli correctione, & emendatione,verificari etiam de d. ſupplicatione;ſiquidem ſicut libellus poteſt mutari ante conteſtationem litis, vt habetur apud Doctores in lo.cita.ita etiam ille, qui obtinuit reſcriptum, poteſt ei renunciare antequam illud præſentet in iudicio.ca.plerunque.eod.de reſcript. & propterea attenditur tempus præſentationis,vt infra ſuo loco demõſtrabimus, atq; hoc quotidie in practica obſeruatur. At ſi vlteriùs oppoſitum ſubſtinere velimus, quod uidelicet iſti duo termini differant inter ſe,tunc ſupra adnotata nõ poſſent verificari de precibus,& ſupplicationibus, quia ſi termini ſunt diuerſi,diuerſam vidẽtur habere ſubſtantiam.l.ſi idem. C. de codicillis, Cæterùm ſubſtinendo, quod ſupra adnotauimus,ad hanc opinionem, & obiectionem reſponderi poteſt, quod quamuis ea,quæ de libello notantur circa illius correctionem,verificẽtur etiam de ſupplicatione, ea tamen quæ in iſta obiectione habẽtur,ideò nõ obſtant, quoniam non eſt incõueniens, vt iſti termini vno reſpectu inter ſe conueniant,& alio inter ſe differant, iuxta ea,quæ diximus ſupra de ſupplicatione & appellatione, atq; hac fortaſſe de cauſa in practica obſeruatur,quod poſt quam producta eſt in iudicio commiſſio alicuius cauſæ,non ſolet poſtea dari alius libellus,cum talis cõmiſſio vel gerit vices libelli, aut eſt idem cum eo; & propterea proceditur ad vlteriora pro illius executione.

QVAESTIO VII.

De ſubreptione Reſcriptorum ad gratias. Artic. 10.

Reliquum eſt modo,iuxta ordinem ſupra propoſitum, vt in præſenti videamus de altera ſpecie ſubreptionis,et ſic de ſubreptione reſcriptorum ad gratias. De qua licèt plura diſtinctè, & doctè nos doceat Menoch. lib.2.de arbitr.iud.caſu 201.per tot. Nihilominus non erit ab re, vt nos quoque de ea nonnulla adnotemus. De propoſita igitur ſubreptione videndum eſt, uidelicet.

Primo, An reſcripta ad gratiam ſint etiam ad iuſtitiam.

Secundo,An,& quo modo euitetur ſubreptio in impetratione beneficij eccleſiaſtici.

Tertio,An in impetratione beneficij eccleſiaſtici ſit facienda mentio de patrimonio.

Quarto, Quid narrari debeat in impetratione gr̃æ in cã criminali.

Quin-

Quinto, Quid narrari debeat ad obtinendam gratiam in cauſa ciuili.

Sexto, Quid narrari debeat ad obtinendam refirmam in cauſa feudi, vel emphiteuſis.

Septimo, An idem ſit ſeruandum in impetratione gratiæ, ſiue illa lædat, ſiue non.

Octauo, Quid narrari debeat ad obtinendam quamlibet aliam gratiam ad hoc, ut euitetur ſubreptio.

Nono, An, & quando quis habeat ius per reſcriptum in re, uel ad rem.

Decimo, An idem ſit ſeruandum in impetratione gratiæ, tam ad faciendum, quàm ad omittendum.

An reſcripta ad gratiam ſint etiam ad Iuſtitiam. *Art.* 1.

Dicebat Imperator in l. ſi Idem. C. de codicil. quòd ſi teſtamentum, & codicillus habent nomina diuerſa, conſequenter habent etiam diuerſam ſubſtantiam; ex quo ſequitur, quòd reſcripta ad gratiam non ſint ad iuſtitiam. Cõfirmatur, quia in Vrbe duæ ſunt introductæ, ut uocant, ſignaturæ, uidelicet gratiæ, & iuſtitiæ. His accedit, quòd finis gratiæ eſt diuerſus à fine iuſtitiæ; & propterea adnotant doctores, & præcipuè Abb. & Henricus Boic, ſup c. ad hæc. eod. de reſcript. quod eadem res poteſt alicui concedi, aliquando in forma gratiæ, & aliquando in forma iuſtitiæ; unde ſi formæ differunt inter ſe, oportet afferere, quòd etiã prędicta reſcripta inter ſe differant. In contrariũ tamen facit doctrina Rebuff. in d. ſua practi. benef. tit. de diff. reſcript. differ. 11. & glo. ſuper c. ſi pauper, de præben. in 6. Ex quo enim contingit aliquando aliquem ordinari ſine titulo beneficij, propterea iſte ſupplicat ad obtinendum illud, iuxta doctrinam Apoſt. in c. cum ſecũdum eod. Siquidem qui altari ſeruit, de altari viuere debet, vt dicebat Apoſtolus in d. c. Vnde ſupplicando ad beneficium conſequendum, ſupplicat ad id quod de iure ſibi debetur; et propterea tale reſcriptum vno reſpectu dicitur ad gratiam, alio verò ad iuſtitiam, de quo videndi ſunt doct. ſuper c. poſtulaſti, eod. de reſcript. Hinc eſt etiam, quòd Mandoſius ſuper regula decima, de reualiditat. liter. quæſt. 3. adnotat, & declarat, reſcripta quædam eſſe iuſtitiæ, quædam verò gratiæ, quædam denique mixta. Et iſta alio nomine dicũtur in forma pauperum, ac etiam in forma communi, de quibus plenè tractat idẽ Rebuff. in proprio titulo in forma cõmuni, & in forma pauperum, per tot. Ex quibus puto inferendum, ꝙ quando quis ſupplicat id, quod ſibi debetur de iure, talis ſupplicatio & reſpectiuè reſcriptum, quamuis ſit gratiæ, dicitur tamen etiam iuſtitiæ, vt conſtat ex deductis. Hinc eſt, quòd ſi iſte talis conſequatur debitum ſuum aliter, quàm per viam talis reſcripti, de iure dicitur illud ceſſare, vt dicit text. & ibi gloſ. & Doct. ſuper d. c. ſi pauper, ob vulgarem rationem, quod ceſſante cauſa, ceſſare dicitur effectus. cap. cum caſſante. de appell. & ibi Abb. & alijs communiter. Cauſa enim talis reſcripti facit illud, quod impetrãs habeat, & conſequatur quod ſuum eſt. Licèt autem vna reſcriptorum ſpecies detur, quæ tantum gratię dicitur, nihilominus debet eſſe ratio nabi-

nabilis; & hac de cauſa in ſignatura gratiæ ſæpè examinatur, an gratia petita, ſit de iure admittenda, iuxta formam illius ſignaturæ, de qua eſt videndus Veſter libr. 1. ſuæ praxis. cap. 3. & Staphil. in ſuo ſpeciali tracta. de vtraque ſigna. Non obſtant modo, quæ ſupra in contrarium ſunt adducta, quia argumento primæ diſtinctionis de actio. de qua eſt text. & Docto. in §. 1. & ſeq. Inſtit. de action. ſicut actio alia eſt perſonalis, alia realis, & vt Docto. addunt, alia mixta; ita quoque hoc idem eſt dicendum de prædictis reſcriptis; & propterea reductiuè vnum dicitur gratiæ, aliud iuſtitiæ, & addendo aliud erit mixtum &c.

An, & quomodo euitetur ſubreptio in impetratione, beneficij Eccleſiaſtici. Art. 2.

SI uellē hic recenſere omnia requiſita ad huiuſmodi ſupplicationem, oporteret etiam recenſere ea omnia, quæ circa huiuſmodi beneficia de iure poſſunt conſiderari, & de facto ſæpè occurrunt, & ſucceſsiuè conſiderantur, ut uideri poteſt apud Rebuff. & Staphil. in eorum practi. Item plura nos docet Menoch. in d. caſu 201. ſupra relatus. Itē Nicol. de Mil. in ſuo reperto. in uerbo, gratia. Et cæteris omiſſis Felin. ſuper d. c. ad aures, & c. in noſtra. il ſecundo, eod. de reſcripr. Vnde ne ſim ſimplex aliorum relator, intendo hinc breuiter quædam, methodicè tamen, adnotare. Primo igitur ille, qui huiuſmodi beneficia impetrare intendit, debet omnino perſonam propriam cum omnibus ſuis qualitatibus narrare, & explicare, cum clari ſit iuris, perſonam aliquando eſſe priuilegiatam. c. de multa, in fi. de præben. & ibi Doct. & propterea reſcriptum ex hoc capite aliquando non eſt exequendū, c. ei, cui, eod. in 6. §. interdum, Inſtitu. cano. de colla. Aliquando verò ceſſante qualitate perſonæ dicitur etiā reſcriptum ceſſare, d. c. ſi pauper, eod. & eodem lib. cum ibi adnot. Secundo debet narrari beneficium cum ſuis ſimiliter qualitatibus, quæ multæ, ac diuerſæ ſæpè reperiuntur; & propterea vſque ad 30. numerantur, & diſtinctè explicātur à Ioha. de Sylua in ſuo tract. de benef. eccleſ. p. 3. quæſt. 11. per tot. Tertio dēt narrari, qua de cauſa illud petatur; ſiquidem ſicut Princeps debet moueri aliqua ratione ad concedendum beneficium, ſeu reſcriptū, d. ca. ſuper litteris, eod. de reſcript. ita etiam hoc idem eſt dicēdum de ipſo ſupplicante. Et propterea obſeruant Docto. iuxta tradita in d. c. de multa, quòd prouiſio fit aliquādo Eccleſiæ de perſona, vt in ea ſeruiat, ideò requiritur prædicta cauſa. Aliquando verò fit prouiſio perſonæ de Eccleſia, & tunc idem eſt dicendum; hinc permittitur aliquem habere plura beneficia, vt in d. c. de multa, expreſsè cauetur, & à Doctoribus ibi adnotatur. Quarto eſt etiam narrandum, à quo illud reſcriptum, ſeu beneficium petatur, cum tres ſint ordinarij collatores, videlicet Epiſcopus, Legatus de latere, & Summus Pontifex. §. 1. ſeu in princ. d. inſtitu. cano. de colla. & propterea contingit aliquando, vt dubitetur, quiſnam beneficiatus ſit in collationis exequutione præferendus. §. Item ſi à Sede Apoſtolica. d. inſtit. eod. c. ſi à Sede Apoſtolica. eod. de pręben. in 6. Quinto nō eſt omittendum narrare modū vacationis

cationis

cationis beneficij, ſeu ſupplicationis, vel alium ſimilem; Siquidē ſicut modi, qui in propoſita materia conſiderari poſſent, diuerſi reperiūtur, ita etiam diuerſum producerēt effectum. Quid autem ſit modus, qualis ſit, & qua uia diſtinguatur à conditione, uel ab alia ſimili qualitate, uidenda eſt glo. rubr. ff. de condi. & demonſtra. Bart. in l. quibus. §. Termilius. ff. eod. & Canoniſtæ i c. uerùm. de condi. appo. In propoſita autem materia ultra prædicta, per, modum, intelligere debemus ius cōferendi beneficia, quod diuerſum in iure legitur, & per Doct. declaratur. § fin. d. inſti. de præben. Io. de Sylu. in d. tracta. par. 3. quæſt. 1. per tot. Quibus addi debet, quod per, modum, poteſt etiam intelligi id, quod de eo nos docent Doct. lo. ſupra cita. & ratio eſt, quia ſicut reſcripta conceduntur aliquando ſub cōditione tempore adiecto, & ſimpliciter, clem. 1. de conceſſ. preben. §. per reſcriptum. d. inſtit. de collat. ita quoque, & ſub modo aliquo illa concedi poſſent. Quoniam igitur non tantum in prædictis omnibus capitulis, ſed etiam in hac particula, ſupplicantes poſſent errare, ac ſubreptionem cōmittere, ideò prædicta omnia, & ſingula capita ſunt diligenter obſeruanda ad illam eui tandam. Hinc eſt, ꝙ reſcriptum inde ſequutū diuerſimodè poſtea interpretatur, iuxta tex. in c. cum in illis. §. ultimo & penult. de præben. in 6. §. ex ordine. d. inſtitut. eod. de collat. Quod diximus de prædictis circumſtantijs, illud idem puto dicēdum de loco, tempore, & medijs ad gratias pertinentibus, quibus beneficia dicuntur aliquando uacare, iuxta tex. in §. ex loci. §. eodem etiā. §. eodem ſpectat, cum §. ſeq. d. inſti. de colla. & ibi gloſ. Clari enim eſt iuris, quòd ſicut beneficia, & reſcripta ad ea, recipiunt interpretationem à prædictis circumſtantijs, ut per compēdium legimus in §. ſunt autem, uſque ad finem ferè tituli, d. inſtitu. de collatio. ita etiam ad euitandam prædictam ſubreptionem de huiuſmodi circumſtantijs, ſecūdum qualitatem caſus contingētis; & propterea diligenter illæ à quolibet ſupplicante obſeruari debent; Sicut enim bonum morale conſtat ex tota cauſa, & ſic ex dictis circūſtantijs, l. 1. ff. de orig. iur. can. non eſt ſatis, diſt. 86. Ita etiam ad hoc, ut ſupplicatio ſit cōgrua, & legitima, debet ex eiſdem cauſis, & circumſtantijs conſtare; unde ſi ſupplicās in aliquo defecerit, reſcriptum inde ſequutum ſine controuerſia erit ſubreptitium, & ſucceſſiuè inualidum.

An in impetratione alicuius beneficij Eccleſiaſtici ſit facienda mentio de patrimonio ſupplicantis. Art. 3.

QVid ſit patrimonium, nō indiget, ut puto, declaratione. Dupliciter autem in propoſita materia cōſiderari poteſt; Primo, quatenus aliquis eſt ordinatus ad aliquem gradum ordinis ad titulum illius, iuxta deciſionem Concilij Tridentini in ſeſſione 21. cap. 2. de reforma. Secundo, quatenus quis cupiat promoueri, uel beneficium obtinere, iuxta cap. tuis. de præben. cum ibi adnot. Vnde in utroque caſu difficultas contingere poſſet; & propterea uideri oportet, quid iuris. Rebuff. in d. ſua pract. benefi. tit. de differ. reſcript. diff. 11. num. 31. cum duob.

duob. ſeq.cum diſtinctione reſpondere uidetur ita uidelicet, quod ſi iſte ſupplicans eſſet ordinatus ad titulum patrimonij, teneretur de eo mentionem facere in præcibus ad beneficium impetrãdum; ſecùs aliter. Sed pace tanti uiri hæc ſolutio nõ uidetur undiq; ſatisfacere, quia licèt iſte ſit ordinatus modo prædicto, ſi tamen intendat obtinere reſcriptum in forma pauperum, oportet illa narrare, quę ſunt neceſſaria ad huiuſmodi finẽ, ob doctrinam communem, quòd illa narrentur, quæ mouere poſſent principem ad reſcribendum, ut ſæpè diximus, & infra quoque dicemus, atque probat Felin. in d.c. in noſtra, nu.24. Verſ. Theorica, eod. de reſcript. & tex.in d.c.ſuper litteris, cum uulga. Hanc quæſtionem examinat Abb. in c.poſtulaſti, num.3. eod.ubi refert diuerſos diuerſa ſentire. In qua difficultate diſtinctio Rebuff. uidetur magis approbata, cum aliud ſit petere aliquid a Principe ſub forma gratiæ, & aliud ſub forma iuſtitiæ. Ille enim, qui fundat intentionem ſuam in iuſtitia, tenetur narrare, in quo illa conſiſtat. At ſi intentionem ſuam fundet in gratia, ex quo illa dependet à uolũtate reſcribentis, ut diximus ſupra, ideo non requiritur tanta ſolennitas in ſupplicando; hinc eſt, quòd Antonius de Butr. in d.cap.poſtulaſti.num.7. adnotat, quòd ſi quis habeat ab aliqua Eccleſia aliquid, vnde viuat in ſtipendium, non tenetur de eo mẽtionem facere in ſuis præcibus ad beneficium conſequendum, ſicuti teneretur, ſi illud idem haberet in titulum. Iſtam eandem ſolutionẽ, vt ſupra relatam, approbat etiam Anton.de Butr.in eod.c.poſtulaſti. num.14. ibidem Dec.num.8. Feli. num.29. & Henric. Boic. Quamuis autem ego quoque ab iſta ſolutione exiſtimem non eſſe recedendũ, ſi de rigore iuris illa cõſiderata fuerit, puto tamen bonum eſſe in altero capite dictæ diſtinctionis ea ratione de patrimonio mentionem facere, quia princeps inde poſſet reddi promptior ad reſcribendum, & concedendum; vnde in uno caſu de patrimonio eſt facienda mentio, quia illud eſt loco beneficij, & de iure nemo poteſt habere plura beneficia. d.c.de multa, de præben. c.execrabilis, eod.in extrauag.Iohan.22. & cõmunibus, cum ibi adnot. In altero verò eſt facienda prædicta mentio ratione congruentię, ob rationem aſſignatam. Hinc intelligimus, ni fallor, tex.in d.c.tuis, quantum tamen facit ad inſtitutũ propoſitum. Non obſtat obiectio ſupra in contrarium facta, cum ſæpè contingat aliquem habere exiguum patrimonium; & propterea poſſe etiam præces porrigere in forma paupetum per deducta &c.

Quid narrari debeat ad obtinendam gratiam in cauſa criminali, ne illa ſit ſubreptitia.
Art. 4.

INter vtiles articulos, qui examinati poſsẽt in iſta materia de ſubreptione reſcriptotum ſine controuerſia, iſte, de quo agimus, ob eius frequentiam, videtur primum locum tenere. Vltra ea igitur, quæ diximus ſupra, dũ loquuti fuimus de iure fiſci, in præſenti eſt ulteriùs animaduertendum, quòd præſens articulus diuerſimodè intelligi poteſt. Primo enim ſi accipiatur ſub eo reſpectu, quo dubitatur, an ſupplicari

plicari valeat contra ius fiſci, de eo diximus ſupra ſuo loco. Secundo ſi accipiatur ratione proceſſus in huiuſmodi cauſa fabricati, quod erat de eo adnotandum, ſimiliter ſupra fuit obſeruatum; ſi denique accipiatur ſub ratione, qua quis cupit per viam gratiæ liberari à querela contra ſe in iudicio criminali data, uel à pœna impoſita, tunc oportet diſtinguere; & ſic addendo his, quæ ſupra adnotauimus, dicimus præmittendum eſſe, quòd accuſatus de aliquo delicto, aut adhuc ſtat in ſuſpenſo ob pendentiã iudicij; & propterea cupit ab eo liberari; aut iam eſt condemnatus, & cupit pœnam ſibi remitti, atque in vtroque caſu; aut ſemel fuit accuſatus, & reſpectiuè condemnatus; aut ſæpiùs, & de diuerſis delictis. Vnde imprimis in vtroque caſu uidetur ſequenda doctrina Iaſ. in d. l. nec damnoſa. C. de præcibus. Boſſ. in ſuo tract. crimin. tit. de remed. ex ſola clem. princip. nu. 33. & Bertaz. in conſil. 21. nu. 3. uerſ. nec dicatur, uſq; ad fi. par. 1. cũ ibi adduct. qui nos docent in huiuſmodi ſupplicationibus narrãdum eſſe delictum cũ omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtãtijs, quæ omnia, uel aliquid eorum ſi omiſſum fuerit, reddit omnino reſcriptum ſubreptitium, ut docet idẽ Bertaz. in cõſ. 22. nu. 19. uerſ. 4. & ultimo, uſq; ad finem eiuſdem uoluminis, et ibi Claud. Bertaz. docet per duas columnas, huiuſmodi ſubreptionẽ non poſſe euitari per quãlibet clauſulam. Hinc eſt, quòd legimus deciſum in c. cum pro cauſa, & in c. officij. de ſenten. excommu. illum nõ eſſe admittendum ad communionem, qui ob plures cauſas fuit excommunicatus, & de una tantum fuit abſolutus, quia talis petitio abſolutionis non erit legitimè facta, quæ canon. deciſio eſt ſummopere adnotanda, cum faciat ad intelligentiam abſolutionis à iuramento, ex quo ſæpè contingit aliquem etiã in uno, & eodem inſtrumento ſæpiùs iurare, & poſtea unicam ab ordinario abſolutionẽ obtinere, quæ niſi fuerit prægnans, ita ut comprehendat omnia prædicta iuramẽta, ſine dubio iſte non diceretur liberatus à uinculo dictorum iuramentorum, ut adnotant Doct. ſuper dictis capitulis, & præſertim Abb. in d. c. cum pro cauſa, num. 6. ibidem Feliu. num. 5. & Bal. in l. cum duobus, §. ſi plures. ff. pro ſoc. Faciliùs enim remittitur pęna ei, qui ſemel, quàm ei, qui ſolitus eſt delinquere. c. cum ab homine. cum ibi adnota. de iudic. & delictum, cui non reſiſtitur, approbatur. c. quantæ, eod. de ſenten. excommu. Hæc autem concluſio, atque articuli ſolutio limitatur aliquando ob leuitatem qualitates omiſſæ, iuxta Roma. in conſil. 449. per tot. Et cum ea, quæ ad huiuſmodi gratiam conſequẽdam requiruntur, uideantur plenè explicata ab Ægid. Boſſ. in d. tit. de remed. ex ſol. clem. Princ. per tot. Ideò non oportet hic aliud addere; ſed ulterius non eſt omittendum, quod aliquando quis non ſupplicat ad prædicta, ſed ad obtinendas nouas defenſiones; unde quid ſit in hac parte obſeruandum, ad euitandam prędictam ſubreptionem, habetur, & cognoſcitur ex his, quæ nos docet idem Boſſ. in d. ſuo tracta. tit. de liter. princi. & Bertaz. in conſil. 462. nu. 2. lib. 2. His omnibus accedit, quòd ſicut quis ſupplicat aliquando ante condemnationem ſequutam, & aliquando poſt ſententiam latam, ut conſtat ex adnotatis, ita

etiam in ſuis præcibus tenetur mẽtionem facere de qualitate ſtatus huiuſmodi cauſæ, iuxta ea, quæ diximus ſupra ſuis locis; ſiquidem ſi aliter ſupplicaret, talis ſupplicatio exceptione ſubreptionis non careret &c.

Quid narrari debeat ad obtinendam gratiam in cauſa ciuili, vt inde euitetur ſubreptio.

Artic. 5.

SIcut diuerſi poſſent dari caſus, in quibus quis diuerſam gratiã in cauſa ciuili impetrare ualeat, ita etiam ſecundum diuerſitatem illius, diuerſa ſunt in precibus narrãda. Intelligẽdo igitur per cauſam ciuilem id totum, quod facit ad faciliorem exitũ ciuilis iudicij, hinc eſt, quod ſi quis impetrare uelit reſcriptum, vt poſſit conuenire, non tantum certas perſonas, ſed etiã diuerſos alios iuxta ca. Paſtoralis. §. 1. & ibi Doct. de reſcript. tunc, licèt diuerſimodè committi valeat ſubreptio, præſertim tamen id contingit, ſi impetrãs malitiosè exprimat perſonam digniorem, vt adnotat Abb. ſuper c. Sedes Apoſtolica, num. 3. eodem. Idem puto dicẽdum, ſi quis impetrare uellet iudices ĩcertos. idẽ Abb. ſuper c. ad hæc. eod. huiuſmodi enim clauſulæ, quæ incertitudinem denotant, reddunt reſcriptum admodum dubium, atque ſuſpectũ, cum ſint cõtra communem ſtilum in iure cõſideratum, & omnem honeſtatẽ; vt dicit Abb. in d. c. ad hæc. Incertitudo enim regulariter à iure damnatur, ex quo præſtat occaſionẽ decipiẽdi proximum, & partem aduerſam, & propterea longo diſcurſu Gomeſ. in ſuo tract. de contract. c. 11. num. 7. cum plur. ſeq. demonſtrat, quandò illa uitiat, & quãdo uitiatur. De incertitudine autem perſonarum ſub clauſula, contra quoſdam alios, contentarum, vltra tex. in d. c. Paſtoralis. §. 1. eſt etiam uidẽdus tex. in d. ca. ſedes Apoſtolica, itẽ in c. 2. eod. in 6. & in iſtis locis Docto. De incertitudine uerò rerum, ad quas ſæpè reſcripta impetrãtur, ſatis erit adnotare Doctores ſuper d. cap. ſedes Apoſtolica, & nos infra ſuo loco aliquid dicemus, iuxta propoſitum inſtitutum. De incertitudine deniq; ipſius iudicis vidẽdi ſunt Docto. ſuper d. c. ad hæc. Vltra prædicta non eſt omittẽdum, quòd impetrare reſcriptum ad vnum de prędictis, vel ad aliquid ſimile ad prædictum iudicium pertinens, poteſt contingere aliquãdo iuxta formam iuſtitiæ, & aliquãdo iuxta formam gratiæ; Vnde ſiue uno, ſiue altero modo illud impetretur, ſubreptio diuerſimodè committi poſſet, iuxta ea, quæ ſunt adnotata, & præcipuè circa cauſam, propter quam id impetretur, quia dicit tex. in d. c. ſuper litteris, illa eadẽ ratio debet mouere iudicem ad exequendum, quæ mouit principem ad concedẽdum; unde argumẽto iſtius deciſionis eadem ratio debet etiam mouere ipſum ſupplicantem ad impetrãdum. Vlteriùs poſſet etiam reſcriptum aliquando impetrari cũ clauſula, appellatione remota, ad hoc, ut finis liti imponatur, iuxta cõmuniter tradita per Doct. ſuper ca. 1. eod. de reſcript. atque in hac parte multa eſſent animaduertenda, ne committatur ſubreptio, vt ibidem adnotãt Docto. ex quo ius appellandi diuerſimodè poteſt alicui competere; vnde ſecundum diuerſitatem iuris, q̃d competit, ſimiliter ſubreptio com-

mitti

Digitized by Google

mitti poſſet. Item ſæpè etiam cótin
git, vt quis impetret reſcriptum, ne
iudex iudicare valeat, niſi cum con
ſilio, uel cum uoto alicuius, prout ſæ
pè obſeruatur in compromiſſis, iux
ta c. cum olim, & ibi Docto. & præ-
ſertim Abb. de arbitr. Idque fieri de
bet aliquando uigore ſtatuti, & ſic
de tali conſilio plenè pertractat Aſi
ni. in ſua practi. ciuili. §. 25. per plu
ra capita per tot. Aliquando verò id
contingit, quia iudex non eſt in iu-
re peritus, iuxta tex. & ibi Docto. in
c. ſtatutum, §. aſſeſſorem. de reſcript.
in 6. & aliquando, quia iudex eſt ſu-
ſpectus, de qua ſuſpitione extant di
uerſa iura, & præſertim eſt tex. in d.
c. Paſtoralis, & in c. cum ſpeciali. de
appell. Couar. lib. 1. practi. quæſt. c.
26. per tot. Vnde ſicut id diuerſimo
dè euenire poteſt, ita etiam ſubre-
ptio inſup diuerſimodè ueniret có-
mittenda; & propterea non poteſt
dari certa regula ad id cognoſcen-
dum; niſi dicamus in primo caſu eſ
ſe faciendam mentionem de ſtatu-
to, per ea, quæ diximus ſupra in pro
pria quæſtione, & articulo. In ſecun
do verò de imperitia uidelicet iudi-
cis, & in tertio de qualitate cauſæ ſu
ſpitionis, iuxta tradita per Docto.
in lo. cita. non uidetur neceſſarium
aliud adnotare, cum per ea, quæ ſu-
pra ſunt obſeruata, & infra ueniunt
obſeruanda, ſatis clarè habeamus,
quid ulteriùs adnotari poſſet &c.

*Quid narrari debeat ad obtinen-
dam reſirmam in cauſa feu-
di, vel emphiteuſis.*
Artic: 6.

SOlutio iſtius articuli eſt ad
modum utilis in practi-
ca, cum ſæpè contingat a-
liquem impetrare reſirmá
alicuius emphiteuſis, uel feudi, qua
de re legimus in ca. 1. quo tempore
mil. inueſt. pet. deb. in vſi. feud. q̃
miles dẽt petere inueſtituram feudi
intra annum, glo. ibi, in uerbo, ultra
annum, declarando dicit, quòd an-
nus iſte currit poſt ſcientiam. Clar.
in §. feud. quæſt. 49. docet illud idẽ.
An autem hæc iuris deciſio ſit om-
nino ſequenda, non uidetur undiq;
clarũ, quia ſicut emphiteuſis eſt có-
tractus, §. adeò autem, Inſti. de loca.
& toto tit. C. de iur. emphi. ita & feu
dum, ſicuti hoc idem præſupponit
Clar. in d. ſuo §. q. 6. & nouiſſimè Va
laſch. in ſuo tract. de emphit. q. 3. cũ
ſimil. Vnde cum in contractibus ſu
breptio non uideatur locum habe-
re, ex quo neceſſariò ſunt ſeruandi,
l. ſicut. C. de actio. & obligat. meri-
tò &c. Confirmatur, quia ſubreptio
præſupponit ſupplicationẽ, ut con-
ſtat ex his, quæ ſupra ſunt deducta;
ergo idem quod ſupra. In contrariũ
eſt ferè communis obſeruantia, pro
ut in practica ſæpè uidemus. Pro ſo
lutione debemus præmittere, quòd
formula emphiteuſis, & feudi non
eſt vnica, ſed diuerſa, vt docet idem
Valaſch. in d. ſuo tracta. q. 4. per tot.
& propterea Clar. in d. §. feudum. q.
26. adnotat, inueſtituram feudi aliã
eſſe propriam, aliam uerò abuſiuã;
& ego obſeruaui in iure aliam eſſe
conuẽtionalem. c. 1. de duob. fratri.
à cap. inueſti. eo. de vſi. feud. Aliam
uerò iuris, §. emphiteuſim, & §. ſi ue
rò, authen. de non alien. aut permu
tan. collat. 1. licèt vtrumque ſit con-
tractus, vt paſſim admittunt Doct.
Vnde hoc præmiſſo, quantum facit
ad rem propoſitam, dicimus, quòd
ſine controuerſia de facto ſæpè con
tingit, aliquem aliquando ſupplica
re ad aliquam emphiteuſim, uel feu
dum conſequendum; & propterea

Batt.& alij in l.fi.C.de preci.Impe. adnot.quòd in ſupplicationibus de beat apponi effectus inſtrumenti, non autem tenor illius,vt in practi ca quotidie videmus in precibus, quæ porriguntur Summ. Pont. ad obtinendam commiſſionem iuxta c.ambitioſè, de reb. Eccleſiæ non alien.in extrauag. com.pro emẽdis rebus Eccleſiæ. Confirmatur, quia aliquando quis petit aliquem cõtra ctum per ſuperiorẽ cõfirmari, Bar. in l.ſi quos, C.de decur. lib. 10.facit tex.in ca. 4.de confirma. Ex quo ſequitur,quòd cum in huiuſmodi pre cibus diuerſimodè ſecundum quali tatem facti falſitas cõmitti ualeat, ideò etiam ſubreptio aliquando cõmitti poteſt. Hæc autem concluſio, quòd uidelicet fiant huiuſmodi ſup plicationes ad hoc, ne in eis ſubreptio cõmittatur, declaratur primo, vt non ſolùm ſit narrãda ueritas ad obtinẽdam primam inueſtituram, ſed etiam & ſecunda: præſupponũt enim Doctores, emphiteuſim, uel feudum aliquando iam eſſe conceſſum; & propterea inueſtitus ſæpè petit refirmam;& ſic ſecundam inueſtituram; & propterea ſubreptio poſſet committi in primo & ſecun do caſu. Declaratur ſecundo, quòd plura requiruntur, & ſunt narrãda ad obtinendam refirmam, ſeu inue ſtituram, tam primam quàm ſecun dam, & hac de cauſa adnotatur ẽt à Doctoribus,ſecundam inueſtituram in dubio eſſe intelligendã iuxta tenorẽ primæ.Corbol.in ſuo tracta.de cauſ.caduci. de cau. priua.ob li.fi.nu.7.& ſeq. 97. & 101. cum ibi copioſè adductis. Declarat' tertio, quòd emphiteuta, ſeu vaſallus ſupplicat aliquando Principi, & Domino directo,ne incidat in pęnam caducitatis,ob canonem non ſolutum,vel ob aliam ſimilem cauſam, & tunc facilius poſſet committi ptę dicta ſubreptio, quia in tali caſu tractatur etiã de intereſſe tertij, ne uidelicet ipſa eccleſia,uel dominus directus ſeu aliquis alius indebitè grauetur; vnde longè plura uidentur eſſe narranda vltra ea, quæ ſupra ſunt adnotata. Atque ad hoc faciunt etiã illa,quæ ſupra adnotauimus de ſupplicatione contra ius priuatum. De huiuſmodi precibus, & ſubreptione ex profeſſo pertractat, & plura cumulat,atque nos docet idem Corbol. in d. ſuo tracta. de cauſ. priua. ob can.non ſolu.amplia.15.per tot. Vnde non oportet hic aliud adnotare. Et cum hæc omnia in theorica, & practica ſæpè uerificẽtur,quãuis emphiteuſis,& feudum ſint cõtractus, ideò nõ uidetur neceſſariũ ad obiecta ſpecificè reſpõdere,cum per deducta ſatis clarè appareat, qualis ſit eorum reſponſio &c.

An quæ dicta ſunt ad euitandam ſubreptionem,ſint ſeruanda, ſiue reſcriptum lædat, ſiue non. Art.7.

AD intelligentiam iſtius articuli debemus præſupponere,quòd cum omne reſcriptum conferat aliquod ius, ut nos ſupra ſuo loco demonſtrauimus, quoniam tamen illud acquiritur aliquãdo cum læſione alterius,& aliquando ſecus,ut diximus ſupra propria quæſtione, & articulo, ideò conuenit in præſenti breuiter adnotare,an in utroque caſu ſubreptio euitetur eodem modo. Hoc præmiſſo, quoniam eſt cõmunis doctrina, Principem nunquam in dubio reſcribere cõtra ius tertij, Doct.ſuper l.beneficium.ff.de conſti.&

ſti.&

Digitized by Google

ſti.& in c.olim. de uerb. ſignif. Menoch.lib.2.de præſump.præſumpt. 9.Ideò ad obtinendum reſcriptum cum læſione alterius, cautiùs eſt agendum. Et cum reſcriptum quodlibet ſemper intelligatur, & interpretetur ſine præiudicio tertij, iuxta doctrinas adductas, hinc eſt, q̃d ſubreptio, quæ in eo committi poſſet, non uidetur habenda in aliqua conſideratione. In cõtrarium tamẽ ea ratione uidetur de iure eſſe reſpõdendum, quia aliud eſt, reſcriptum eſſe nullum, ex quo in eo tale ius nõ continetur; & aliud ratione ſubreptionis. Secundo, diuerſi dantur caſus, in quibus reſcriptum tenet etiã cum læſione alterius, ut adnotat, & docet Menoch. in d. præſump. 9. numero 18. uſq; ad finem. Vnde ad euitandam ſubreptionẽ oporteret in precibus mentionem facere de qualitate illius iuris, quod inde læderetur, cum illud ſit aliquando in re, & aliquando ad rem, & ſic in ſpe, vt diximus ſupra ſuo loco, & probat Menoch. in d. præſump. nu. 20. De qua iuris diſtinctione in re, & ad rẽ nouiſſimè vidẽdus eſt Ludouicus Molina in ſuo ſecundo tract. de iuſti. q. 2. Vlteriùs reperitur iſtud ius aliquando contingens, & aliquãdo ordinarium, Menoch. ibidem nu. 21. ad mentem Bal. in conſ. 71. volu. 1. huiuſmodi enim iuris qualitates ſi in precibus omiſſæ fuerint, ſine dubio reſcriptum ſubreptitium erit reputandum iuxta ea, quæ diximus ſupra in q. de ſubreptione reſcriptorũ in genere. Hęc autem ſubreptio poſſet ſublimitari iuxta doctrinã eiuſdem Menoch. in d. pręſumpt. num. 24. Quando videlicet conſtaret de enixa, & expreſſa uoluntate reſcribentis. Gramma. in conſ. 99. num. 27. cum ſeq. cũ alijs plenè adductis per Menoch. d. num. & nu. ſeq. Dubitari tamen poſſet de modo cognoſcendi hanc voluntatem, licèt Docto. iſti dicant eam cognoſci ob efficaciã clauſulæ, Non obſtãtibus &c. Hæc tamen doctrina videtur limitanda, ne detur occaſio committendi ſubreptionem; ſed quoniã de efficacia iſtius clauſulæ infra ſuo loco ſumus dicturi, ideò ſit ſatis iſta pro nunc adnotaſſe, & ſucceſſiuè, vltra doctrinã Menoch. loco citato, per hæc ſit abſoluta expoſitio iſtius articuli.

Quid obſeruari debeat ad euitandam ſubreptionem pro impetratione cuiuſcunque alterius gratiæ. Artic. 8.

LIcèt articulus iſte primo aſpectu poſſit reputari ſuperfluus, cum multa ſupra ſint adnotata de reſcripto, eiuſq; ſubreptione in cõmuni, ſi tamen diligenter conſideratus fuerit, ſine controuerſia, vtilis erit reputandus, quia cũ in iſta quæſtione ſit propoſita materia de ſubreptione reſcriptorum ad gratias, atque in præcedentibus iam ſit dictum, & adnotatum aliquid de ſubreptione reſcripti ad beneficia, atque ad cauſam ciuilem, & criminalem, etat conueniens vlterius quædam animaduertere circa res temporales, vt ſunt dignitates, & honores; quotidie enim uidemus quoſdã ſupplicare ad excuſandũ ſe à diuerſis muneribus, iuxta l. 1. & 2. ff. de excuſ. mun. cũ huiuſmodi uacatio regulariter de iure non admittatur, niſi cum cauſa, iuxta l. 1. C. de his qui à Prin. uaca. accip. lib. 10. l. nemo, & ibi Bart. C. de decur. eo. lib. & l. imunitates, C. de agricol. & ibi ſimiliter Bar.

Digitized by Google

Bar.lib. 11. Hinc eſt, quòd ſicut ad iſtam uacationem obtinendam requiritur cauſa, ita quoq; ille, qui ad eam ſupplicare intẽdit, non ſolum debet caſum, & factum narrare, ſed etiam, atq; præcipuè cauſam illius, quæ cum aliquando aliter narretur, quã ueritas ſe habeat, conuenit propterea iuri, & rationi, reſcriptũ inde ſecutum, tãquam ſubreptitium, eſſe nullum; eoque magis, quo per iura adducta, cauſa talis conceſſionis uidetur ſubſtãtialis in ſimili ſupplicatione, vt adnot. præſertim glo. in d.l.1.de his qui à princ.&c. Hæc omnia ſunt diligenter attendenda, cum deſeruiant etiam ad ſupplicationem faciendam pro conſequenda aliqua dignitate, quæ indifferenter unicuiq; concedi nequit; & propterea legimus ſtatutum, dignitatis ordinem eſſe omnino de iure ſeruãdum. l.1.& per totum. C. ut dignita. ordo ſeruetur, lib. 12. & cum de dignitate aliquando dubitetur, an ſit, id eſt, an talis ſtatus dicat dignitatem, ideò de huiuſmodi dubitatione uidendus eſt Archid. ſuper ca. 1. de conſuet. in 6.& Gig. in cõſi. 100. in princ. Dubitatur vlteriùs de eadem dignitate, an ſit in altiori, uel inferiori gradu, ut vltra conſilium adductum uideri poteſt apud Rui. in conſ. 19. uol. 1.& Thob. Non. in cõſ. 72. cum alijs in iſtis locis adductis; vnde ne impetrans in ſupplicatione huiuſmodi dignitatum ſubreptionem committat, debet plura animaduertere; & propterea vltra qualitatem ſuæ perſonæ tenetur et narrare qualitatem dignitatis illiuſque cauſæ, propter quam princeps moueri ualeat ad illam cõcedendã. Inter omnia autem, quæ in prædictis precibus ſunt narrãda, cauſa tenet primum locum, iuxta d.c. ſuper litteris, ſupra ſępè citatum, & l.1.C. de his, qui à Princ. cum clari ſit iuris, quòd cauſa, propter quã aliquid ſit concedendum, vel denegãdum, principaliter, & in quolibet facto ſit præcipuè obſeruanda, arg. c. cum ceſſante, de appell. l. fi. ff. de hæred. inſti. cũ ſimil. & alibi adduct. & infra quoq; dicemus. Qua de re, quèmadmodum omnia iſta ſunt obſeruanda in ſupplicatione, ad obtinendam vacationem ab aliquo munere, uel ad aliquem honorem, ſeu dignitatem conſequendam; ita quoque iſta eadem, vel ſimilia ſunt animaduertenda, ad obtinẽdam aliquam aliam gratiam in quauis alia materia, ob vulgarem iuris propoſitionem, ſimilium idem eſt iudiciũ. l. non poſſunt. ff. de ll. c. 4. & ibi gl. in uerbo, ſimilitudine, de confirma. vtil. &c.

An & quando quis habeat ius per reſcriptum in re, vel ad rem.
Artic. 9.

DIximus ſupra, duplex reperiri, ac dari ius, unum enim dicitur in re; aliud verò ad rẽ, quod alio nomine dicitur etiam in ſpe. De qua diſtinctione eſt tex. in c. pen. & an tepen. de præben. in 6. & in c. fi. de conceſſ. præb. eod. lib. Ludo. Moli. in 2. tract. ſui lib. de iuſt. queſt. 2. per tot. Licèt autem de re propoſita aliquid ſit adnot. quoniam tamen ad alium finem id factũ fuit, ideò non erit inutile ſpecialiter de hoc pertractare, cum agamus de reſcripti ſubreptione ad gratiam, cum omnes doctores cõueniat in hoc, iſtud reſcriptum conferte aliquod ius, & reſcriptum ad lites, fuit in dubium reuocatũ, ut diximus ſupra in propria

pria quæſtione. Vnde in præſenti diſputatione omiſſa, dicimus ſine controuerſia, reſcripta ad gratiam aliquando tribuere ius in re, iuxta cap. ſi tibi abſenti, de præben. in 6. Aliquando verò ad rem, per iura ſupra adducta in artic. de differentia iſtorum iur. Quid ſint ius in re, & ad rem, non oportet hic aliter declarare, tum quia de hoc diximus ſupra ſuo loco; tum etiam, quoniã iſti termini copioſè explicantur à Ludo. Molina in d. ſuo trac. de iuſt. tract. 2. quæſt. 2. Eſt etiam adnotandum Card. in clem. fi. quæſt. 16. de elect. Licèt autem ius ad rem de facili tolli valeat, Abb. tamẽ adnotat ſuper ca. ad audientiam. num. 6. eo. de reſcript. quòd quando tale reſcriptum eſt præparatorium ad beneficium, tunc ſi quis pacto ei renunciat, ſimoniam cõmittit, & ad hoc facit etiam gloſ. ſuper c. veniens, in verbo, iuri, de renuncia. Quamuis autem ius iſtud in re, non ita de facili tolli valeat, nihilominus etiam & ipſum aliquando remoueri poteſt, iuxta doctrinã Bar. in prohem. fforũ. conſtit. 1. nu. 6. Hęc aũt concluſio & ſi abſque controuerſia ſit vera, quòd videlicet reſcripta aliqñ tribuant ius in re, & aliquando ad rem, ita, & taliter, vt unum cum difficultate; alterum verò de facili annullari valeat, placet tamen adnotare in propoſito articulo regulam cancellariæ apoſtolicæ de iur. acqui. non toll. quæ poſtea ita declarari debet, quòd regulariter id ſit verum, limitatur tamen quoad ius ad rẽ ratione facilitatis. Quoad ius autẽ in re vltra doctrinam Bartol. poteſt limitari iuxta l. ſi ſub vna, §. 1. ff. de verbo. oblig. l. quoties. C. de rei uendi. & Couar. lib. 2. uar. reſol. c. 19. cum alijs adductis à Ludouico Moli. in dicta ſua quæſtione. Quæ omnia ſunt diligenter animaduertenda, quia deſeruiunt ad euitandum ſubreptionem; ſi quis enim intendat impetrare reſcripta contra unum ex iſtis iuribus, oportet narrare qualitatem illius, quia ſi aliter reſcriptum eſſet obtentum, ſine dubio ſubreptione non careret; unde ex his uidetur eſſe concludendum, ius acquiſitum aliquando eſſe perfectum, l. nunquam, ff. de acqu. rer. domi. aliquando minus perfectum, iuxta d. l. ſi ſub uno. §. 1. & aliquando imperfectum, iuxta d. c. penult. & antepen. de præben. in 6.

An idem ſit ſeruandum in impetratione reſcripti ad gratiam, tam in faciendo, quàm in omittendo. Art. 10.

QVoniam ſæpè contingit in practica, aliquem impetrare reſcripta ad aliquid diſſoluendum, vel retractandum, ſeu ad prętermittendum, & nõ obſeruandum, ideò nõ inutile fore iudicaui etiam de articulo propoſito aliquid breuiter adnotare. Pro cuius intelligentia prętermittere debemus, contractum, & diſtractum eſſe eiuſdem naturæ, & qualitatis. Bart. in l. ab emptione. nu. 2. 13. ff. de pact. & in l. & ideò. num. 2. ff. de condi. furti. Petr. Gerard. in ſuo ſing. 3. nu. 2. cum adnota. à nnonullis ſuper rubr. fforũ. de verb. oblig. Ex quo infertur, ſolennitatem requiſitam ad contrahendum requiri etiam ad diſſoluendũ, ob reg. vulg. nihil tam naturale. ff. de reg. iu. c. 1. eo. Hoc præmiſſo licèt regulariter ſubreptio euitet, ſi ea omnia narrentur ad diſtrahendum, quæ erant narranda ad contra-

tra-

trahendum; nihilominus ad diſtrahendum uidetur neceſſarium aliquid aliud ulterius addere, ex quo per contractum ius acquiſitum diuerſum reperitur eſſe, atque ſpiritualia, & ſic ius acquiſitum, difficilius diſſoluantur, quàm contrahantur. ca. inter corporalia. de transla. prælat. Cæterùm ut clariùs ſingula intelligantur, non eſt omittendũ, quòd aliquando impetratur reſcriptum ad factum aliquod confirmãdum, iuxta cõmuniter tradita per Doct. in c. 1. de confir. uti. ubi præſertim Abb. eſt omnino uidendus. Vnde in tali caſu non tãtum factũ cum ſuis qualitatibus, & circumſtantijs narrari debet ad euitãdam ſubreptionem, ſed etiam qualitas confirmationis petitæ, ſeu petendæ; aliter enim non carebit prædicto ſubreptionis uitio. Aliquando uerò impetratur reſcriptum ad reſcindendum aliquid, atque id contingit aliquando, quia impetrans intendit illud reſcindere, ad effectum ius ſuum, uel bonum aliquod recuperandi, iuxta l. 2. cum ibi adnot. C. de reſcind. uendit. c. cum dilecti. eo. & ad hoc facit totus tractatus Tiraq. de utr. retr. ſicut enim ius retractandi competit ex diuerſo capite, & cauſa, atque diuerſa continet ſępè accidentia, ut docet iſte doctor in d. ſuo tract. ita quoque diuerſa ſunt conſideranda, atque reſpectiuè narranda, ut euitetur prædicta ſubreptio. De quibus non uidetur dari poſſe certa regula, ad id cognoſcendum, cum tale ius competat aliquando diſpoſitione iuris ſcripti, uel non ſcripti; & aliquando facto hominis, & propterea ad d. tracta. me remitto, ac etiam ad tex. cũ ibi adnot. in c. ex litteris, de conſuet. Aliquando uerò ipſe impetrãs intendit aliquid retractare, & reſcindere ad effectum, ut ſolum liberetur ab aliqua obligatione: unde ſicut caſus iſte eſt diuerſus à ſupra relato, ita quoque diuerſa ſunt ſimiliter conſideranda, atque in ſupplicatione narranda, ad euitandam prædictam ſubreptionem, ut cõſtat ex deductis. Ad hæc omnia illud quoque eſt addendum, quòd ſicut delicta quædam committuntur in faciendo, quædam verò in omittẽdo. Clar. in ſua practi. crimi. §. 1. verſic. eſt etiam communis, cum ibi adduct. D. Thom. p. 2. quæſt. 72. art. 6. ita quoque qui ſupplicat, atq; ſupplicando intendit aliquid impetrare circa vnum de prędictis delictis, ſeu factis, non eodem modo procedere, factumque narrare debet, ſed diuerſa tenetur inſpicere, & conſiderare, cum illa diſtinguantur ad inuicem, ob maiorem, atque minorem eorum grauitatẽ. Hinc cognoſci poteſt, quando ſubreptio circa prædicta fuerit commiſſa, uel reſpectiuè euitata. Quæ autem ſint in caſu propoſito narranda, ſeu euitanda ad finem propoſitũ, deſumi poſſent ex ijs quæ nos docent Docto. Theologi, ac Summiſtæ de delictis prædictis, licèt aliquando iſta duo ſint eiuſdem naturæ, vt adnotat, & docet Iaſ. in l. 2. num. 9. C. ſi contra ius &c.

QVAE-

QVAESTIO VIII.

De Latitudine Falſitatis. Art. 8.

HActenus uidimus de ſubreptione reſcriptorum, tam in communi, quàm etiam in ſpecie, reliquũ eſſet nũc uidere de modis; quibus illa committatur. Cæterùm cum ſupra ſit demonſtratum, ſubreptionem tũc committi, quando in præcibus eſſet commiſſus aliquis gradus falſitatis, ideò inde uidetur neceſſariò inferendum, falſitatem habere latitudinem, & gradus diuerſos; quade re, cum ſummopere expediat ad compleram cognitionem propoſitæ materiæ aliquid adnotare etiam de iſta falſitatis latitudine, ideò meritò quidem de ea proponitur præſens quæſtio, in qua uidendum eſt.

Primo, An delicta habeant latitudinem, & gradus.

Secundo, Vnde talis latitudo oriatur.

Tertio, Qualis illa ſit, & quomodo cognoſcatur.

Quarto, An detur falſitas ex parte rei.

Quinto, An falſitas ex parte rei ſit eiuſdem qualitatis cum falſitate ex parte illam committentis.

Sexto, An & quomodo reſcripta ob iſtam latitudinem ſint ſubreptitia, aliquando in totum, & aliquando pro parte.

Septimo, An & quando falſitas ex parte rei remoueat reſcribentem ad reſcribendum.

Octauo, An ſit idem uti reſcripto ſubreptitio, & ſubreptionem committere.

An delicta habeant latitudinem, & gradus. Art. 1.

DElictum falſitatis & ſucceſſiuè reliqua omnia delicta, non habere latitudinem, & gradus, inde apertè, cognoſcitur, quia peccatum, eſt dictum, uel factum contra legem. 15. quæſt. 1. in princ. & propterea dicitur trãſgreſſio legis, atq; conſequenter uidetur quid indiuiſibile, ſicut eſt ipſa lex, et ſucceſſiuè non dicitur habere latitudinẽ. Secundo ſi delicta haberent latitudinem, ſequeretur, iudicem in puniendo poſſe tranſgredi pœnam à lege impoſitam; ſed hoc uidetur cõtra l. antepen. in fi. C. ad l. Iul. de ui publi. Tiraquel. in ſuo tract. de pœnit. in præfat. num. 8. cum ſeq. cum iudex in cognoſcendo, & iudicando teneatur ſeruare iura, iuxta c. 1. de re iudi. inſti. de offi. iudi. in princip. meritò &c. Tertio legimus in can. defleat, de reg. iu. quòd delinquẽs in uno peccato dicitur factus omnium reus; ergo idem, quod ſupra. Quarto docet D. Thomas p. 2. quæſt. 71. art. 2. quòd delinquere eſt facere, quod non licet, & quod à lege prohibetur. At quilibet delinquens ſemper facit quod à lege ſibi prohibetur, meritò &c. Quinto & ultimo uirtutes sũt æquales, & una non eſt maior altera, idem D. ct. Angelicus in eadem parte Sũmæ, quæſt. 66. ergo per oppoſitum hoc idem uidetur dicendum de peccatis, & delictis, cum contrariorum eadem ſit diſciplina. l. 1. ff. qui ſunt ſui, uel alie. iu. inſti. eo. in princ. §. 1. inſti. can. de iu. perſona. cum ſimil.

Digitized by Google

Ergo idem quod ſupra eſt dicendũ, quia ſi daretur prætenſa latitudo, delicta non eſſent æqualia, ſed unũ maius altero. In contrarium uerius vr̃ eſſe de iure reſpondẽdum; Primo p c. ſuper litteris ſupra ſæpè citatum; ex quo enim ſubreptio ſemper committitur per falſitatem, atque illa non eſt unica, ſed diuerſa, ideò ſequitur inde, falſitatem non eſſe ſemper eiuſdem gradus, ſed habere latitudinem. Secundo idem probat text. in c. fi. de conſuet. ubi legimus, peccata quanto ſunt grauiora, tanto diutius detinere infœlicem animam, & D. Auguſtinus in can. Vnum horatium, §. criminis, diſtinct. 25. dicit, nullum peccatum eſſe adeo ueniale, ut dũ placet, non fiat mortale; & propterea cauetur in c. cum non ab homine, de iudi. Eccleſiam tradere delinquẽtem incorrigibilem curiæ ſeculari. Quæ omnia cum procedant ob dictam latitudinem, meritò &c. Tertio ſi non daretur iſta latitudo, nec pœna, nec pœnitentia imponi poſſet ſecundum debitas circumſtantias; ſed hoc eſt contra text. in ca. 1. de pœnit. diſt. 5. in c. ſicùt, de homicidio, in l. reſpiciendum, & in l. aut facta. ff. de pœn. Ergo idem, quod ſupra. Et cum Doctores quoq; hãc eãdem approbent concluſionem, conuenit modo, ut breuiter uideamus, qualis ſit eius intelligẽtia; Primo igitur D. Thom. lo. ſupra citato, & in quæſtionibus diſputatis. q. de malo. 2. art. 9 adnotat, opinionẽ Stoicorum fuiſſe talem, quòd omnia delicta ſint paria, hoc idem adnotat etiam Tullius in ſuis paradoxis, quæ opinio cum communiter ſit reiecta, ideò dicit ulterius idem S. Doctor, quòd cum delictum dicat priuationem boni, ſi talis priuatio conſideretur ſimpliciter, tunc opinio Stoicorum poſſet ſaluari, & ſubſtineri, quia priuatio, ut priuatio, non admittit magis, & minus, & conſequenter omnia delicta ſub hoc reſpectu erunt æqualia. At ſi prædicta priuatio conſideretur aliquando, quatenus dicitur una, ſimplex, & pura, ut eſt mors, & tenebræ; aliquando uerò quatenus retinet aliquid de habitu oppoſito; tũc ſub primo reſpectu idem eſt dicendum, quod ſupra: ſub ſecundo uerò recipit, & admittit magis, & minus. Ex quo ſecũdum magis, & minus retinet aliquid de bono eius oppoſito. Vnde ſub hoc reſpectu delicta dicuntur habere latitudinem, & gradus. Hinc eſt, quòd etiam iuriſtę tã in dictis locis, quàm alibi, paſſim adnotant, delinquentes aliquando eſſe in dolo, & aliquando in minori, uel maiori culpa, prout etiam infra clarius dicemus. Vlterius hæc eadem delictorum latitudo conſideratur aliquãdo reſpectu eiuſdemmet delicti in ſpecie: aliquando verò reſpectu diuerſorum in genere, vnde ſub vtroque reſpectu datur prędicta latitudo, cum vnum delictum ſit grauius altero, ſiue ſint eiuſdem ſpeciei, ſiue diuerſi generis. Hinc eſt, quòd delictum homicidij eſt grauius delicto furti, & delictum furti maioris quantitatis erit grauius altero delicto furti minoris quantitatis. Ex quibus cũ habeamus non ſolùm ſolutionem ad articulum, ſed etiam intelligentiam illius, ſequitur modo ad remouendam omnem difficultatem, vt reſpõdeamus ad obiecta. Vnde dicimus ad primum cũ Ioha. de Turrecre. ſuper d. c. 1. quæſt. 5. de pœnit. diſt. 5. delicta conſiderari aliquando ratione eſſentię, & ſic poſſet ſub

ſtineri

ſtineri argumentum quoad ea, quę ſunt eiuſdem ſpeciei. Secũdo ratione circumſtantiarum, & ſic verificatur propoſita cõcluſio. Vel dicas ſecundo, delictum conſiderari aliquando, vt dicit priuationem boni abſolutè, & ſimpliciter: aliquando uerò, ut dicit priuationem boni ſecundum quid, retinendo aliquid de oppoſito, ut ſupra diximus; Vnde ſub primo reſpectu tenet argumentum, cum in tali caſu delictum ſit quid indiuiſibile abſolutè. At ſecundo reſpectu limitatur argumentum, & uerificatur concluſio. Ad ſecundum reſpondetur eſſe in cõtrouerſia apud Doct. an iudex poſſit cum eam recedere à pœna impoſita à lege, in qua ſolutio uidetur eſſe affirmatiua, ut uideri poteſt apud eundem Tiraq. lo. cita. num. 16. & ſeq. Bart. & alios in l. hodie. ff. de pę nit. & in l. ſi ſeuerior. C. ex quib. cau. infam. &c. & Sot. lib. 5. de iuſti. & iu. quæſt. 4. art. 4. Idque ea ratione iudici uidetur permiſſum ob dictam uidelicet latitudinem, quia ſi ſecùs eſſet, pœna aliquãdo eſſet grauior delicto; quòd non eſt dicendũ. Ad tertium dicimus, non eſſe præſentis contemplationis, adnotare ueram intelligentiam illius tex. ſed quantum facit ad argumẽtum per ea, quæ ſupra ſunt deducta, conſtat (ni fallor) de eius ſolutione; Siquidem ſicut peccata cõſiderantur aliquando ratione ſuæ eſſentiæ, & aliquando ratione circumſtãtiarum, ut diximus, ita quoq; hoc idem eſt dicendum de ipſa pœna; peccator enim dicitur punitus una pęna ſub uno reſpectu, ideſt quoad pœnam damni, pro uno peccato, ac ſi multa cõmiſiſſet; dicitur uerò punitus altera, & grauiori pœna ſub alia ratione; et ſic quoad pęnam ſenſus, ut Theologi nos docent; & propterea argumentum non uidetur obſtare. Ad quartum reſpõdetur, uerum, eſſe, delinquentem ſemper operari contra diſpoſitionem legis, & ſic aliquo modo id facere, quod ſibi nõ licet, nihilominus quoniam talis operatio ratione circumſtãtiarum non ſemper eſt eiuſdem modi, & formæ, ideò dicitur peccare ſecundum magis, & minus; & propterea argumentum non uidetur concludere. Ad quintum & ultimum dicimus unà cum eodem Doctore Angelico loco cita. quòd ſicut uirtutes uno reſpectu ſunt inter ſe æquales, alia uerò ratione una eſt maior altera, ut infra in proprio loco demonſtrabimus, ita etiam per oppoſitum hoc idem, eiſdemq; rationibus ſic ſuadentibus, idem eſt dicendum de peccatis, & delictis; & propterea non eſt recedendum à prædicta cõcluſione &c.

Vnde latitudo delictorum oriatur. Artic. 2.

Licèt ex his, quæ in præcedenti articulo ſunt deducta, inferri valeat ſolutio ad iſtum nunc propoſitum, quoniam tamen pro clariori cognitione conuenit altiùs id conſiderare, ideò dicimus, prout ſupra quoq; tetigimus, hanc delictorum latitudinem dupliciter eſſe contemplandam; Primo ratione delictorũ diuerſi generis, ſeu ſpecij, vt exempli gratia, conſiderãdo homicidiũ, furtũ, & ſimilia, an videlicet in eis prædicta latitudo talis reperiatur, ut vnũ ſit grauius altero. Secundo ratione unius, & alterius delicti, eiuſdem tamen ſpeciei, ut exempli gratia, duo fœneratores committen

do vſuram, an unus grauius peccet altero. Vnde hoc præmiſſo, vt diſtinctè procedamus, quoad delicta, ſub primo reſpectu conſiderata, ex quo ſpecificantur obiecto. §. fin. inſti. canonica de dupli. purga. ſequitur inde, quòd ſicut unū obiectum eſt nobilius altero, ita delictum contra illud cōmiſſum per oppoſitum vnū erit grauius altero, atque hac de cauſa dicunt nonnulli Doctores, quod ſi clericus cognoſcat meretricē carnaliter, dicitur peccare peccato fornicationis, & non ſacrilegij, ratione obiecti, vt uideri pōt apud Clar. in ſua practi. crimi. §. fornicatio, verſi. cum presbitero. Boſſ. in ſua ſimili practi. ti. de cohi. damna. num. 10. cum alijs ad c. at ſi clerici, de iudi. & eſt communis opi. ut Docto. iſti atteſtantur. Hæc doctrina uidetur habere aliquam difficultatem, quia licèt Docto. communiter admittant delicta habere latitudinem, & propterea quædam eſſe leuia, quædam grauia, & quædā grauiſſima, Clar. in d. tracta. §. 1. uerſ. ſunt etiam delictorum quædā, Folleri. in ſua ſimi. practi. ca. 28. per to. cognoſcere tamen, quænam ſint prædicta delicta, dicunt id eſſe in arbitrio iudicis, vt ibidem adnotat Clar. Quamuis autem hoc ſit in cōtrouerſia, placet tamen iſta opinio, ob diuerſa accidentia, quæ confirmari poſſet per ea, quæ nos docet Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. caſ. 266. & 267. Vlteriùs ponderando tex. in c. ſciendum, de pœniten. diſtin. 2. dicimus, ꝙ ſicut peccata cōmittuntur aliqñ ignorātia, aliqñ fragilitatē, & aliqñ perpetrato ſtudio, ita etiam grauitas eorū inde oritur, & cognoſcitur, ut dicit ibidem D. Gregorius. Quamuis autem in hac parte multa adnotari valeant, tam ſecundum iuriſtas, quàm etiam ſecundum Theologos, ut pręſertim uideri poteſt apud D. Tho. 1. 2. quæſt. 73. per tot. vt tamen breuiter concludamus, quid ſit tenendū, dicimus, quòd licèt omnia delicta uoluntate diſtinguantur, c. cum uoluntate, & ibi glo. de ſenten. excommu. l. qui iniuriæ. ff. de furt. cum ſimil. regulariter tamen placet illud adnotare, quòd delicta ſub iſto reſpectu conſiderata, ſicut vltra volūtatem diſtinguuntur, etiam à diuerſitate cauſarum, ex quo ille, qui deliquit, mouetur aliqua cauſa, ita quoque ſequitur inde, quòd ab eadem cauſarum diuerſitate, illa grauitatem, ac latitudinem recipiant, ut docet idem Doctor Angelicus in d. q. 73. art. 6. omnino uidendus. Dixi autem regulariter, quia etiam ſub hoc reſpectu poſſunt concurrere diuerſæ quoq; rerum circumſtantiæ, quæ augerēt, uel diminuerent prædictā grauitatem ſecundum qualitatē caſus contingentis, vt uideri poteſt apud eūdem Doctorem. Angel. in d. q. art. 7. Nunc ad ſecundum caput, ut ſupra in ordine propoſitum, puto ita ſimpliciter eſſe reſpondendū, quòd latitudo, & grauitas prædicta ſolùm à circumſtantijs ſit deſumenda, atque in hac præſertim parte uideatur uerificāda doctrina eiuſdem Doctoris Angelici in d. q. ar. 7. cum tribus ſeq. Ad maiorem tamē iſtius concluſionis intelligentiam, debemus vlterius adnotare ad mentem eiuſdem Doctoris in eadē quæſtione & articulo, quòd circumſtantias aggrauare delicta, tripliciter cōtingit; eius tamen doctrina ad duo capita reduci poteſt; Primo, quando circumſtantia transfert peccatū in aliud genus, ut exēpli gratia, ſi quis haberet rem cum ſimplici muliere, non tamen uirgine, cōmitteret delictum,

ctum, ſeu peccatum fornicationis; ſed ſi talis mulier eſſet, exempli gratia nupta, tunc peccaret contra iuſtitiam, & committeret delictum, ſeu peccatum adulterij, & ſic circumſtantia iſtius perſonæ nõ alterat tantum, ſed facit aliud. Secundo, quando circumſtantia non trãſfert in aliud genus, ſed ſolùm aggrauat, ut ſi quis cõmitteret furtum reiteratis uicibus, quia illa reiteratio ſolùm alterat, ſicuti apparet, & propterea ex his conſtat, quòd circumſtantia aliquando facit aliud, & aliquando alterat, & aggrauat ſolùm, licèt diuerſimodè; ex quo ſequitur, quod duo fœneratores committendo delictum vſuræ, vnus dicitur grauiùs delinquere, rõne alicuius circũſtantiæ, ut conſtat ex deductis, meritò &c. Hæc omnia confirmantur uera, quia quemadmodum virtutes diuerſa rõne dicuntur inter ſe ęquales, ac etiam una maior altera, ut dicit idẽ Doctor Angelicus in d. par. Summæ, q. 66. per tot. Ita quoq; hoc idem eſt dicendum de delictis. Virtutes enim conſiderantur aliquando, vt inter ſe differunt ſpecie, & ſic una dicitur maior altera, ea ratione, quia ſpecies vna eſt maior altera; aliquando uerò, ut ſunt eiuſdem ſpeciei; & ſic una erit maior altera, ratione, qua vnus homo magis participat de ea, alter uerò minus. Hinc videmus, unum iuriſconſultum eſſe maioris, & altioris gradus doctrinæ altero; & propterea meritò quidẽ Doctores, & præcipuè Abb. adnot. in c. cum in cunctis, de elect. triplicem eſſe gradum ſcientiæ, quia unus dicitur eminẽs, alius ſufficiẽs, & tertius mediocris. Hoc idem eſt dicendum de delictis, arguendo ab oppoſitis, cum cõtrariorum eadem ſit diſciplina, atque cognitio, vulga. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iu. §. 1. ſeu in princ. inſtitu. eod. cum ſimil. &c.

Qualis ſit delictorum, & falſitatis latitudo, & quomodo cognoſcatur. Artic. 3.

SIcut articulus iſte duo cõtinet capita, ita etiam de vno quoq; ſeparatim eſt aliquid adnotandũ; qualitas igit̃ iſtius latitudinis talis reperitur, quòd ſicut illa depẽdet aliquãdo ab obiecto, aliquãdo à cauſis, & aliquando à circumſtantijs, ut conſtat ex deductis in præcedentibus; ita quoque ad euitandam ſubreptionẽ in impetratione alicuius reſcripti, aliquando omnia, & aliquando quædam de prædictis, ſunt narranda ſecundum qualitatem caſus contingentis; regulariter enim omnia narrari debent, vt conſtat ex deductis in alijs articulis; Limitatiuè uerò aliquando ſecus eſt tenẽdum, eo præſertim, quia ſupra demonſtrauimus, non omnem omiſſionem cauſare ſubreptionem, & ad hoc facit doctrina Marſilij in conſ. 70. num. 9. & clariùs Clarus in ſua practi. crimi. §. falſum, verſ. ſed quid ſi teſtes. Bal. in l. pen. quæ incipit, ſi ex falſis, num. 15. C. de tranſact. Sicùt enim ſubreptio diuerſimodè cõmitti poteſt, ut conſtat ex deductis, ita quoque oportet aſſerere, vt diuerſum producat effectum. Cæterùm quoniam de re iſta etiam infra ſumus dicturi, ideò ad aliud caput ſupra propoſitum, diſcendẽdo, dicimus, quòd ſicut res ſe habent ad eſſe, ita ad earum cognitionem, ut Philoſophi nos docent. At quoniam iſta delictorum latitudo dependet quoad eſſe eius ab obiecto, à cauſis, & circum-

cumſtantijs, vt ſupra diximus; ita ét illius cognitio ab eiſdem medijs dependet, & percipitur. Vnde in hac parte nó uidetur neceſſarium aliud adnotare: illud tamen non eſt omittendum, quòd cum latitudo iſta habeat gradus, ut ſupra uidimus, quæreret aliquis, an gradus iſti eadem methodo cognoſcantur. Ad hoc puto dicendum, id eſſe in arbitrio iudicis, iuxta doctrinam Clari, & Menoch. ſupra in præcedenti artic. relatam. Vel dicas ſecundo iuxta tradita per Bal. in loco ſupra proximè citato, quòd cum accidentia à dictis circumſtantijs dependentia, quædã reſpiciant ſubſtantiam negocij; quędam verò ſecùs, inde infertur, qua uia prædicti gradus cognoſci ualeant, quia ille dicitur ſuperior, cuius accidens reſpicit ipſam ſubſtantiam; ille uerò erit inferior, cuius accidẽs ab illa remouetur, licèt remoueatur aliquãdo ſecundum magis, & minus, & ſic à qualitate iſtorum accidentium, & circumſtantiarum prædicti gradus, ni fallor, cognoſcũtur. In practica tamen puto non eſſe recedendum ab arbitrio iudicis, tum per d. doctrinam, tum etiam argumento l. 1. ff. de iur. delibe.

An detur falſitas ex parte rei. Artic. 4.

CVm oporteat ad intelligentiam iſtius articuli priùs declarare terminos illi⁹, ideò dicimus, quòd falſitas conſideratur dupliciter, uidelicet naturaliter, & moraliter, vt etiam diximus ſupra in q. 1. art. 5. Et propterea iure quidem in præſenti dubitatur, & quæritur, an detur falſitas ex parte rei, ita & taliter, ut per eam dicatur aliquãdo cõmiſſa ſubreptio, cũ hæc omnia ſint ordinata ad cognitionẽ ſubreptionis. Hoc præmiſſo, dicimus ad articulum negatiuè eſſe reſpondendũ, quia talis falſitas ſi fuerit naturalis tantum, ut præſupponitur, nihil operatur in propoſita materia; Si quidem authore Ariſt. in moral. in his quæ ſunt à natura, nó meremur, neque demeremur. & D. Auguſtinus in 15. q. 1. docet, peccatum tunc eſſe peccatum, quãdo eſſet voluntariũ; & propterea delicta non puniũtur, niſi fuerint uoluntaria, iuxta adnotata in c. cum voluntate. de ſenten. excommu. At ſi falſitas fuerit moralis, tunc oppoſitum eſſet dicẽdum. Cæterùm his non obſtantibus pro ſolutione articuli tenendum eſt oppoſitũ, quod uidelicet falſitas etiam naturaliter cõſiderata, poſſet ſubreptionem cauſare; & ad hoc facit primo illa communis doctrina, quæ tenet, dolum præſumi ob enormem læſionem, quam quis paſſus fuiſſet in re à ſe uendita, ut adnotãt Doct. ſuper l. 2. C. de reſcind. uend. Maſcard. in ſuo ſæpè cita. tract. de proba. concluſione 532. num. 26. 27. & in concluſ. 815. num. 28. probat tex. in §. in fraudem, Inſti. quib. ex cau. manumitt. l. in fraudem, la prima, ff. qui, & à quibus. Secundo, idẽ confirmatur rõne, qua Summus Pont. motus fuit in d. c. ſuper litteris. eod. de reſcript. ad diſtinguendum inter ſubreptionem commiſſam dolo, & ignorantia. Qua de re cum ab iſta concluſione non ſit recedẽdum, ex ea nunc inferendum eſt, quòd mala intentio alicuius agentis, ut paſſim adnotant Docto. & præſertim in lo. cita. aliquando eſt expreſſa, & aliquando præſumpta. Hoc autem ſecundo modo dicitur leuis; & propterea non reputatur delictum, vel

admo-

admodum leue, ut expreſsè legitur in d.c.ſuper litteris. Non obſtat modo quod ſupra fuit in cõtrarium adductum, quia reſpondetur, quòd falſitas naturalis, ſub tali tamen reſpectu, non dicitur delictum, nec pertinet ad rem propoſitam, & ita argumentum eſt intelligendum; ſed quatenùs inde infertur præſumptiuè deprauata intentio ipſius agentis, iuxta ea, quæ ſupra diximus, tũc prædictum argumẽtum limitatur, atque prædicta falſitas facit ad rem propoſitam, ut clariùs in ſeq. articulo dicemus.

An falſitas ex parte rei ſit eiuſdem qualitatis cum falſitate ex parte perſonæ illam committentis. Artic. 5.

REfert Maſcard. in ſupra relata ſua concluſione 532. num. 26. ſecundum communem Doctorum opinionem, paria eſſe, dolum committi re ipſa, & ex propoſito. Vnde à ſimili hoc idem videtur dicẽdum in q. præſentis articuli. In contrariũ facit doctrina ſupra relata in hac eadẽ quæſtione, arti. 3. Confirmatur authore Io. And. ſuper d.c.ſuper litteris, num. 25. cum pluri. ſequen. eo. de reſcript. vbi legimus, aliud eſſe committi falſum circa ſubſtantialia, & aliud circa accidentalia. His accedit, quòd ſi falſitas habet latitudinem, & gradus, ut ſupra demonſtrauimus, de neceſſitate ſequitur, ni fallor, idem quod ſupra. Quid igitur dicendum? Regulariter puto tenendam eſſe hanc concluſionem, iſtas duas falſitates non eſſe pares, quę demonſtratur uera per id, quod ſupra adduximus. Declaratut autẽ iuxta contenta in d. c. ſuper litteris. Siquidem cum aliud ſit ſubreptionem committi dolo, vel ignorãtia, & aliud circa ſubſtantialia, uel accidentalia, ſequitur, ac inde infertur, prædictas duas falſitates vno reſpectu inter ſe differre; alia uerò ratione inter ſe conuenire, prout in d.c. legimus deciſum. Declaratur ſecundò iuxta tradita ad l.2.C.de reſcind. vendi. Siquidem ſi quis ſit læſus ob rei ſuæ alienationem dolo alterius, & alius ſit læſus ob ſimilem alienationem re ipſa, tunc, ſi duæ iſtæ læſiones fuerint vltra dimidiam, prædicta cõcluſio limitatur, ex quo iſta duo inter ſe æquiperãtur in eodem gradu læſionis. At ſi vnus ex prædictis fuerit læſus in maiori, alter uerò in minori quantitate, tunc concluſio propoſita uerificatur iuxta communiter tradita per Doct. in d. l.2. Non obſtat modo id, quod ſupra in contrarium fuit adductum; ſiquidẽ per declarationes ad præd. concluſionem adnotatas, clarè conſtat, ꝙ prædicta argumenta ad utramque partem, ut ſupra adducta, adinuicem conciliantur, & ſucceſſiuè non oportet ſpecificè, & formaliter reſpondere.

An, & quomodo reſcripta dicantur ſubreptitia, aliquando in totum, et aliquando pro parte. Art. 6.

REſcripta ſubreptitia in particulari cõſiderata, quando talia ſint reputanda, nõ conuenit hic adnotare, cum ſatis copioſè explicentur à Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. caſu 201. & 202. per tot. Et à Bero. ſuper d.c.ſuper litteris, num. 72. per tot. Nos enim in præſenti, non in particulari, ſed in communi, intendi-

tendimus tractare de propoſita materia. Vnde imprimis ex ſupra dictis in iſta quæſtione illud adnotare conuenit, quòd ſi ſubreptio commiſſa fuerit dolo, & fraude, tunc in totum dicitur vitiare reſcriptum, prout ſtatutum legimus in d. c. ſuper litteris. Et ratio eſt, ne videlicet quis reportet commodum ex proprio dolo, cum notorij ſit iuris, ꝙ fraus, & dolus nemini patrocinari debeāt. c. ſedes, & c. ex tenore, eod. de reſcript. c. ad noſtram. de empt. atque in iſtis locis, gloſ. & Doct. cõmuniter. Ad hoc facit l. ſi in fraudē. C. de lega. cũ ſimil. Nec in caſu propoſito videtur facienda aliqua diſtinctio de qualitate reſcripti, põderando cauſam ſubreptionis illius. At ſi ulteriùs ſubreptio commiſſa ſit non dolo, & fraude, ſed ſimplicitate, & ignorantia, ut dicit text. in d. c. ſuper litteris, tunc iuxta declarationem Docto. ſuper d. eo. ca. ubi præſertim Io. And. num. 25. & ſeq. oportet ita diſtinguere, ꝙ ſi illa cõmiſſa fuerit circa ſubſtãtialia ipſius negocij, tunc reſcripta eſſent ſubreptitia in totũ, quia in tali caſu princeps nullo modo reſcripſiſſet, ſi veritas integraliter narrata fuiſſet. Si uerò illa commiſſa reperiretur circa accidentalia, atque à ſubſtantia prædicta remota, tũc illa eſſent ſubreptitia pro parte, & ita intelligendus eſt tex. in d. c. ſuper litteris, in illa particula, ĩ qua dicitur reſcriptũ tenere, non in forma ſpecifica, ſed ſolum in forma cõmuni. Vlterius eſt animaduertendum, reſcripta uitiari diuerſimodè, ut uideri poteſt præſertim apud Henric. Boic. ſuper c. ad audiẽtiam. eod. de reſcript. qui diſtinguendo adnotat, quo modo reſcriptum uitietur ratione ſcripturæ. In d. uerò ca. ſuper litteris, & in c. licèt, de falſo, demonſtrat, illud uitiari, aliquando ratione ſuę naturę. Quę omnia & ſi ſint notatu digna, nihilominus non uidentur facere ad quęſtionem & articulum propoſitũ, niſi per uiã inductionis; unde ut modo breuiter referã, quid meo iudicio ſit tenendum, ad ea, quæ ſupra diximus, puto hoc addendum, quòd ſubreptio cõmiſſa circa accidentia, & circumſtãtias, ſi talis fuerit, ut mutet ſpeciem, iuxta ea, quæ diximus ſupra in tali caſu, ſubreptio iſta uitiaret in totum, quia talis defectus ob prędictam mutationē, reſpicit ſubſtantiam: ſecùs uerò uidetur dicendum, ſi ſpeciem nõ mutaret, ſed ſolùm negociũ alteraret, iuxta ea, quæ ſupra ſunt adnotata. Hæc omnia non uidentur habere difficultatem in Theorica, cum methodicè uideantur tradita. In practica verò puto dicendum, ꝙ aut conſtat de ſubreptionis qualitate, aut ſumus in dubio; in primo caſu non oportet aliud animaduertere, cum in claris non ſit opus coniecturis. l. continuus; ff. de uerbor. obligat. At ſecundo reſpectu ſine cõtrouerſia eſt recurrēdum ad debitam probationem, quæ qualis ſit, quo modo fieri debeat, atque in practica ſit deducenda, non oportet hic aliud adnotare, cum hodie de tali probatione ſatis copioſè pertractet Maſcar. in d. ſuo tract. de probatio. concluſ. 739. cum octo cõcluſionibus ſeqq. per totas, quibus illud addi poteſt, quod ſupra diximus, & adnotat Hēric. Boic. in d. c. ſuper litteris, quòd videlicet reſcriptum ſit aliqñ contra ius, aliqñ ſecũdũ ius, aliqñ ſupra ius, & aliqñ pręter ius. Quę diſtinctio deſeruit ſummopere ad articulum propoſitum; ſiquidem, cum in dubio reſcripta debeãt eſſe conformia

mia cum diſpoſitione iuris, atque cum eo concordari, ut ſuo loco adnotauimus, ſeqtur inde, ſubreptionem cauſare reſcriptum ſubreptitium, aliquando pro parte, & aliquando pro toto, ſecundum qualitatem uidelicet iuris, quod per tale reſcriptum reſpicitur, iuxta dictam diſtinctionem.

An, & quando falſitas ex parte rei remoueat reſcribentem ad iſta reſcribendum. Art. 7.

EX his, quæ in præcedentibus articulis ſūt deducta, inferri poteſt ſolutio ad hunc præſentem; ſiquidem ſi à ſupplicante commiſſa ſit falſitas circa ſubſtātiam negocij, de quo agitur, vel circa illa accidentia, quę eam tāgerent, ſine dubio tali falſitate motus ipſe princeps, non debet aliter reſcribere; & ſi de facto reſcribat, reſcriptum in totum ſubreptitium erit reputandum. Quę quidem iuris concluſio demōſtratur uera quoad eius primā partem, non ſolum per ea, quæ ſupra diximus, ſed etiā per cap. ſuper eo, de cohabi. cleri. & ibi glo. & Doct. ubi cauetur, ſeriem facti eſſe omnino narrandam; & ſi aliter contingat, litteræ non tenerent. glo. ibidem ampliando, iſtam deciſionem adnotat, eſſe etiam narrandas cauſas eiuſdem facti, quæ ſi militer ſi prętermittantur, committitur ſubreptio. Hinc infertur, quòd qui petit abſolutionem alicuius ſuſpenſionis, debet narrare cauſas illius; aliter illa non teneret. ca. dilectus. eod. de reſcript. c. ex parte, de offic. ordi. & ibi Doct. Quoad ſecūdam uerò idem eſt tenendum, quia hoc præmiſſo, ꝙ videlicet illud accidens tangat d. negocij ſubſtantiam, ſequitur inde, ratione talis unionis ſubreptionem committi circa ſubſtantiam prædictam, licèt nō ita immediatè. His accedit, quòd tale accidēs, uel mutat ſpeciem iuxta doctrinam D. Thom. ſupra relatam, uel eſt adeò annexū dicto negocio, ut ab eo ſeparari nequeat, iuxta tradita per Docto. nouiſſimè relatos, & adnotatos à Maſcard. in d. ſuo tracta. de proba. concluſ. 742. num. 13. At ſi d. falſitas committatur, circa tale accidens, ſeu circumſtantiam, quę ſolùm alterat, & non facit aliud, iuxta ſupra adnotata in alio articulo, tūc talis falſitatis narratio, ſeu omiſſio, debet mouere principem ad non ita reſcribendū. Hinc eſt, quòd Pont. quandò dicit in d. c. ſuper litteris, reſcripta tenere, aliquando in forma communi, eſt intelligendus in eo caſu, in quo eſſet commiſſa falſitas circa prædicta accidentia ſolùm alterātia. Hęc autē ſolutio probatur iuxta doctrinam Marſil. in conſil. 70. num. 11. & Clar. in d. ſua pract. §. falſum, uerſic. ſed quid ſi teſtis. Confirmatur ea præſertim ratione, quia ficut inſtrumentum continens diuerſa, atque inter ſe ſeparata capita, tenet ſępè in uno, & non in altero, ut infra dicemus, & probat Maſcard. in d. concluſ. num. 8. Ita quoque hoc idē eſt dicendum de ſolutione iſta. Cæterum quęreret ulteriùs aliquis, qua uia cognoſci ualeant ſubſtātia, cauſæ, & accidentia prædicta. Ad hoc quæſitum reſponderi poſſet vltra deducta vnà cum Philoſopho lib. 1. Poſter. quòd cum omnis noſtra cognitio originaliter proueniat ab effectu, ex quo nihil eſt in intellectu, vt ipſe alibi affirmat, quòd non fuerit prius in ſenſu, ideò ab effectu deſumenda eſt prædicta cognitio,

& poſtea per modum circuli procedendo à cauſa, illa perficitur, & propterea per huiuſmodi media, vel alterum eorum procedi debet ad habendam cognitionem terminorũ, de quibus in d. quęſito. Et ita ex his intelligimus, ni fallor, ſolutionem datam ad propoſitum articulum.

An ſit idem vti reſcripto ſubreptitio, & ſubreptionem committere. Art. 8.

LEgimus in l. maiorem, C. de falſo, quod qui vtitur falſis reſcriptionibus, punitur, ſicùt ille, qui eas cōmiſit. Hoc idem tenent Doct. Marſil. in conſ. 70. nu. 19. Clar. in d. ſua practi. §. falſum, uerſic. utens falſo. Confirmatur, quia Doctores ſuper d. l. adnotāt, quòd qui vtitur, & producit inſtrumentum falſum, præſumitur author illius, ut etiam refert Boſſ. in ſua practi. tit. de falſ. num. 126. Hoc idem approbat Salicet. Bal. & alij tam in d. l. quàm etiam in l. ſi falſos. C. eod. Licèt autem hęc opinio ſit communis, in contrariũ tamen facit concluſio ut ſupra demonſtrata, quòd uidelicet delicta habeant latitudinem, & gradus; unde cum cōmittere ſubreptionem, & vti reſcripto ſubreptitio, videantur eſſe duo gradus falſitatis, & non vnus, & idem, conſequenter magis videtur peccare unus ex iſtis delinquentibus, quàm alter. Pro ſolutione puto tenendum quod ſupra diximus, cum Doctores communi conſenſu teneant idem eſſe, committere inſtrumētum falſum, & illo uti. Confirmatur per regulam vulgarē, qua cauetur, agentes, & cōſentientes pari pœna eſſe puniendos, c. 1. de offic. iud. deleg. & ibi glo. & Doct. communiter. c. quantæ. de ſenten. excommun. & probat text. in cap. ad falſariorum, eod. de fal. Vbi Sum. Pōt. definit, quid iuris de iſta difficultate, & ibi Doct. præcipuè verò Iohan. de Ana. num. 12. & 13. doctè examinat, quis nam iſtorum delinquentium dicatur magis delinquere, & ſucceſſiuè maiori pœna puniri. Sed quoniam quoad pœnam attinet, non eſt præſentis contemplationis, cum infra ſuo loco ſimus dicturi, ideò in præſenti me remitto ad ea, quæ ſuper d. c. nos docent Docto. & præcipuè Iohan. de Ana. & Henric. Boic. Quantum uerò facit ad rem propoſitam, dicemus, quòd licèt regulariter, atq; aliquo reſpectu ſit idem uti reſcripto ſubreptitio, atque illud cauſare, aliquando tamen iſta duo differunt, cum ipſe vtens poſſit recedere, & eo amplius non uti. Claud. Bertaz. in conſ. 25. Bart. Bertazo. in ſua additione. Hinc eſt, quòd in practi. procuratores ſæpè vtuntur illa cautela, quòd petant à producente aliquod inſtrumentum, an uelit illo uti, ut adnot. Boſſ. in d. ſua pract. d. ti. de falſo, nu. 154. & 155. Et Clar. in d. §. & uerſic. ut ſupra citato. Vnde puto concludendum, quòd quāuis uterq; delinquens delinquat delicto falſitatis, unus tamen magis altero, & ita iura iuribus poſſent cōcordari. Quoad pœnam ultra loca adducta uidendi ſunt Docto. ſuper c. accedens. eod. de falſ. Illud tamen non eſt omittendum, falſarium nũquam de iure puniri, niſi tribus cōcurrentibus, videlicet, quòd ſit cōmiſſa falſitas; item cum dolo; item cum læſione alterius. Bertaz. in conſ. 71. num. 51. volum. 1. cum alijs per eum adduct. Hæc omnia non ſolùm verificātur de qualibet ſcriptura,

ptura, ſed etiam de depoſitione teſtium, in qua eadem ratio omnino verificatur, vt videri poteſt apud Boſſ. & Clar. in locis ad ductis; ſiquidem ſicut quis aliquando committit falſum in aliqua ſcriptura, & aliquando illa vtitur, ita etiam hoc idem contingit in depoſitione teſtium.&c.

QVAESTIO IX.

De dolo, quo committitur Subreptio. Art. 6.

QVoniam ſubreptio nō tantum committitur falſitate, vt ſupra vidimus, ſed etiam dolo, & ignorantia, vt dicit text. in d.c. ſuper litteris, eod. ideò poſt declarationem falſitatis; eiuſque latitudinis, conuenit modo, vt aliquid uideamus de dolo, & ignorantia. Vnde de dolo prius uidendum eſt.

Primo, Quotuplex ſit dolus.

Secundo, Quomodo committatur.

Tertio, Quomodo diſtinguatur à culpa.

Quarto, Qualis ſit eius effectus.

Quinto, An ſemper accuſet.

Sexto, Quomodo probetur.

Quotuplex ſit dolus. Art. 1.

VLpianus in l.1.§.non fuit. ff.de dolo, docet, dolū alium eſſe bonum, alium uerò malum. Confirmatur per l.qui uenenum.ff. de uerbo. ſignif.& per l.quod ſæpè, §.ueneni mali. ff. de contrah. empt. & ratio eſt, quia poteſt quis induci dolo tā ad bonum, quàm ad malum; unde hæc diſtinctio uidetur deſumpta à fine; ſed ſi aliunde deſumatur, ſicut quis læditur diuerſimodè, uidelicet ſui facilitate, metu, partis aduerſæ calliditate, ætate, & abſentia. l. 1. ff. de reſti. in integ. atque addendo aliquando re ipſa; ita quoque ex eiſdē medijs deſumi poteſt diſtinctio doli; ſiquidem effectus illius ille uidetur eſſe, ut quis lædatur, ſi fuerit malus: At quoniā talis læſio oritur ex prædictis medijs, ut in d.l. cauetur, ideò prędicta diſtinctio uidetur cōgrua. Ruſus, dolus, alia ratione cōſideratus, adhuc diſtingui poteſt, ut unus ſit uerus, alius uerò præſumptus. Hāc diſtinctionem plenè nos docet Menoch. lib. 5. de præſumpt. præſumpt. 3. num. 5. cum pluribus ſeqq. Verus enim probatur manifeſtis inditijs: præſumptus uerò coniecturis, ut ibidem docet iſte Doctor, Quę diſtinctio confirmari poſſet per tot. tit. C. plus ualc. quod ag. quàm quod ſimu. concip. cum ibi adno. Ioſeph. Ludo. in ſua co. concluſ. 51. p tot. Ex quibus diſtinctionibus inferendum eſt modo ad materiā propoſitæ ſubreptionis, quòd ſicùt dolus eſt diuerſus, ita quoque diuerſum producere debet effectū, cum clari ſit iuris, dolum præſumptum eſſe minoris efficaciæ quam ſit dolus uerus, Bart. in l. quod Nerua, nu. 15.& ibi alij, ff. depoſi. Hinc eſt, quod aduerſus dolum præſumptum datur reſtitutio in integrum, ut ibidem adnotat Bar. & poſt eum Menoch. in d. præſumpt. 3. nu. 11. Odd. in ſuo tract. de reſti. in integ. quæſt. 83. per tot. Ad ſunt etiā aliæ differentiæ inter iſtas doli ſpecies,

Digitized by Google

quæ cum diſtinctè declaretur à Menoch. in d. preſumpt. nu. preſertim, 10. vſque ad nu. 14. ideò ad eum me remitto &c.

Quomodo dolus committatur. Artic. 2.

NOn poteſt dari certa regula, qua cognoſcatur, dolum cõmitti potiùs uno, quàm altero modo; imò ſi dari potuiſſet, eſſet omnino prohibenda; ſi quidẽ ſi illa daretur, aperiretur uia ad fallendum, ac decipiendum proximũ, & hac fortaſſe de cauſa Doctores potiùs adnotant modos illum cognoſcendi, q̃ committendi. His accedit, quòd cũ dolus ſit diuerſus, ut diximus in præcedenti articulo, modus quoque illum committendi erit diuerſus; ſi enim ille fuerit malus, ſine dubio diuerſimodè quis decipitur. Ceterùm, ut methodicè aliquid adnotemus de articulo iſto, dicimus imprimis, eius cognitionem non eſſe contemnendam, cum inde habeamus cognitionem quoque ad dolũ malum euitandum, ad ſimilitudinem cognitionis uenenorũ in arte medica. Hoc præmiſſo dicimus, quòd cum dolus de eius intrinſeca natura denotet quandã machinationem ad aliquem decipiendum, vt dicit tex. in d. l. 1. ff. de dolo, & nos diximus ſupra in q. 1. in ꝓprio articulo, oportet propterea illud affirmare, talem machinationem cõtingere aut ex parte perſonæ deceptæ, aut ex parte perſonæ decipientis, aut ex parte rei, & negocij, aut ex parte alterius perſonæ. Primo modo id contingere poteſt aliquãdo ætate, iuxta l. 1. ff. de minor. & per tot. aliquando metu, ut l. 1. ff. de eo quod met. ca. & per tot. aliquando impedimento neceſſitatis rerũ, iuxta l. non enim. ff. ex quib. cau. maio. vnde in hac parte poſſent conſiderari oẽs illæ cauſę, quibus ſuadentibus datur reſtitutio in integrum, de quibus cũ plenè pertractet, & multa nos doceat Oddus in d. ſuo tractatu de reſti. in integ. q. 2. cũ plur. ſeqq. ideò non uidetur neceſſarium hic aliud adnotare. At ſecundo modo puto id euenire, quando aliquis arte vel natura habet talem efficaciam in perſuadendo, ut aliquando ſuadeat malũ, uel minus bonum loco boni, uel melioris boni, cũ talis modus decipiendi, quantum ad artem attinet, habeatur à logicis, qui licèt intendant principaliter docere regulas ad euitãdam huiuſ. deceptionem, id tamen facere minimè potuerunt, niſi docendo etiã modũ, quo illa committatur, ut videri poteſt apud Ariſt. in eo lib. qui de Elencis inſcribitur, & ibi interpretes. Tertio verò modo illud eſt obſeruandum, quod cum ſæpè contingat aliquem eſſe deceptũ, & læſum re ipſa, abſque alio, tunc ſecundum grauitatem læſionis præſumitur læſus, ut nouiſſimè nos docet Maſcard. in d. ſuo tract. de probat. concluſ. 532. nu. 25. 26. 27. Quæ quidem læſio debet eſſe enormis, ut inde dolus preſumatur, ſicuti ibidem adnotatur. Quarto denique modo, & ſic ex parte alterius perſonę non occurrit aliud adnotare ultra id, quod diximus ſupra ad ſecundum caput, & propterea per hæc ſit abſoluta ſolutio iſtius articuli.

Quomodo

Quomodo dolus diſtinguatur a culpa. Artic. 3.

Articulus iſte, cum ſit ad modum vtilis, ex quo ſæpè contingit in practica, an quis ſit in dolo, uel in culpa, ideò, quamuis multa poſſent de eo adnotari, ſatis tamen erit illa animaduertere, quæ uidentur facere ad propoſitum inſtitutum; quoniam igitur legimus deciſum in l. magna negligétia. ff. de uerb. ſignifi. quòd magna culpa ſit dolus, propterea inde infertur, culpã habere plures gradus, & latitudinem, prout etiam nos docent Doct. in l. quod Nerua. ff. depoſiti. Vbi precipuè Bart. eſt omnino uidendus; unde ſupremus illius gradus uidetur in d. l. nominatus magna culpa, & ſucceſſiuè dolus. Hinc eſt, quòd iſti duo termini uidentur inter ſe differre ſecundum magis, & minus, de quo quidem articulo, eiuſque difficultate diximus etiã, atque aliquid adnotauimus, ſupra in q. 1. art. 8. Vnde cum uera, & realis diſtinctio doli, & culpæ habeatur à definitione cuiuslibet eorũ, ex quo definitio ſubſtãtiã rei demonſtrat, ut paſſim nos docent ſcribentes in qualibet profesſione, atq; quid ſint termini iſti, adnotatum fuit ſupra in d. q. 1. in proprijs articulis; ideò in preſenti illud ſolum addi poteſt, quod ſicut uocabula sũt diuerſa, ita etiam diuerſam denotant ſubſtantiam l. ſi idem. C. de codicill. Licèt autem dolus denotet ultimum, & altiorem gradũ ipſius culpæ, ut cõſtat ex deductis, in materia tñ prædictæ ſubreptionis, ſi caſus occurrat, in quo dubitetur, an illa ſit commiſſa dolo, uel culpa, à principio debet id ſpecificari, & non genericè pcedi, & vagari, l. prætor, in princ. ff. de iniur. Menoch. in d. præſumpt. 3. ut ſupra ſæpè citata, nu. 137. quod ſi obſeruatum nõ fuerit, in dubio interpretatio eſt facienda, illã culpã eſſe cõmiſsã. Bald. in authen. quod locum, num. 5. C. de colla. idẽ Menoch. in d. preſumpt. num. 136. Notandum eſt tamen, quod doctrina iſta, ut ibidem habetur, non modicam uidetur habere difficultatẽ, ex quo loquitur de culpa à iure conſiderata; nos autem ſumus in culpa ab homine commiſſa, atque de ea dubitatur, unde puto reſpondendũ iuxta l. ſi præſes. ff. de pæn. quòd uidelicet mitior lex ſit ſequenda, & ſic ad fauorem rei. Hinc infertur, quod ſicut ſubreptio dicitur commiſſa, ut in facto preſupponit, aliquando dolo, & aliquando culpa, ita etiã eius effectus erit diuerſus, vt apparebit ex infra dicendis &c.

Qualis ſit effectus ipſius doli. Artic. 4.

Clari eſt iuris, de aliquo facto doloſo dupliciter agi poſſe, videlicet ciuiliter, & criminaliter. § an ſũma, & ibi gl. & Doct. Inſti. de iniur. c. ſuper his, de accuſa. Vnde ſi criminaliter de tali facto agatur, eſt vlterius adnotãda diſtinctio de delictis, quam nos docet Clar. in ſuã practi. crimi. §. fi. q. 60. verſ. & generaliter, poſt princ. vbi legimus, delictorum quædam requirere dolũ, ut eſt falſum, periuriũ, & ſimilia: quædã verò alia eſſe talis naturæ, ut dolus non ſit de ſubſtantia eorum. Ex qua diſtinctione inferri põt, quod ſicut in delictis primi generis, requiritur dolus, vt diximus, ita quoque illius effectus nil aliud uidetur

eſſe,

eſſe, niſi quòd imponatur pæna ordinaria l. hodie, & ibi gloſ. notabilis. ff. de pæn. Bertazo. in conſil. 71. nu. 33. vol. 1. & propterea docet idē Clar. in iſta q. verſ. ſunt etiam, quòd delinquentis intereſt ſummopere, delictum eſſe commiſſum ſine dolo. Atque hac de cauſa criminaliſtę adnotant, quamlibet cauſam excuſare à dolo. Clar. in d. q. & uerſ. Boſſ. in ſuo ſimili tract. tit. de decret. Medio. nu. 19. An autem à tali pæna iudex recedere ualeat, ultra ea, quæ ſupra sūt ſuo loco adnotata, videndus eſt etiam Guido Pap. in ſua deciſ. 206. per tot. & Bart. in l. quid ergo. §. pæna grauior, ff. de his, q. not. infam. Hæc omnia ſunt adnotāda, ſi factum doloſum criminaliter in iudicio cognoſcatur. At ſi ciuiliter de eo agatur, effectus illius talis uidetur eſſe, quòd videlicet actus inde ſequutus, ſit nullus, et pro tali declaretur, iuxta tot. tit. ff. & C. de dolo. Ad hoc facit tex. in d. c. ſuper literis, eod. de reſcript. Ad meliorem tamen iſtius articuli intelligentiam eſt adnotandum vlterius, non eſſe ſatis, dolum interuenire ex parte rei, vel ex parte illum committentis, cum debeat etiam conſiderari perſona, eiuſque qualitas, quæ ſua facilitate id admiſit, iuxta tex. in c. pen. omninò uidendum, & ibi glo. ſi. de his, quæ ui, met. cauſa. additio ad Bart. in rub. ff. de dolo, ſi quidem qualitas perſonarum, actiuè, & paſſiuè conſiderata, ſummopere operatur in materia doli, iuxta ádnot. ind. c. Hoc præmiſſo, quomodocunque aliquid ſit dolo geſtum in cauſa ciuiliter conſiderata, eſt adnotanda doctrina Bart. in l. & eleganter, in princ. nu. 4. & 7. ff. eo. de dolo. Qui docet, contractum bonæ fidei, à dolo cauſatum, eſſe ipſo iure nullum; ſecùs uerò eſt dicendum, ſi talis contractus eſſet ſtricti iuris. At ſi dubitetur de diſtractu, videndus eſt idem Bart. ibidē nu. 5. Quæ autem differentia ſit inter iſtos cōtractus, adnotat idem Doctor, eam que docet ſuper eadem l. §. non ſolum, num. 2. Vnde his omnibus obſeruatis, licèt habeamus, ni fallor, intelligēriam iſtius articuli, qm̄ tamen hæc omnia ſunt applicanda ad materiam ſubreptionis, ideò vlterius puto animaduertendū, quòd effectus ipſius doli regulariter talis adnotatur in iure, ut cauſet reſcriptum ſubreptitium, atque ipſo iure nullum; Primo, quia fraus, & dolus nemini patrocinari debent. c. ſedes, cum c. ſeq. & ibi ſcribentes, eod. de reſcr. Secundo, quoniam ita ſtatutū legimus in d. cap. ſuper litteris, eod. De qua quidem nullitate à dolo cauſata, quoniam infra in propria quæſtione, & articulo ſumus dicturi, ideò in præſenti ſint iſta ſatis &c.

An dolus ſemper accuſet. *Artic. 5.*

CAuetur in iure, quod fraus, & dolus nemini patrocinari debent, vt diximus ſupra in fine præcedentis articuli, atque vlterius probat tex. in ca. ad noſtram, de empt. Ex qua deciſione videtur inferendum, dolum ſemper accuſare, cum ſecūdum naturam eius ſemper denotet malum uoluntarium, aliquādo uerū, & aliquādo præſumptum; unde implicaret cōtradictionem, ſi daretur caſus, in quo excuſaret; & propterea difficultas iſtius articuli in eo uidetur cōſiſtere, ut uideamus, qualis ſit eius intelligentia. Qua de re animaduertendum eſt, quòd per deciſionem iſtam fraus, & dolus ui-

dentur

dentur eſſe unum,& idem; hoc autem non eſt uerum, ut vltra ea,quæ diximus ſupra q. 1. in proprio articulo, nos quoq; docent Doct.ſuper reg.fraudis. ff. de reg.iu.ubi Dec.& Cagno.& ſup c.ex tenore, eod.de reſcr. vbi præcipuè Abb.num.4.& ad eum habetur notabilis additio. Sed admiſſo pro nunc,iſta duo idem ſignificare,quãtum tamen attinet ad intelligentiam præſentis articuli,dicimus, quòd ex quo dolus verus, & præſumptus maximè differunt inter ſe,vt adnotauimus ſupra,& nouiſſimè docet Menoch. in d. præſumpt.3.ſequitur inde,dolũ ſemper accuſare. Cæterùm talis accuſatio aliquando eſt ſufficiens ad condemnandum in totum; idque contingeret,quando dolus interueniret re,& conſ.d.regula fraudis.§.in fraudem, & ibi gl.& Doct. inſti.quib.ex cau. manumit.& facit d.c.ſuper litteris, eo.de reſcrip.Ampliatur,quando talis contingeret ex parte rei,ut æquipararetur cũ dolo conſilij, & rei ſimul, iuxta tradita per Doct. in l.2. C.de reſcind. uendit. & facit idem tex.in d.c.ſuper litteris, in illa particula, in qua annullatur reſcriptũ ſubreptitium,ignorãtia impetratum, ob grauitatẽ ſubreptionis. Aliquando uerò dolus accuſat ſecũdum partem, ſecundum quã poſſet quis condemnari,quia licèt de iure actus dolo geſtus non teneat, id tamen non in totum,ſed pro parte eſſet uerum, iuxta adnotata in d. c. ſuper litteris, quando pręſertim reſcriptum ſubreptitium ignorantia impetratum, teneret in forma communi, quia quo ad formam ſpecificam eſſet nullũ, iuxta deciſionẽ d.ca. Hinc eſt, quòd ob dolum pręſumptum datur etiam reſtitutio in integrũ; ſecùs uerò ubi dolus adeſſet re,& cõſ. iuxta copioſè tradita ab Oddo, in ſuo tract. de reſtit.in integ. q.83. per tot.& ppea debemus cõcludere, dolum de eius natura ſemper accuſare:talis tamen accuſatio,aliquãdo eſt in totum, & aliquando pro parte, idque ob maximam differentiam inter dolũ verum,& præſumptum, de qua,vltra Menoch.lo.cita.uidendus eſt etiam Oddus in d. ſua quæſtione, articulo 1.&c.

Quomodo dolus probetur. Art. 6.

ADeò doctè,& diſtinctè nouiſſimè nos docent Menoch.& Maſcar.quomodo dolus probari valeat, ut ſi ego uellem hic aliquid addere, ſine dubio eſſet addere lumen Soli; Siquidem ſuo loco ſupra demõſtrauimus, dolum aliter probari nõ poſſe, niſi per debitas coniecturas; & proptetea Menoch.in d.lib.5.de pſumpt.præſumpt.3.per totã,& Maſcard.in d. ſuo tract. de proba. concluſ.531. cum duabus ſeq.& cõcluſ. 815.per tot.adnotant, & explicant cõiecturas omnes,quibus dolus, & fraus probari poſſint,& debeãt. Vnde ad eos eſſet recurrendum in caſu contingenti.Cęterùm ne intactũ relinquamus hunc articulum, cum eius cognitio ſit admodum vtilis, ob eius frequentiam,ideò ponderãdo omnes cõiecturas à Doctoribus adnotatas,puto eas etiam reducendas ad ſeptem circumſtantias, uidelicet quis,quid,cur, quãdo,ubi,quo modo,& quibus medijs. Quis,quia ſicut perſona in propoſita materia eſt duplex, nempe quis dolum committit,& cõtra quem committatur, ita quoque ex vtraque perſona coniectura prædicta deſumitur.c. pen. de his, quæ ui met.cauſa.c.illo uos,

de

Digitized by Google

de pigno. & in iſtis locis Docto. Quid, quoniã ſæpè diximus ſupra, dolum committi aliquando etiam ex parte rei, ut cõtingit, quãdo quis eſſet læſus vltra dimidium, ut nos docent Docto. in l. 2. C. de reſcind. vendi. Idq; uerificatur etiam, quando neutra pars aliquid mali tunc cõmiſiſſet, ut ibidem adnotať, & probat quoque tex. & ibi Doct. in d. ca. ſuper litteris, eod. de reſcript. Cur, quia cauſa, propter quã aliquid fit, eſt potiſſimum medium aliquid cognoſcendi, quando tamen illa apud acta deduceretur. Hinc eſt, quòd ſæpè contingit, aliquem habere intentionem dandi pecunias ad uſuras, & cũ id directè facere nequeat, fingendo mutat intentionem, & apparenter dicit ſe emere, iuxta tradita per Doct. in d. c. illo uos, & in ca. ad noſtram, de empt. cum ſimil. Vnde conſiderando qualitatem cauſę, inde cognoſcitur, an dolus ſit cõmiſſus. Quando, quoniã negociari non licet indifferenter in quolibet tempore, iuxta tradita per Doct. in c. fi. de ferijs, ideò ſæpè contingit negociatores fingere ſe tractaſſe aliquod negocium in uno tempore, & illud fuit uerè geſtum in alio. Hinc oritur cõiectura ad prædictã fraudem, & dolum cognoſcendum. Vbi, quia putant aliquando negociatores illud ſibi in alio loco eſſe conceſſum, quod in propria domicilij patria, argumento totius tituli, ff. de eo, qđ certo loco; & propterea nõ animaduertunt ſingula in tali caſu animaduertenda. Hinc eſt, quòd ſæpè committunt fraudem de loco ad locum, prout experientia etiam docet. Quo modo, & quibus medijs. In hac parte placet adnotare, quòd Menoch. & Maſcard. in locis ſupra citatis ſimiliter adnotant, ꝙ uidelicet, quando quis intendit adhibere diuerſas, & inſolitas cautelas in celebratione cõtractuum, uel alterius diſpoſitionis, inde oritur ſimiliter præſumptio fraudis, & doli; ſiquidem cum putent per eas occultare, & euitare prædictã præſumptionem, in illam magis incidunt; & propterea ſæpè ſe accuſant, argu. c. nauiganti. cum ibi adnota. de uſur. Ex quo huiuſmodi cautelæ uel mutant, uel reddunt hominis diſpoſitionem admodum ſuſpectam. Hæc omnia faciunt potiùs ad Theoricam, quàm ad practicam; & propterea quoad practicam attinet, vtilius erit recurrere ad loca ſupra citata, quibus adde Ioſeph. Ludouicum in ſuis concluſ. cõcluſ. 51. per tot. Corn. in conſ. 4. per tot. uol. 1. & Becci. in conſ. 52. ſimiliter per tot. &c.

QVAESTIO X.

De ignorantia, qua committitur prædicta ſubreptio. Artic. 11.

Vidimus in præcedenti queſtione de dolo, quo cõmittiť ſubreptio, & ea omnia, quæ uidebãtur neceſſaria ad intelligentiam propoſitæ materiæ, ſequitur nũc, ut ſimili modo quędam breuiter adnotemus de ignorantia, qua ſimiliter cauſatur ſubreptio, iuxta d. c. ſuper litteris; eod. de reſcr. De ignorantia igitur uidendum eſt, uidelicet.

Primo, Quotuplex illa ſit.

Secundo, An ſit bona, uel mala.

Ter-

Tertio, An ſit naturalis,uel non.

Quarto, An ignorans dicatur contradicere.

Quinto, Qualis ſit eius effectus.

Sexto, An excuſet.

Septimo, Qualis ſit eius excuſatio.

Octauo, Circa quam materiam excuſet.

Nono, An, & quomodo excuſet in materia ſubreptionis reſcriptorum.

Decimo, An, & quomodo ſit idem cum ſimplicitate.

Vndecimo, Qua via illa probetur, & cognoſcatur.

Quotuplex ſit ignorantia. Art. 1.

CVm articulus iſte ſit admodum vtilis, ex quo ſicut ignorantia eſt diuerſa, ita quoq; diuerſos producit effectus; ideò reducẽdo ad aliquam methodum ea omnia, quæ de re propoſita nos docent Docto. & Theologi diuerſis in locis, dicimus Primo, ignorantiam diſtingui à potentia, & impotentia ad eam ordinata; propterea ſicut rerum quædã habent potentiam ad ſcientiã, quædam uerò ſecùs; ita etiam ignorantia, una dicitur neſcientia, altera uerò eodem nomine nominatur, & ignorantia nocatur. D. Tho. p.2.q. 76.ar.2. Secundo, diſtinguitur ignorantia ab eius utilitate, & ſic una eſt euitãda de præcepto, altera uerò de conſilio; Siquidem docet idem Sanctus Doctor, q; homo tenetur ſcire quædam uigore pręcepti, vt ſunt iura, & leges; quædam uerò de conſilio, arg.can.ſi.14.q.1. ſicut enim leges quædam ſunt præceptiuæ, quædam uerò conſultiuæ, ut ibidem legimus, ita etiam hoc idem eſt dicendum de ignorantia, & ſcientia reſpectiuè. Tertio diuiditur eadem à uoluntate; & propterea una eſt uoluntaria, altera uerò inuolũtaria, ut docet idem Sanctus Doctor in d.q. art.3. Ad hanc diſtinctionem reducitur, qđ legimus in c.2. de conſti. in 6. & in c. Apoſtolicæ. de clerico excommunicato adminiſtrãte, & ibi Doct. Quarto, diuiditur ignorantia à cauſa, & effectu, & ſic una eſt cauſa peccati, altera illud aggrauat. Tertia idem diminuit, Quarta, hominem excuſat, Quinta denique eundem accuſat, aliquãdo in totum, & aliquando pro parte. D. Tho. in d.q. Almainus in tracta. de moribus.ca. de ignoran. & Summiſtæ in uerbo, ignorantia. Ad hãc diſtinctionem reducitur alia, quòd uidelicet una ſit cauſa, altera uerò cauſata, iuxta doctrinam eiuſdem Doctoris Angelici, in d.q.art.1. Quinto, diſtinguitur ignorantia à bonitate, & ſic una dicitur bona, altera uerò mala, & tertia dicitur indifferens, quia tenetur homo nonnullarum rerũ euitare ſcientiam, quarum ignorantia dicitur bona; quaſdam uerò res tenetur omnino ſcire & propterea earũ ignorantia erit mala; & cũ quædam adhuc res reperiantur indifferẽtes, ſucceſſiuè earũ ẽt ignorantia erit indifferens, ſicut & ſcientia. Hinc habemus, multas artes homini eſſe ꝓhibitas, ut uideri poteſt apud Gratianum in ſuo decreto, cauſ.25. per tot. Quaſdam uerò eſſe permiſſas, & quaſdam deniq; eſſe præceptas, ut eſt Ars iuris, iuxta l. 1.ff. de iuſti. & iure. Hæc diſtinctio adnotatur præſertim ad mẽtem Ioh. Aſtaing. in ſuo lexicõ Theologorum, in uerbo, ignorantia. Sexto, diſtinguitur ab obiecto, & ſic in materia morali; ignorantia una dicitur iuris, alte

ra uerò facti, iuxta tot.tit.ff.& C.de iu.& fac.ignor.Capitulo,ignorantia.de reg. iu. in 6. Septimo, diuiditur à ſuo oppoſito; unde ſicut ſcientia diuerſimodè diuiditur, ut adnonotauimus in noſtro tracta. de præcedentia, & in diſcurſu de unione vtriuſque iuris, & aliarum ſcientiarum; ita quoque per oppoſitum hoc idem eſt dicendum de ignorantia. Hinc eſt, quòd una dicitur ignorantia Philoſophiæ, Theologiæ, & alterius ſimilis. Et cum non ſit præſentis cōtēplationis adnotare diſtinctionem ſcientiarum; ideò vlteriùs procedendo, Octauo, ignorantia diſtingui poteſt à gradibus eius, quia ſicut ſcientia diſtinguitur etiam per gradus, ut nos docent Doct.& præſertim Abb.in c.cum in cunctis, de elect. Ita etiam hoc idem eſt dicendum de ignorātia; & propterea una erit eminens, altera mediocris, & tertia minima. Nono, diſtinguitur ab ordine ad actum producendum, & reſpectiuè productum; & ſic una dicitur præcedens, alia concomitans, alia uerò ſubſequens, ut adnotat idem Ioh. Aſtaing. lo.cit.& quælibet earum deſumitur, & cognoſcitur à circumſtantijs. Decimo, diuiditur ignorantia à pertinacia, & ſic una dicitur priuationis, altera uerò prauæ diſpoſitionis, ut docet Philoſophus lib. 1. poſter. Aliud enim eſt non ſcire, & aliud pertinaciter tenere ſe ſcire, ſed uerè ignorare. Ad hāc diſtinctionē poteſt reduci illa ignorantia, quæ dicitur uincibilis, & inuincibilis reſpectiuè, de qua eſt adnotādus Nauarr.in conſ. 1. in prin. de conſti. Vndecimo, diuiditur à diligentia, & ſic ignorantia una dicitur uera, alia uerò præſumpta. Hinc eſt, quòd in iure habetur illa vulgatis regula, quòd ignorantia facti, & nō iuris præſumitur. d.c.ignorātia, de reg.iu.in 6.& ibi Doct.de qua infra ſumus dicturi. Duodecimo, & vltimo, diſtinguitur ignorantia ſecūdum Philoſophos à natura eius, & ſic, ſicut ſcientia alia eſt infuſa, & alia acquiſita; ita ignorantia alia eſt naturalis, alia uerò ſecùs Ex quibus omnibus puto inferendum, quòd ſicut ignorantia eſt multiplex, ita ēt diuerſimodè ſubreptio per ignorantiam committitur; & propterea inde cognoſcimus, reſcriptum ex hoc capite ſubreptitium eſſe aliquando nullum in totum, & aliquando pro parte, & aliquando nullo modo, ut ex infra dicendis clariùs apparebit.

Ignorantia an ſit bona, vel mala. Artic. 2.

EX definitione ignorantiæ ſupra in 1. q.ad notatæ, habetur illam denotare priuationem ſcientiæ; at quoniam priuatio eſt mala, ideò ignorantia eiuſdem naturæ eſt reputāda. Confirmatur, quia Theologi communiter nos docent, ignorantiam eſſe peccatum, ideò idem quod ſupra, cum peccatum, & malum ſint idem. Hoc idem probat D. Tho.1.2.q.76.art.2.& in qq.diſput. tit.de pecca.q.3.art.8. Atque authoritas ſacrarum litterarum relata in can.qui ea, diſt.38.ubi legimus, qui ignorat ignorabitur, meritò &c. In contrariū facit imprimis ratio naturalis, quæ enim ſunt à natura, non uidentur mala; at ignorātia eſt à natura, quia dicit Philoſophus, Primo diuinorum, quòd omnes homines natura ſcire deſiderant, ergo nati ſunt ignorantes, & ſic ignorantia eſt à natura, meritò &c. Secundo dicit tex.in l.bonorum. ff. de uerb. ſignif.

Digitized by Google

gnif. Bonorum eſſe beare, id eſt prodeſſe; at quoniã homines per ignorantiam beantur, cum ſolùm ſtudeant uiuere; & propterea dicebat D. Paulus, Noli plus ſapere, quàm oporteat ſapere. Atque experientia docet, ſcientiarum ſtudioſos affligi uarijs affectionibus, & multos incidiſſe in diuerſas hæreſes, atque Canoniſtæ adnotant, fideles teneri ad ſcientiam eorum, quæ ſunt fidei implicitè. Innoc. & alij in c. 1. in fi. de ſum. tri. ideò idem quod ſupra. Pro ſolutione eſt animaduertendum. ꝙ ſi ignorantia conſideretur in ſuo genere, ſine dubio eſt mala, cum dicat priuationem, ut diximus ſupra; at ſi conſideretur in ſpecie, & ſic reſpectu obiecti, tunc oportet diſtinguere, quia ſicut obiectorum quædam tenemur ſcire, quędam ignorare, & quędam ſunt indifferentia; ita quoque ignorantia una eſt mala; altera bona, & tertia erit indifferens. Exẽplum: Ignorãtia iuris eſt mala, quia tenemur illud ſcire. Ignorantia artis diuinatoriæ eſt bona, quoniam illius ſcientiam tenemur euitare, ut docet Gratianus in præcedenti art. adno. Ignorãtia facti eſt indifferẽs, quia poteſt applicari ad bonum, & ad malũ. Ex his licèt intelligamus, quomodo reſponderi ualeat ad obiecta, unum tamen eſt omnino animaduertendum, quòd quoad naturam attinet, quamuis homo ſecundum Peripatheticos natus ſit ignorans, & propterea dicebat Ariſt. ipſum eſſe tanquam tabulam raſam, nihilominus inde inferri nequit, ignorantiam eſſe bonam, cum principalis intentio naturæ non fuerit creare hominem ignorantem, ſed ob qualitatem, & culpã materiæ id factum eſſe uidetur. An autem debeat dari reminiſcentia, ut tenebat Plato, non eſt præſentis contemplationis, & propterea in hac parte ad Philoſophos me remitto. Non obſtat ſimiliter, ſcientes, & doctos affligi diuerſis paſſionibus, atque aliquando incidere in diuerſos errores, quia id non contingit culpa ſciẽtiæ, ſed potius eorum deprauata uoluntate; ſiquidem nolunt captiuare eorum intellectum, ſicuti debent, iuxta doctrinã D. Pauli. Nec etiam uolunt obſeruare, fidem nullius eſſe meriti, ubi humana ratio præbet experimentum, & propterea dicuntur incidere in prędictos errores eorum deprauata uoluntate, & non culpa ſcientiæ &c.

An ignorantia ſit naturalis.
Artic. 3.

IGnorantiam eſſe naturalem, experiẽtia docet, ex quo omnes homines naſcuntur ignorantes, atque uiri docti tales reperiũtur aliquando per ſcientiam infuſam, & aliquando acquiſitam. Confirmatur hoc, quia maior pars hominum nec unam, nec alteram habent ſciẽtiã; unde ſi homo à natiuitate actu eſt ignorans, poſtea uerò ſciens, neceſſariò inde infertur, ignorãtiam eſſe naturalem; unde D. Thomas lib. 1. contra Gent. docet, ideò neceſſariam fuiſſe fidem, quia nõ omnes homines poſſunt ſcientiarum ſtudijs operam dare. Secundo dicunt Philoſophi, primos philoſophantes propter admirationem, & ſic propter ignorantiam cæperunt philoſophari. Et propterea inſtituta ſunt diuerſa gymnaſia, iuxta tot. tit. de magiſtr. & de profeſſ. lib. 10. C. ergò &c. In cõtrarium dicimus, homines uoluntariè eſſe ignoran-

Digitized by Google

tes, primo per c.2. de conſti. in 6. & per c. apoſtolicę, de cler. exco. adm. ubi legimus, hominem eſſe aliquã do ignorantem ignorantia craſſa, & ſic uoluntaria, ergo &c. Secundo habetur in ſacris litteris, Deum reliquiſſe hominẽ in manibus ſui conſilij; atque hac fortaſſe de cauſa dicunt Doct. ignorantiam eſſe peccatum; & propterea idem quod ſupra. Pro ſolutione ultra diſtinctiones, de quibus diximus ſupra, eſt ulteriùs animaduertendum, quòd homo dupliciter in propoſito articulo conſiderari debet; Primo ratione propriæ naturę; & ſic eſt ignorans, & imperitus, atque ut dicebat Philoſophus, tanquam tabula raſa, in qua nihil ſit depictum, licèt Plato aliter ſentiat. Quorum Philoſophorum opiniones poſſent conciliari, conſiderando diuerſum hominis ſtatum. Hinc eſt, quòd dicunt quidam Theologi, pueros decedentes tãtùm cum peccato originali, poſt mortem habere aliquam cognitionem. Secundo poteſt idem homo conſiderari ratione potẽtiæ, quam habet ad ſcientiam. Atque ſub tali reſpectu poteſt eſſe doctus, & indoctus, & ſucceſſiuè ignorantia eſſet uoluntaria, ut conſtat etiam ex deductis. Hæc autem concluſio, quòd uidelicet ignorantia ſit uoluntaria, eſt uera regulariter, cum aliquando homo diuerſimodè impeditur, ne ſciẽtiam aliquam acquirere ualeat. Hinc eſt, quòd occaſione huiuſmodi impedimentorum ſæpè excuſatur, aliquando in totum, & aliquando pro parte, ut infra clariùs ſuo loco dicemus. Ex hac diſtinctione non ſolùm habemus, ni fallor, ſolutionem ad articulum, ſed etiam ad obiecta, vt ſupra deducta ad vtramque partem; & propterea non oportet ſpecialiter reſpondere. Solutio iſta facit ad cognitionẽ ſubreptionis ignorantia commiſſæ; Siquidẽ ratione uoluntatis impetrãs reſcriptum ſubreptitium aliquando eſt in culpa, aliquando in dolo uero, uel præſumpto. Aliquãdo uerò neutro iure tenetur, ut infra clariùs ſuo loco dicemus.

An ignorans dicatur contradicere. Art. 4.

SIcut ignorantia producit aliquando actum inuoluntarium, aliquando in totum, & aliquando pro parte, vt paſſim admittunt Doct. & Theologi; ita etiam ignorans uidetur aliquando cõtradicere pro parte, atque aliquando nullo modo, cũ uoluntas tunc non cõcurrat; & propterea in tali caſu ſecundum communem doctrinam, ignorans omnino excuſatur, vt cæteris omiſſis docet Nauar. in conſil. 1. quęſt. 1. in prin. de conſtit. In contrarium tamen eſt text. omnino adnot. in l. in eo iure, ferè in fi. ff. de rit. nupt. ubi legimus, ignorantem rectiùs inuitum dici, quàm qui diſſentit. gloſ. ſuper iſta lege in verbo, diſſentit, quęrit cauſam iſtius propoſitionis; & propterea dicit, quod quamuis quidam teneãt, id non poſſe intelligi, ipſe tamen putat, intelligentiã eius eſſe deſumendam à l. ſi in tres. ff. de arbitr. & à l. duo. ff. de re iudic. Si enim ſentẽtia eſſet ferenda à tribus, unò abſente reliqui nequeunt iudicare, quia præſentia illius potuiſſet eos trahere in aliam ſententiam; & ſic omnes uidentur iudicaſſe. Hæc ſolutio non uidetur undique ſatisfacere, quia licèt illius potẽtia potuiſſet alios trahere in aliam ſententiã,

non

non propterea ſequitur, ob eius abſentiam magis contradicere; Siquidem ſi ſententia non teneret, id cõtingeret ob formam nõ ſeruatam. c. cum dilecta. cum ibi adnot. de reſcript. Vnde dicerem ego, intelligẽtiam dictæ propoſitionis eſſe deſumendam à Logicis, qui nos docent quatuor eſſe genera oppoſitorum, uidelicet contrarietatis, contradictionis, priuationis, & relationis. Quorum ſecundum eſt maius quolibet alio, cum inter affirmare, & negare nullum penitus detur medium; & cum ignorans dicatur negare, atque contradicens aliquid affirmare, ideò ignorans dicitur magis contradicere, cum maior contradictio non appareat ipſa negatione, quæ nihil penitus ponit in eſſe. Reliquæ uerò uidẽtur aliquid in eſſe præſupponere, ſi non aliter, ſaltem indirectè; & propterea, ſicut ignorans magis contradicit, ita ẽt in caſu ſuo dicitur magis inuitus. Hæc ſolutio, ſi non placet, puto tamen me dediſſe occaſionem illam meliùs inueſtigandi; & cognoſcendi, cum apud Doctores aliam obſeruare minimè ualuerim. Intelligentia iſtius articuli eſt admodum utilis, cum aliquãdo dubitetur de qualitate contradictionis, ut uideri poteſt apud Ant. de Butr. in c. fraternitatis. num. 13. & 14. uerſ. de tertia ſpecie, de teſti. Et quemadmodum contingit in materia articulorum, & capitulorum, quæ ſæpè in iudicio proponuntur ad aliquid probãdum, ut adnotat ibidẽ Doctor iſte; ita quoque hoc idem poſſet ſuccedere in materia ſubreptionis, cum ſæpè accidat aliquem impetrare ſecũdum reſcriptum, contra primũ, ut preſupponitur, impetratum, iuxta c. cæterùm. c. Sanctæ Crucis, eo. de reſcript. An autem hæc concluſio poſſit ampliari ad ignorantiam voluntariã, apud me non eſt omnino clarum, cum illa ratione voluntatis veræ, vel præſumptæ, non videatur undique negare, ſed aliquo modo in aliquo aſſentire. At quoniam id eſt admodum difficile reducere ad practicam, ideò ſint iſta ſatis.

Qualis ſit effectus ignorantiæ. Artic. 5.

EFfectus ignorantiæ ſicùt diuerſimodè poteſt cõſiderari; ita quoq; erit multiplex, & diuerſus. Vnde diſputatione omiſſa, atq; diſtinctè procedẽdo, dicimus, ignorãtiã cõſiderari imprimis dupliciter, uidelicet quoad cognitionẽ rerũ, & quoad mores. Primo modo ob ignorantiam oriũtur diuerſæ opiniones; ſiquidem cum ueritas ſit una, & ſit adæquatio rei ad intellectum, ut diximus ſupra quęſt. 1. quilibet ſtudioſus putat ſibi acquiſiuiſſe, ob prædictam adæquationem, ueritatis cognitionem, et ſic quilibet opinatur. Exemplum dari poteſt de uirga in aqua, quæ licèt ſit recta, nonnullis tamen uidetur obliqua. Hinc eſt, quòd conſuetudo aliquando eſt inducta errore, & ignorantia. l. quod non ratione. ff. de ll. & propterea legimus in cãnone, ueritate, diſtinct. 8. manifeſtata ueritate cedat cõſuetudo. Et in can. cõſuetudo. cad. diſt. Conſuetudo ſine ueritate eſt uetuſtas erroris. Hinc eſt etiam, quòd error facti nemini aſcribitur. l. error. C. de iuris, & fact. ignor. & ibi glo. & Doct. Atque actus per errorem factus, dicitur aliquando nullus. l. ſi per errorem & ibi Bartolus & alij.

alij.ff. de iuriſdict.om. iud.& ratio eſt, quia ob ignorãtiam omnia iſta ſuccedunt. Et propterea, quãdo cõtingit, aliquem aliquid mali per errorem committere, veritate cognita, debet corrigi, & emendari, quia error, cui nõ reſiſtitur, approbatur. c.error, & ibi glo.diſt.83.& §.præterea. inſtit. can. de uit. & honeſt. Vnde docent Doct ſuper c.1.de hęret. quod ſi quis errat in fide, & in errore perſiſtat, efficitur hæreticus. Hæc omnia proueniunt à defectu cognitionis, & ſic ob ignorãtiam, licèt inde oriantur etiã mala quoad mores attinet, vt conſtat ex deductis. Cęterùm, vt aliquid ſpecialiter adnotemus de ea, etiam reſpectu morum, dicimus cum D. Gregorio in c.ſciendum, de pœnit.diſt.2.peccata committi aliquando per ignorantiam, & ita intelligimus illius effectum ex hoc capite, ſicuti hoc idem docet D.Thom.p.2.q.76.art.1.& Nauarr. in d. can. ſciendum, vbi atteſtatur etiam de communi. Aliquando verò non cauſat, ſed comitatur, & ſequitur peccatũ, ut docet idem Nauar.lo. cita. & in conſ.1.q.1.de conſtitu. Tunc autem dicitur cauſare peccatum, ut dicit iſte doctor, quando uidelicet illa ceſſante ceſſaret malum. Quæ ignorantia ſi craſſa, & affectata fuerit, denotat dolum præſumptum, ut nouiſſimè docet Maſcard.in d.ſuo ſæpè citato tract. de probatio. concluſ.881.nu.18. Hęc omnia dependent ab ignorantia in communi; Siquidem in particulari ſicùt ignorantia nõ eſt vna, ſed multiplex, ita quoque hoc idem eſt dicendum, ac tenendũ de eius effectu. Et cum non conueniat in præſenti adnotare quemlibet effectum ignorantiæ in ſpecie conſideratæ, ideò iuxta propoſitum inſtitutum ſit ſatis iſta de ea adnotaſſe. Vnum tamen ulteriùs nõ eſt omittendum, quòd ſicùt ignorãtia, eiuſque effectus eſt multiplex, & diuerſus, ut diximus, ita quoq; ſubreptio per ignorãtiam commiſſa, nõ ſemper erit eiuſdem naturæ, & qualitatis. Et ſic una aliquando erit maior altera; & propterea in caſu contingenti oportet diſtinguere, & conſiderare qualitatem ignorantiæ, eiuſque effectus, ut inde commodè intelligere ualeamus grauitatem ſubreptionis per eam, ut præſupponitur, commiſſæ, & ſucceſſiuè quid iuris de ualiditate reſcripti. &c.

An ignorantia excuſet.
Art. 6.

EST cõmunis doctrina, ignorantiam excuſare aliquãdo à toto, & aliquando à tanto, aliquando uerò nullo modo, ut docet D.Tho.in d.quæſt.76.art.3.& Nauarr.in d.conſ.1. atq; ſuper d.can. ſciendum. Henric.Boic.ſup c.is qui, de ſolut. Turrecrem.ſuper diſt.38.in princ. q.2.& Summiſtæ cõmuniter in uerbo, ignorãtia. An autem hoc ſit uerum, & quomodo, cum ſummopere expediat ſcire in iſta materia morali, & pręſertim reſpectu prædictæ ſubreptionis, ideò dicimus primò ignorantiam nunquam excuſare; ſiquidem ſi illa fuerit iuris, ex quo unuſquiſque tenetur illud ſcire l. regula. ff.de iur. & fact.ignor.c.ignorantia.de reg.iur. in 6.& nouiſſimè Menoch.lib.6.de præſumpt. præſumpt.23. num.10. cum pluribus ſeqq. ideò non excuſat. Confirmatur, quia dicit iuriſc.in d.l.regula, quòd qui habet copiam peritorum, poteſt eos conſulere, & ſic

non

Digitized by Google

non excuſatur, meritò &c. Si uerò fuerit facti, tunc, aut illud eſt alienum, & non uidetur facere ad rem propoſitam, cum dicat Philoſophus, non dari conſilium de rebus ad nos non pertinentibus. Aut illud factum eſt proprium, & tunc ignorantia potius dicitur accuſare, quàm excuſare. Et propterea Maſcard. in d. ſuo tract. de probat. concluſ. 636. plenè demonſtrat, quòd ille, qui dicit ſe aliquid feciſſe per errorem, & ſic per ignorantiam, tenetur id probare, & ſic idem, quod ſupra, eſt tenendum. In contrarium facit imprimis communis doctrina, vt ſupra relata, quę confirmatur per vulg. regulam in c. præſumitur, de reg. iu. in 6. quam longo diſcurſu declarat Maſcard. in d. tract. & cōcluſ. 881. per tot. Atque Gabriel in ſuis concluſ. de reg. iu. concluſ. 5. Vbi legimus, ignorantiam præſumi, niſi probetur ſcientia. Qua de re ſi ignorantia præſumitur, ideò dicitur excuſare; & propterea idem Gabriel in d. tit. concl. 6. adnotat, & declarat aliam regulam, quòd videlicet ignorantia excuſat, quam poſtea more ſuo ampliat, & limitat. Ex quibus omnibus, ut concludam, quid ſit tenendum, quantùm tamen facit ad propoſitum articulum, puto regulariter tenendam eſſe hanc concluſionem, quòd ignorantia excuſet agentem, ne ſibi aliquid imputetur. Quæ quidem regula limitatur reſpectu iuris, vt vltra iura, & doctrinas adductas, probat etiam Gabriel. in d. tit. concluſ. 7. per tot. Quam limitationem plenè declarat Menoch. loco ſupra citato. Vnde remanet vera reſpectu facti, cuius ratione cum recipiat adhuc diuerſas limitationes, ideò pro illarum cognitione me remitto ad ea, quę copioſè nos docet Maſcard. in d. concluſ. 887. per tot. & Menoch. in dicta pręſumpt. 23. nu. 31. 32. cum plur. ſeqq. Quibus omnibus ſic obſeruatis, non ſolùm habemus, ni fallor, quid ſit dicendum ad articulum propoſitum, ſed etiã quomodo obiecta ad vtramque partem adducta, conciliari ualeant; ideò non uidetur neceſſarium ad illa ſpecialiter reſpondere; ſiquidem in communi per deducta clarè cōſtat, qualis debeat eſſe prędicta conciliatio. In particulari uerò eſt recurrendum ad prædictas doctrinas, in quibus per uiam ampliationis, & limitationis habetur, quid eſſet de iure dicendum in quolibet caſu in contingentia facti; & propterea iſta ſint ſatis.

Qualis ſit excuſatio ignorantiæ. Artic. 7.

QValis ſit ignorantiæ excuſatio, commodè ſciri nequit, niſi ſimul ſciamus, quando, et quomodo illa excuſet; unde, ut primo adnotemus, quid alij nos doceant, D. Thom. in d. q. 76. art. 3. docet, tunc ignorantiam excuſare à toto, quando in totum cauſat actum inuoluntarium. Sed ſi non totaliter id contingeret, quod cauſatur aliquando ex parte rei ignotæ, cū homo ignoret aliquam circunſtantiam ipſius facti, aliquãdo uerò ex parte ignorantiæ, cum illa ſit quandoque omnino uoluntaria; & aliquando ſecùs Héric. Boic, & Gabriel in loc. ſupra cita. atque alij Iuriſtę non demonſtrant formaliter, quid ſit dicẽdum de articulo propoſito, ſed ſolùm docent, licèt doctè, & diſtinctè, an, & quando ignorantia excuſet,

Digitized by Google

ſet,unde non uidetur propterea ſatisfactum quæſito, Io. de Turrecre. in lo. ſupra cita. methodicè demonſtrat, quid iuris de re propoſita. Cuius doctrina cum ſit omnino notáda, ideò una cum eo dicimus, ignorantiam aut eſſe iuris, aut facti: ſi iuris, aut naturalis, & diuini; aut humani: ſi naturalis, & diuini, aut eſt cauſata à culpa, aut ſine culpa, aut ſimpliciter conſideratur, ut contingit in infantibus, & ſimilib. in quibus regulariter excuſat à toto ob defectum vſus rationis, qui ſi in totũ non eſſet ſublatus, excuſaret ſolùm à tanto; ſi uerò illa fuerit cum culpa, aut id eſſet circa rem licitam, quia tali rei operam dando, inde orta fuit ignorantia, ut exempli gratia, ob ieiunium, & tunc excuſaret ſimiliter à toto, quia in tali caſu culpa illa non denotat malum. At ſi talis culpa ſucceſſiſſet circa rem illicitam, tunc excuſaret ſolùm à tanto. Ex quibus infertur, ignorantiã aliquando eſſe inuincibilem, aliquando uerò, ſaltem ſecũdum quid, uincibilem; & propterea adnotat vlterius iſte doctor, quod quando ignorantia eſt uincibilis, conſequenter eſt uoluntaria; unde ſi non eſſet affectata, excuſaret à tanto. At ſi illud ius fuerit humanum, regulariter illius ignorantia ſolùm excuſat eos, qui non tenentur tale ius ſcire, ut ſunt minores, atque ſecundũ unam opinionem etiam illi, qui tractant de damno euitãdo, ut uideri poteſt apud Dinum in regula ignorantia, nu. 17. de reg. iur. in 6. Ex quibus cĩbus intelligimus, ni fallor, quando, & quomodo ignorantia excuſet, & ſucceſſiuè, qualis ſit predicta eius excuſatio, quoad ius attinet. At ſi illa fuerit facti, dicit iſte doctor eſſe animaduertendum, quia aliquãdo eſt cauſa facti, aliquando uerò concomitatur illud. Primo modo præſuppoſito, adhibitã eſſe omnẽ diligentiam, illa tamen non obſtante, ignorantia cauſauit tale factũ, tũc excuſaret à toto; ſecùs uerò ſi prædicta diligentia adhibita non fuiſſet. At ſecundo modo, ſi iſte, qui tale factum commiſit, poſt illud ueritate cognita, non doleret, tunc non excuſaretur. Hæc doctrina licèt ſit oĩnò obſeruanda, tamen quoad ignorantiam facti iudicarem cum tali diſtinctione poſſe fortaſſe meliùs reſponderi, ut dicamus, quòd ipſe agens, aut antea adhibuit debitam diligentiam, aut non adhibuit. Primo modo, ſi illa non obſtante, nihilominus ignorantia aliquid mali commiſit, tunc conuenit iuri, & rationi, ut excuſetur à toto. At ſecundo modo, ſi id non fecit, quia noluit, aut quia non potuit, ulterius eſt diſtinguendum, an videlicet errauerit circa factum ipſum, aut circa aliquã illius circumſtãtiam; ob hanc enim uarietatem neceſſariò uidetur concludendum, ignorantiam excuſare aliquando à toto, aliquando à tanto, & aliquando nullo modo. Quid autẽ ſit excuſare à toto, uel à tãto, preſuppono huiuſmodi terminos eſſe notos; ſiquidẽ ob excuſationem à toto, nihil penitus mali poſſet imputari; ſecùs uerò ob excuſationem à tanto. Et ſic, ni fallor, ſolui, & intelligi debet articulus. Quæ oĩa ſunt omninò animaduertenda, cum deſeruiant ad intelligentiam ſubreptionis. Siquidem ſicut ignorantia excuſat aliquando à toto, & aliquando à tanto, atque aliquando nullo modo, ita quoque reſcriptum ſubreptitium, per ignorantiam obtentum, aliquando teneret in totum, aliquando ualeret pro

parte,

parte, & aliquando eſſet omnino nullum, ut clarè conſtat ex deductis, tam in præſenti, quàm etiam in præcedentibus &c.

Circa quam materiam ignorantia excuſet. Art. 8.

ARticulus iſte præſupponit, ignorantiã circa materiam unam excuſare, circa aliam uerò accuſare; vnde, per oppoſitum homo tenetur de quibuſdam rebus ſcientiã habere, de alijs uerò ignorãtiam. Hoc idem cõfirmari poſſet per regulam ſupra adnotatam in c.6. In contrarium tamen facit talis ratio, quòd ſi homo teneretur quarundam rerum habere ſcientiam, aut illæ eſſent diuinæ, aut humanæ; non de diuinis, quia de illis habemus fidem; ideò aliud non eſt quærendum; & propterea non licet de fide diſputare, l. nemo. C. de Sum. Trini. D. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 7. Nau. in conſ. 17. de Hæret. Nõ de humanis, quia cũ illę ſint ordinatæ ad hoĩs vtilitatem, conſequenter in eius arbitrio debet eſſe, de eis ſcientiam habere, Arg. l. pen. C. de pact. Cæterùm tali ratione nõ obſtãte dicimus, quòd ſicut rerum quædam ſunt homini neceſſarię ad bonum, & fœlicitatem conſequendam, quædam ſunt eidem in totum damnoſæ, cum ipſum retrahant à dicta fœlicitate; quædã deniq; ſunt indifferentes, ſecundũ quod bene, uel male applicantur, ita quoque de primis tenetur omnino ſcientiam habere, de ſecundis uerò ignorantiam; de reliquis deniq; dicitur eſſe in poteſtate eius illas ſcire, uel ignorare. Hinc eſt, quod homo ſtatim ꝙ peruenit ad vſum rationis, tenetur ſcire Deum, & ei ſeruire, ut Theologi nos docent, & præcipuè Franciſ. à Victoria in ſua docta relect. de homi. poſtquam perue. ad vſ. ra. Hinc eſt etiam, quòd vnuſquiſque tenetur regulariter ſcire iura, ut ſupra quoque diximus. Hanc diſtinctionem probat etiam tex. in l. 1. ff. de ll. ubi cauetur, proprium legis eſſe præcipere honeſta, & prohibere contraria, & Propheta dicebat, Recede à malo, & fac bonum. Quibus authoritatibus præcipitur, & reſpectiuè prohibetur ſcientia, atque ignorantia. Et ſic intelligimus, in qua materia ignorantia excuſet, & in qua accuſet. In ſpecie autem quæ, & qualis ſit illa materia, cuius cognitionem, & ignorantiam habere, & reſpectiuè uitare debeamus, quãtum facit ad propoſitum inſtitutum, ſatis clarè cognoſci poteſt ex his, quæ diximus ſupra, art. 2. Vnde nõ oportet hic aliud animaduertere, cum inde habeamus etiam, qualis ſit illius excuſatio, atque accuſatio. Reducendo autem hæc omnia ad intelligentiam ſubreptionis propoſitæ, dicimus, materiam iſtam eſſe, meo tamen iudicio, aliquando quid iuris, aliquando uerò quid facti. Quæ diſtinctio ideò eſt adnotanda, quia ſimiliter ſubreptio ad iſta duo capita poteſt reduci. Et propterea in caſu ſupplicationis tenetur quis ignorãtiam euitare, utriuſque, uel alterius capitis ſecundum qualitatem facti contingentis, ad hoc, ut ſimiliter ſubreptio euitetur. Quoad obiectum attinet, non requiritur ſpecialis reſponſio, cũ per deducta notoriè conſtet, ignorantiam aliquando neceſſariò eſſe euitandam; aliquando uerò ſecùs. Et ita per hæc habemus, quid eſſet dicendum ad articulum propoſitum &c.

Digitized by Google

An, & quomodo ignorantia excuſet in materia reſcriptorum.
Artic. 9.

QVoniã ex deductis in præcedẽtibus atticulis, ſatis clarè infertur, & cognoſcitur, ignorantiã in materia reſcriptotum excuſare aliquãdo in totum, aliquando à tanto, & aliquando nullo modo, atq; hac for taſſe de cauſa ſtatutum legimus in d.c. ſuper litteris, eod. de reſcr. reſcriptum ſubreptitium ignorantia obtentum, aliquando tenere in forma cõi, & aliqñ nullo modo. Dubitari tñ poſſet, an iſta illatio ſit ſemper uera, & ratio eſt, qa aliud eſt cõſiderare ignorãtiã quoad peccatũ, et aliud quoad ualiditatem actus; Primo enim modo requiritur uoluntas, ſine qua peccata, & delicta nõ committuntur. ca. 1. 15. q. 1. l. qui iniuriæ. ff. de furt. Alex. conſ. 103. num. 3. uolu. 1. & c. cùm uoluntate. de ſenten. excomm. cum ſimil. At ſecundo modo, ſatis eſt non eſſe ſeruatam formam, & ſolemnitatem eſſentialẽ, & ad actum requiſitam, iuxta l. non dubium, C. de ll. ca. cum dilecta, de reſcr. & ibi Doct. communiter, præcipuè uerò Feli. eſt omnino adnotandus. Quid igitur dicendum? Puto quòd cum diſtinctione cõueniat reſpondere ad articulum propoſitum; ſiquidem reſcriptum ita debet conſiderari, ut illius ſubreptio committatur aliquando dolo, aliquando culpa, aliquando uerò ſine dolo, & culpa. Ex qua diſtinctione inferri poſſent tres concluſiones ad mentem Pont. in d. Decret. ſuper litteris. Quarũ prima eſt, ſi reſcriptum fuerit impetratum doloſa ſubreptione, in totum erit nullum. Secunda uerò, ſi reſcriptum fuerit obtentum ſubreptione culpæ, ualebit pro parte, & ſic in forma communi, ut in d. tex. legimus. At ſi ſubreptio prædictá nec dolo, nec culpa commiſſa fuerit, tunc reſcriptum in totum ualebit. Quæ quidem vltima iuris concluſio, licèt regulariter ſit uera, aliquando tamen eſt limitanda; idque contingit, quando ignorantia, qua ſubreptio pręſupponitur cõmiſſa, fuiſſet talis, ut forma impetrationis, & ſupplicationis non fuiſſet vndique ſeruata, ſed in aliqua parte erratum, cuius erroris cauſa, reſcriptum non eſſet vndique integrum, iuxta tradita per Doctores, & præcipuè per Feli. in d. c. cum dilecta. De qua re, quoniam etiam infra ſumus dicturi, atq; ex ſupradictis habetur etiam, quid vlteriùs poſſet in hac parte adnotari, ideò pro ſolutione iſtius propoſiti articuli, iſta uidentur ſatis.

An, & quomodo ignorantia, & ſimplicitas ſint idem.
Artic. 10.

SImplicitatem, & ignorantiam eſſe idem in materia præſertim ſubreptionis, probat tex. in d. c. ſæpè citato, ſuper litteris. Vnde nõ uidetur neceſſarium adnotare, quomodo iſti termini inter ſe conueniant, uel differant, eoque minus, quo Doct. ſuper d. ca. uidentur præſupponere prędictam identitatem, quoad rem propoſitam attinet. His accedit, quòd cognito, quomodo inter ſe differant, cognoſcitur etiam, quomodo inter ſe conueniant. At quoniam eorum differẽtia habetur ex cognitione definitionis cuiuslibet termini, de qua diximus ſupra q. 1. ideò inde cognoſcitur etiam qđ

facit

facit ad rem propoſitam. Ad maiorem tamen cognitionem debemus hic vlteriùs obſeruare tres terminos, illorumque effectus. Quorum vnus dicitur ignorantia, alter ſimplicitas, & tertius ruſticitas. Vnde ſicut ignorantia in materia ſubreptionis aliquando excuſat à toto, aliquando à tanto, & aliquando nullo modo, ut ſupra diximus; ita etiã hoc idem eſt dicendum de ſimplicitate, & ruſticitate. De ruſticitate vltra id, quod adnotari poteſt arg. eorum, quæ de ignorantia ſunt deducta, eſt uidendus Menoch. lib. 2. de Arbitr. iudi. caſ. 194. & Maſcard. in d. ſuo tracta. de probat. cõcluſ. 1285. De ſimplicitate uerò uidendus eſt idem Menoch. in d. lib. caſ. 193. Cauſa autem æquiparationis iſtorũ terminorum illa uidetur eſſe; Primo, quia ſimplicitas, & ruſticitas continent ignorantiam; Siquidem docet Maſcard. lo. cita. ruſticum regulariter pręſumi ignorare. Atque hoc idẽ uidetur dicendum de ſimplici ob identitatem rationis. Secundo, quoniam ſicut ignorantia habet latitudinem, & gradus, ut notoriè cõſtat ex deductis in præcedentibus articulis, ita etiam hoc idem eſt dicendum de ſimplicitate, & ruſticitate. Qua de re ſi regulariter ignorans, ſimplex, & ruſticus poſſent errare circa iuris diſpoſitionẽ, multò magis circa facta. Qua quidem cauſa æquiparationis ſimplicitatis, ruſticitatis, & ignorãtiæ ſic cognita, quantum tamen attinet ad materiam ſubreptionis, inde tamen inferri poteſt, quòd quemadmodum reſcriptum ſubreptitium, ignorantia obtentum, aliquando eſt ualidum in totum; aliquando uerò eſt nullum, & ſic aliquando in totũ, & aliquando pro parte, ut ſupra demonſtrauimus; ita quoque hoc idem eſt tenendum de reſcripto ſubreptitio obtento ſimplicitate, uel ruſticitate, ſtãte uera dicta æquiparatione, atque rationis identitate &c.

Quomodo ignorantia probetur. Artic. 11. & vlt.

POſſet quis me reprehendere, ſi uellẽ hic aliquid adnotare circa modum probandi ignorãtiam, cum Maſcardus in d. ſuo ſæpè cita. tract. de proba. concl. 879. 880. 881. & Menoch. in d. tract. de præſump. d. præſumptione 23. lib. 6. copioſè id nos doceant. Vnde id animaduertere, eſſet lumen Soli addere. Cæterùm, ne articulus iſte, in re propoſita admodum neceſſarius, intactus relinquatur, puto animaduertendum, methodicè tamen procedendo, quòd cum ſcientia, & ignorantia conſiſtant in animo, & propterea probentur iuramento, capitulo nulli. in fi. de elect. in 6. Senat. Pede. in ſua antiq. deciſ. 71. ideò uia directa probari nequit. Quoniam autẽ, quæ ſunt in animo, nõ cognoſcuntur, niſi per ſigna, ut docet Philoſophus, & probat textus unà cum glo. in c. tuæ fraternitatis. de ſpõſal. atq; Lap. in ſua allega. 56. cũ ſimil. ideò in particulari hæc ſigna adnotãtur à Doctoribus ſupra adduct. In vniuerſali uerò, & ſic methodicè à qualitate facti contingentis, illiuſque circũſtantijs, meo iudicio, ſunt deſumenda, & ut exemplo hanc rem demonſtremus, ſi quis impetrat reſcriptũ ſubreptitiũ, & dubitetur, an ignorãtia, & quali illud impetrauerit, arg. c. ſicut, de homi. oportet animaduertere; Primo, qs impetrauit; ſiquidẽ ſicut perſona iſta eſt diuer-

ſa, ita ēt diuerſa deſumitur cōiectura, iuxta c. illo uos, cum ibi adnot. de pignor. Secundo, ſi reſcriptum fuerit impetratum contra aliquem, ſimiliter etiam conuenit conſiderare qualitatem illius perſonæ. c. pen. & ibi glo. & Docto. de his, quæ ui, met. cauſa. Tertio eſt conſideranda cauſa ſupplicationis, cum illa ſit potiſſimum medium aliquid cognoſcendi, argum. ca. ut debitus, de appel. Quarto eſt vlteriùs animaduertendum, quomodo, quibus medijs, quando, & ubi quis impetrat reſcriptum; ſiquidem ſicut huiuſmodi circumſtantiæ aliquando diminuunt, ſeu reſpectiuè augent delictum, ita etiam inde deſumūtur ſigna cognoſcendi prædictam ignorantiam, eiusq́ue qualitatem, grauitatem, ſeu leuitatem, atque hac de cauſa legimus in c. 1. de præſumpt. eum præſumi malo animo aliquid feciſſe, qui malum aliquod committit, ut etiam Doct. ibidem id adnotant; & propterea ego ſemper fui illius opinionis, quod cognitio circumſtantiarum ſemper ſit neceſſaria in materia morali, & præſertim in iſta materia ſubreptionis, cum ab illis actus moralis eſſentialiter dependeat, tanquam ex tota cauſa, iuxta tex. in cano. non eſt ſatis, diſtinct. 86. Facit l. 1. ff. de orig. iu. cum ſimil. &c.

QVAESTIO XI.

De reſcripto continente vnum, vel plura capita. Artic. 7.

HActenus uidimus, quę ſimpliciter erant animaduertēda circa propoſitam materiam de ſubreptione, & cum reſcripta contineant aliquando vnum, & aliquando plura capita, & propterea ſubreptio committi poſſet aliquando in uno, & non in altero, ideò expedit videre, & aliquid adnotare etiam de huiuſmodi reſcriptis. Qua de re circa quæſtionem propoſitam, uidendum eſt, uidelicet.

Primo, An ſit eadem ratio, ſi reſcriptum contineat unum, vel plura capita.

Secundo, An reſcriptum continens plura capita, ſi in uno ſit ualidum, uel inualidum, ſit tale etiam in altero.

Tertio, An ſeries cuiuslibet capitis non narrata, uel aliter prætermiſſa, vitiet reſcriptum in totum, uel pro parte.

Quarto, An circumſtantiæ cuiuſlibet capitis ſint narrandæ.

Quinto, An ſicut plura ſunt capita, ita etiam plures ſint ſeries facti.

Sexto, An ſit eadem ratio de ſerie facti quoad lites, & quo ad gratiam.

Septimo, An ſubreptio poſſit per aliquam cauſam euitari &c.

An

An ſit eadem ratio, ſi reſcriptum contineat vnum, vel plura capita. Artic. 1.

SI illa iuris propoſitio eſt uera, qua cauetur, quòd ubi militat eadē ratio, debet etiam militare eadem iuris diſpoſitio, iuxta l. illud, & ibi glo. in uerbo, æſtimari. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio, & ibi ſimiliter glo. ſi. ff. de ueib. obligat. ſequitur inde, idem ius eſſe omnino ſeruandum in reſcripto continente plura capita, quod ſeruari debet in reſcripto continente tantum caput unum; ſi quidem in quolibet eorum poteſt committi ſubreptio, aliquando dolo, & aliquando ignorantia, iuxta ea, quæ ſupra diximus. Secundo ſicùt ùnum reſcriptum eſt aliquando undique ualidum, aliquando uerò nullum in totum, uel pro parte, ut ſupra demonſtrauimus, iuxta deciſionem text. in d. c. ſuper litteris, eod. de reſcript. ita quoque hoc idē puto dicendum de reſcript. continente plura capita. Tertio ſicut ſubreptio in reſcripto, ſimplici committitur aliquando circa ſubſtantiam negocij principalis, aliquando uerò circa illius accidētia, & circumſtantias, ut ſupra demonſtrauimus; ita etiam eodem modo illa cō mitti poteſt in reſcripto continente plura capita; & propterea omnia iura, & doctrinæ, ſupra in propoſita materia de ſubreptione adductę, uidentur indifferenter uerificari in utroque reſcripto. Hinc eſt, quòd Doct. non dubitant, an eiſdem modis committatur ſubreptio in reſcripto continente plura capita, ſed ſolum quærunt, an, quando, & quomodo illa in uno capite prædicti reſcripti commiſſa, uitiet illud etiam in alijs, ut uideri poteſt apud eos, ſu per c. ſedes, eod. de reſcript. ubi præcipuè Abb. num. 4. cum ſeq. De qua quidem dubitatione quoniam nos in ſequenti articulo ſumus dicturi, ideò in pręſenti ultra prędicta ſit ſatis id tantum addere, quòd aliquando factum unum reſpectu alterius ſapit naturam accidentis, iuxta l. uerum, ff. de furt. ubi legimus, non factum, ſed cauſam facti eſſe conſiderandam, & quærendam; & propterea, licet facta ſint diuerſa, aliquando tamē unum eſt acceſſorium ad alterum, & ſucceſſiuè in tali caſu articulus iſte eſſet de indubitabili. At ſi huiuſmodi facta uenirent conſideranda ſub alia ratione, tūc aliud quoque eſſet dicendum. Et cum talis conſideratio ſit explicanda in ſequenti articulo, ideò iuxta inſtitutum propoſitum pro ſolutione iſtius propoſiti articuli ſint iſta ſatis.

An reſcriptum continens plura capita, ſi in vno teneat, vel non, eiuſdem iuris ſit cenſendum in altero. Art. 2.

SÆpè contingit in practica, aliquem impetrare reſcriptum continens plura capita, atq; in uno committitur ſubreptio, ſecùs in altero; ideò dubitatur, & quæritur, quid iuris. Ad cuius articuli utilitatem, & maiorem intelligentiam, ut per oppoſita uideamus, quid ſit tenendum, primo uidetur de iure dicendum, tale reſcriptum ſimpliciter, & in totū eſſe nullum, per c. pura. 3. quæſt. 9. ubi legimus deciſum, teſtimonium in totum eſſe falſum, ſi teſtis aliquid addat de ſuo. Confirmatur per l. 1. ff. de fid. inſtru. & per ca. ſi ad ſcripturas.

pturas.diſt.9. & ratio eſt, quia dicit Iuriſc.in l.2.ff. eod. quòd ſcriptura calumnioſa in iudicio non facit fidem, meritò &c. Secundo utile per inutile uitiatur. c.1.diſt.16.& proprerea læſio ultra dimidium uitiat totam mētionem. l.2.C.de reſcind. uendi.c.cum dilecti, & c.cum cauſa, eod.de empt. ergo idem quod ſupra. Tertio ſicut damnato authore, damnantur omnia eius opera, quãuis quędam ſint utilia, ca. Fraternitatis.de hæret. & ibi Doct. Abb.in c.fi.in fi.de Sum. Trin. Ita etiã hoc idem uidetur dicendum de articulo propoſito. Quarto ſententia ſæpè reſcinditur ob falſum inſtrumētum, uel teſtimonium.l.3. & per totum tit. C. ſi ex falſ. inſtru. non diſtinguendo, an falſitas ſit commiſſa in uno uel altero capite; ergo hoc idem eſt dicendum in caſu propoſito. Quinto ſi unus ex pluribus condemnatis appellat, appellatio prodeſt omnibus.l.1.& 2.C.ſi unus ex pluribus appellauerit. Et ad hoc facit ēt tex.in c. ſecũdò requiris.eo.re mota enim uel reſpectiuè admiſſa appellatione in uno articulo, dicitur etiam remota, uel reſpectiuè admiſſa in alijs; & proprerea idem, quod ſupra, uidetur dicendum. Sexto hæc omnia confirmari poſſent per uulg. regul. ſemel malus, de regul.iu.in 6. Si quidem quando quis commiſit malum in uno capite, pręſumitur etiam illud commiſiſſe in alijs, meritò &c. In contrarium ueriùs eſt de iure reſpondendum; Primo quia, ſicut reſcriptum ſubreptitium tenet aliquando in forma communi, & quoad formam ſpecificam dicitur nullum. d.c.ſuper litteris, eod. de reſcript. ita etiam hoc idem uidetur dicendum in quæſtione propoſita. Confirmatur, quoniã etiam compromiſſum tenet aliquãdo pro parte, & pro parte eſt nullũ. c.cum tempore, & ibi Doct. de arbitr. Hoc idem legimus de trãſact. l.pen. C. de tranſact. & ibi Docto. meritò &c. Secundo idem probat tex.in c.contingit, de fid. inſtrum. vbi expreſsè deciditur, quòd quando quis petit copiam alicuius priuilegij, illud tantum capitulum erit edẽdũ, de quo fuerit quęſtio, & proptерea idem, quod ſupra, eſt dicendum. Hoc idem confirmari poteſt per tex.in c.ſedes. eodem, de reſcr. Tertio ad hęc omnia accedit etiam ratio naturalis; ſiquidem ſicut alteri per alterum non debet iniqua cōditio inferri, l.nõ debet alteri.ff.de reg.iu. Ita etiam hoc idem uidetur dicendum de quæſtione propoſita, quia ſi ſecùs eſſet, alterum caput læderetur per alterum, quod repugnat rationi. Pro ſolutione eſt imprimis animaduertendum apud Docto. eſſe in controuerſia, quid ſit tenendum de re propoſita, prout eam nouiſſimè refert, & examinat Menoch. lib.5. de præſumpt. præſumpt.21.per tot. Et Maſcar.in ſuo tract. de probat. concl.742. quibus in locis plenè declaratur articulus iſte per diuerſos caſus, atq; per ampliationes, & limitationes. Hoc idem, eademque methodo nos docet Felin.in c.ſedes.nu.3.cum plur. ſeqq. eod.de reſcript. Atque ob hãc fortaſſe cauſam obſeruant practici, ut puto, in productione alicuius inſtrumenti, producendo illud in parte, & partibus pro ſe facientibus, & non aliter. De qua cautela, & clauſula plenè pertractãt Docto. & præſertim idem Felin.in c.cum venerabilis, de except. Licèt autem ad hæc loca eſſet recurrendum in contingentia facti, ne tamen intacta relinqua-

linquatur ſolutio propoſitę quęſtionis, ideò dicimus, quòd Doctores ſolent communiter diſtinguere, an prædicta capita ſint diſtincta, & inter ſeſe ſeparata, uel potius habeant ad inuicem aliquid connexionem, ut apud eos uideri poteſt ſuper d.c. Fraternitatis, de hæreti. ubi præſertim Panorm. Barth. Brixien. in ſuis quæſtionibus Vener. quæſt. 50. Barto. in d.l. pen. C. de tranſact. & Oldra. in conſ. 34. cum ſimil. Vnde ut nunc breuiter referam, quid meo iudicio ſit tenendum, iudicarem cum diſtinctione eſſe omnino reſpondendum; ſiquidem quamuis reſcriptum in uno capite ſit uerũ, & in altero falſum, conſiderari tamen debet, unde hæc falſitas oriatur, quia ſi id cõtingat ex parte Notarij, non uidetur eſſe præſentis cõtẽplationis, de ea pertractare, quoniam de requiſitis ad publicum inſtrumẽtum multa nos docẽt Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in ca. 1. de fid. inſtrum. vbi præſertim Abb. eſt omnino uidendus. Si uerò prædicta falſitas commiſſa fuerit ab ipſo ſupplicante, tũc ulteriùs eſt diſtinguendum, an uidelicet id factum ſit dolo, vel ignorantia, quia ſi dolo, placeret totum reſcriptum eſſe nullum per ea, quæ ſupra diximus; cum fraus, & dolus nemini patrocinari debeant. iur. ſupra adduct. At ſi ignorantia, tũc ultra diſtinctionem ſupra adnotatam de ſubreptione ignorantia commiſſa, placeret etiam diſtinctio Doctorũ ſupra relata de connexione dictorum capitum; ſi quidem ſicùt reſcriptum ſubreptitium, ignorantia obtentum, tenet aliquando in forma communi; ſecùs verò in forma ſpecifica, vt dicit text. in d.c. ſuper litteris: ita quoque hoc idem eſt dicendũ de reſcripto ſubreptitio in uno capite tãtum, per ea, quę ſupra ſunt deducta. Per quas quidem diſtinctiones cum habeamus, ni fallor, quid ſit de iure dicendum pro ſolutione iſtius articuli, vltra ea, quæ nos docent Docto. loco ſupra citato, reliquum eſt modo, ut reſpõdeamus ad obiecta, ad quæ, licet in cõmuni reſpõderi valeat, cum per dictas diſtinctiones illa cõciliari poſſint, ad maiorem tamen intelligentiam dicimus; Ad primum, quòd ſi teſtis adderet in eius depoſitione aliquid de ſuo, dolo, & fraude, tunc argumentum poſſet uerificari, cum in tali caſu tanquam criminoſus eſſet reijciendus, iuxta text. in c. teſtimonium. cum ibi adnot. eod. de teſtib. Si uero id feciſſet ſimplicitate, & ignorantia, tunc argumentum ueniret limitandum, atque hoc modo iura iuribus concordarent, iuxta c. cum expediat. de elect. in 6. cũ ſimil. Ad ſecundum verò reſpondetur, argumentum aliquando verificari, vt ſatis clare cognoſcitur ex deductis; & propterea non debet obſtare. At ad tertiũ uidetur eſſe cum diſtinctione reſpondẽdum, de qua diximus in ſolutione primi argumenti, cum aliud ſit, aliquem eſſe hæreticum dolo, vel ſuſpectum de hæreſi ob ignorantiã. Nũc ad quartum dicimus, regulariter uerum eſſe, ſententiam poſſe reſcindi ob falſum inſtrumẽtum, ſeu teſtimoniũ, vt in dictis iuribus cauetur. Quæ quidem regula limitatur aliquãdo, & præſertim, quando dicta capita eſſent ad inuicem ſeparata, prout habetur in locis ſupra cita. & propterea argumẽtum non videtur obſtare. Ad quintũ verò dicimus, qđ iura in contrarium adducta, præſupponunt cauſam eſſe cõmunẽ;

vnde

vnde à contrario ſenſu ſecùs eſſet dicendũ, ſi illa non eſſet talis. Hinc infertur, idem eſſe, capita prædicta eſſe vnita, & habere ad inuicẽ aliquam communionem. Ad vltimum deniq; reſpondetur, illud poſſe verificari, quando quis malũ dolo commiſiſſet; ſecùs verò ſi ignorãtia, cum minus peccet quis ignorãtia, quàm dolo, & fraude, vt conſtat ex deductis in alijs quæſtionibus &c.

An ſeries cuiuslibet capitis prædicti Reſcripti realiter non narrata, uel aliter quam oportebat, vitiet illud in totum, vel pro parte. Art. 3.

SI in mteria morali eſſent caſus definiẽdi per uiam argumẽtorum, non oporteret longo diſcurſu demõſtare, quid iuris de articulo propoſito; ſiquidem ſupra concludenter oſtenſum fuit, ni fallor, ſeriem facti eſſe omnino narrandam, ad euitandam ſubreptionem. Qua de re, ſi hoc eſt verum ſimpliciter, & in genere, ſequitur idem eſſe tenendum in quæſtione propoſita, & ſic in ſpecie; quod enim competit generi, competit etiam ſpeciebus ſub illo contentis, ut nos docent logici. Cæterùm ad mentem Doctorum ſuper c. ſedes. eod. de reſcr. vbi præcipuè Abb. & apud eum not. addi. puto ita eſſe diſtinguendum, quòd hæc facta, de quorum ſerie dubitatur, conſiderari debent dupliciter; Primo ſimpliciter, & ſic quælibet ſeries eſſet narranda; aliter enim cõmitteretur ſubreptio, per ea, quæ diximus ſupra in propria quæſtione, & articulo. Secundo comparatiuè, & ſic diuerſimodè, quia aliquando factum vnum habet connexionem cum alio, propter quam multò magis talis ſeries videtur eſſe de iure fideliter narranda; quia ſi ſubreptio committeretur in vno facto, ob prędictam connexionem, omnia uitiarentur, aliquando in totum, & aliquando pro parte ſecundum grauitatem ſubreptionis, iuxta ea, quæ diximus in præcedenti articulo, de quo vitio, & nullitate etiam infra ſuo loco ſumus dicturi. Hæc autem connexio ſub duplici reſpectu reperiri poteſt. Primo, quatenus quodlibet factum retinet propriam naturam, argumento c. translato, cum ibi adnot. de conſti. & tunc ſine dubio prædicta concluſio videtur omnino uerificanda. Secundo, quatenus factum vnum eſt ordinatum ad aliud; & propterea habet rõnem accidentis, argumento l. uerum, & l. fullo, la prima. §. 1. ff. de furt. Atq; in hoc caſu ſicut dicitur mutare naturam; ita etiam aliud uidetur obſeruandum in eius narratione. At ſi inter factum, & factum nulla reperiatur connexio, tunc ſicut ſeries facti eſt narranda in uno caſu, ita etiam & in altero, ob identitatem rationis. Atque in hac parte uerificatur id, qđ diximus ſupra in principio; ſiquidem ſi ſubreptio committeretur in uno, & non in altero facto, tunc ſimiliter reſcriptum eſſet uitioſum, & nullum in uno, & non in altero, ut diximus in præcedenti articulo. Ad hæc omnia puto addendum, quod nos docet Abb. in d. c. ſedes. num. 4. Quòd uidelicet cum preces contineant diuerſa facta, & propterea facilè ſit in eis, uel altero eorum ſubreptionem cõmittere, ideò, ſicùt illa committitur aliquando tacendo, & aliquando narrando, & quæ in narrando com-

Digitized by Google

committitur, eſt grauior, cum delictum commiſſionis grauius ſit delicto omiſſionis, ut demonſtrauimus ſupra ſuo loco; ita etiam grauiùs eſſet de iure punienda ſubreptio in committendo, quam in omittendo, ut clariùs infra ſuo loco dicemus. Ruſus ſubreptio commiſſa in uno facto, eſt aliquando cauſa, propter quam reſcriptum conce datur in omnibus. Ex quo ſequitur, quòd cum illa recipiant connexionem à tali cauſa, totum propterea reſcriptum redderetur uitioſum, cũ poſita cauſa, ponatur effectus, & illa ceſſante, ſimiliter effectus dicitur ceſſare. cap. cum ceſſante, cum ibi adnot. de appell. & ita ex his habemus, ni fallor, ſolutionem, & intelligentiam iſtius articuli &c.

An circumſtantiæ cuiuſlibet facti ſint narrandæ. Artic. 4.

DEmonſtrauimus ſupra ſecundum communẽ doctrinam, quòd ad euitandam ſubreptionem non tantum debeat narrari ſubſtantia ipſius facti, & negocij, ſed etiam illius accidentia, & circumſtantiæ. Ex quo ſequitur in articulo propoſito, illud idem eſſe obſeruandum. Cęterùm id uidetur negocium facere, quòd licèt preces plura contineant facta, unum tamen uidetur principale, reliqua uerò accidẽtia poſſent reputari; & propterea non uidetur abſolutè neceſſarium, circumſtantias cuiuslibet facti narrare, niſi quatenùs reſpiciant id, quod eſt, vel uidetur eſſe principale. Cæterùm ad mentem Pontificis in c. ut circa, §. 1. de elect. in 6. omnia, & ſingula in inſtrumento appellationis ſunt narranda, ut illius uerbis vtar. Rota autem Ro. in ſuis antiq. deciſ. tit. de reſcr. deciſ. 4. in fi. adnotat ad mentem Inno. in c. ex litteris. de offi. deleg. non eſſe neceſſarium ita exactè de ſtatu cauſæ mentionem facere, & propterea docet Pius V. in quadam ſua extrauag. ad obtinendam diſpenſationem matrimonialẽ non eſſe neceſſarium mentionem facere de quolibet gradu conſanguinitatis, ſed ſatis eſſe de vlteriori verba non prætermittere. Et eadem Rot. eod. tit. deciſ. 7. docet, quòd quando in commiſſione plura continentur capita, ſi ex veris narratis poteſt ſe qui effectus, valet commiſſio. At ſi vnum veniret qualitatiuè ad aliud, tunc vtrumque erit probandum, & ſucceſſiuè narrandum. Hoc idem nos docet Maſcard. in d. ſuo tract. de probat. concluſ. 325. & 1211. Cõfirmatur, quia ſicut ſtatutum qualificatum non habet locum, niſi probetur, & verificetur illius qualitas, Corſett. in ſuis ſingul. in uerbo, qualitas, & nouiſſimè idem Maſcar. in d. ſuo tract. concluſ. 1248. num. præſertim 9. Ita quoque in caſu noſtræ quæſtionis, ſi factum unum qualificet aliud, debet vtrumq; neceſſariò verè, & diſtinctè in precibus narrari; aliter enim nõ careret ſubreptione. Qua de re, vt ex his omnibus cõcludamus, quid ſit tenendum, dicimus, quòd ſi quodlibet factum conſideretur, ut eſt quid ſeparatum, tũc quoniam conſtat ex ſuis accidentibus, & circumſtantijs, ideò per ea, quæ diximus ſupra in præcedentibus quæſtionibus, non ſolùm factũ, illiusque ſeries eſt narranda; ſed ẽt eiuſdem circumſtantiæ, cum ex eis conſtet bonum morale, ut notorij eſt iuris diſtinct. 29. per totam, atq; per alia iura ſupra ſuo loco adducta. At ſi tale factum conſideretur

Digitized by Google

ratione, qua ſit quædam qualitas alteri facto addita, vt dicebat Rot. Rom. in d. ſua deciſ. tunc narrari debet ſecundum naturam talis qualitatis; quæ ſi conſtet etiam ex dictis circũſtantijs, illæ quoque erunt narrandæ; ſecus uerò aliter. Et propterea ex natura talis qualitatis cognoſcitur, quid ſit, uel reſpectiuè, nõ ſit narrandum. An autem vltra prædicta circa intelligentiam iſtius articuli aliquid aliud deſiderari poſſit, illud habetur, ni fallor, ex his, quæ diximus in præcedentibus queſtionibus, ideò ſint iſta ſatis.

An ſicut ſunt plura capita in precibus narranda, ita etiam ſint plures ſeries facti.

Artic. 5.

SIcut ſeries reſcripti denotat tenorem illius, iuxta c. cũ adeò, eod. de reſcript. c. ſeries. de teſti. Sicut etiam ſeries libelli continet totum eius tenorem. ca. 1. de libell. oblat. ita quoque ſeries facti comprehendere uidetur negocium, de quo eſſet quæſtio cum omnibus ſuis accidẽtibus. Vnde, quando Summus Pont. in c. ſuper eo, de cohabi. cler. dixit, reſcriptum eſſe nullum, ſi ſeries facti non fuerit narrata, videtur reſpexiſſe totum negocium, cum prædictis ſuis accidentibus. Quæ quidem intelligentia an ſit uera, partim cognoſci põt ex his, quæ diximus ſupra, partim uerò ex his, quæ in ſequen. ſumus dicturi. Vnde hoc præmiſſo, cum nulla appareat differentia inter ſeriem vnius facti, & ſeriem alterius, niſi quia facta ſunt diuerſa, ſequitur inde, quòd ſicut in uno reſcripto reperiuntur plura capita, & ſic plura facta, ita quoque plures ſeries factorum dari oportet. Qua de re articulus iſte reprehendi poſſet de ſuperfluitate. Cæterùm hac obiectione non obſtãte, contrarium eſt omnino tenendum; ſiquidem intelligentia eius tendit ad euitandam, atque reſpectiuè cognoſcendam reſcriptorum ſubreptionem. Et propterea præmiſſis his, quæ ſupra diximus, ſicut illa capita in precibus, & reſcripto contẽta, aliquãdo ſunt ſeparata, & ut talia conſiderantur; aliquando uerò ratione, qua unum qualificatiuè accedit ad aliud, ut ẽt in præcedenti articulo diximus, ita quoque dicimus de ſerie iſtorum capitum; & propterea ſi Primò modo conſiderentur, tunc ſeries integraliter eſſet narranda, ad finem tamen prædictum. At ſi conſiderentur Secundo modo, ſolùm id narrari debet, quod facit ad cognitionem prædictæ qualitatis. Qua de re cum per hæc habeamus, quid erat animaduertendum circa ſolutionem iſtius articuli, ideò non oportet vlteriùs procedere.

An ſit eadem ratio de ſerie facti quoad lites, & de ſerie facti quoad gratiam.

Artic. 6.

QVoniam eſt vulgaris iuris concluſio, quòd iura iuribus debent ad inuicem concordari, c. cum expediat, de elect. in 6. cum alijs ſupra adduct. ideò vtilis uidetur intelligentia iſtius articuli, cum inde habeamus, quomodo concordari debeat tex. in c. ſuper eo, de cohabi. clericũ c. ſuper litteris, eod. de reſcript. Qua de re ad cognitionẽ vtriuſque præmittendum eſt, iuxta tamen doctrinam Doct. ſuper d. c. ſuper eo, quod

iſta

Digitized by Google

iſta duo iura ad inuicem contrariātur, quantum tamen attinet ad intelligentiam literalem; ſiquidem Sum. Pont. in d.c. ſuper eo, definit, litteras ab aliquo obtentas, non pro deſſe, ſi ſeries facti narrata non fuerit. At in d.c. ſuper litteris, oppoſitū uidetur deciſum, cum in eo definiatur, huiuſmodi litteras tenere in forma communi, ſi ignorantia fuiſſet omiſſum, quod erat narrandū. Hāc difficultatem quidam ita ſoluunt, atque iura prædicta ad inuicem ita conciliant, quòd tex. in d.c. ſuper litteris, loquatur de reſcripto ad lites; ideò dicuntur valere in forma communi. Tex. uerò in d.c. ſuper eo, loquatur de litteris ad gratias, & ſic ob materiam diuerſam ſint promulgatæ prædictæ iuris deciſiones, arg. l. ut reſponſum. C. de tranſact. Hæc opinio nō uidetur vndique ſatisfacere. Primo, quia tenet, d. decretalem, ſuper litteris, eſſe promulgatā ſolùm reſpectu reſcriptorum quoad lites. Quæ intelligentia uel non eſt uera, uel habet difficultatem, ut infra ſuo loco dicemus. Secundo, quoniam explicare ſeriē facti, uidetur neceſſarium in quolibet reſcripto; Siquidem, ſi aliter eſſet, eſſet etiam aliquādo permiſſum tacere uerum, quod non eſt dicendum. Abb. in d. c. ſuper eo, in fi. dicit ideò litteras in d.c. ſuper eo, eſſe declaratas inualidas, quia qui illas impetrauit, malitioſè id fecit. Vnde ſtante tali intelligentia, ceſſat omnis contrarietas. Ad mentem Io. Andr. ſuper eod. c. ideò prædictæ litteræ fuerunt reprobatæ à Pont. quia fuerunt impetratæ ſuper abſolutione, & ſic non fuit narratum quod erat narrandum; ſi enim prædictæ litteræ ſuper iuſtitia iniuſta impetratæ fuiſſent, iuxta tex. in d.c. ſuper litteris, tenerent, ſaltem in forma communi, licèt fuiſſent nullæ quoad formam ſpecificam. Vnde hac habita conſideratione, prædicta contrarietas erat nulla, cum aliud ſit impetrare litteras reſpectu iuſtitiæ, & aliud reſpectu gratiæ; ſiquidem litteræ iuſtitiæ recipiunt diuerſam formam cognoſcendi, cum illa ſit aliquando communis, & aliquando ſpecifica, vt dicit tex. in cap. ſuper litteris. At ſecùs cōtingit de litteris ad gratiam. His accedit ad mentem Pont. in d. eod. c. quod negocia quædam ſunt adeò grauia, vt quouis modo in eis committatur ſubreptio, ſemper litteræ inſuper obtentæ, ſunt nullæ. Hæc expoſitio uidetur magis congrua, & propterea omninò ſequenda; ex ea enim habemus, quomodo iſta duo iura ad inuicem concilientur. Intelligimus ſecundo differentiam inter reſcripta ad lites, & ad gratiam. Vt autem clariùs intelligamus differētias inter dicta duo Reſcripta, ſemper fuit apud me clariſſimū, alicuius rei differentiam eſſe deſumendam, & cognoſcendā ab aliqua cauſa, quæ ſi fuerit finalis, nulla adeſt difficultas, cū quodlibet reſcriptum à tali cauſa recipiat denominationem, & propterea dicitur modo ad litem, & modo ad gratiam. Qua de re ex tali cauſa, eiuſque differentia ita cognita, illud inferri pōt, quòd reſcriptum ad gratiā poteſt aliquē grauare magis quàm ad iuſtitiam, cum proprium ſit iuſtitiæ tribuere vnicuique quod ſuum eſt. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iu. proprium uerò gratiæ eſt aliquid alicui concedere. Secundo, ſi dicta differentia ſit deſumenda ex parte formæ, illud idem eſt dicendum; & propterea in reſcripto ad iuſtitiam ſubintelligitur clauſula, quamuis non apponatur, uoca

tis uocãdis; cum in iure ratione iuſtitiæ clara ſit concluſio, actum eſſe nullum parte non citata. l. de uno quoque, & ibi Doct. ff. de re iud. Quæ quidem qualitas, ſeu ſolemnitas in reſcripto ad gratiam non requiritur. Tertiò, ex parte materiæ alia differentia deſumi nequit; niſi dicamus, quòd cum impetrans ſuper eadem materia poſſet impetrare reſcriptum ad iuſtitiam, & gratiam, diuerſa tamen, atque diuerſa ratione, ſequitur inde, ni fallor, ꝙ talis materia reſpectu gratiæ ſit grauior, quàm reſpectu iuſtitiæ, cuius ratio deſumi poteſt ex doctrina Io. Andr. hic ſupra relata, quia uidelicet Princeps concedendo reſcriptũ iuſtitiæ reſpectu meritorum cauſæ, neminem lædit; Secùs uerò concedendo reſcriptum gratiæ. Quarto deniq; loco, ſi prędicta differentia eſſet deſumenda à concedente reſcriptum, illa nulla eſſet, cum ſit eadem perſona; niſi dicamus, eam in concedendo, unum vel alterum diuerſimodè cõſiderari. Et ſic ex quatuor generibus cauſarum intelligimus, an, & quomodo ſit deſumenda, atque cognoſcenda prædicta differentia. Si quis autem vlteriùs cupiat uidere de tali differentia, recurrat ad Rebuffum in d. ſua practica beneficiali in proprio titulo, de differentijs prædictorum Reſcriptorũ, & ad Menoch. d. 2. lib. de arbitr. iudi. caſ. 201. Atque ad ea, quæ nos partim diximus ſupra, partim uerò infra dicemus. Et cum per hæc habeamus intelligentiam, ni fallor, ſolutionis propoſiti articuli, ideò non oportet aliud animaduertere &c.

An ſubreptio euitari valeat per aliquam clauſulam, ita quòd reſcriptum teneat, & valeat. Art. 7.

Quotidie uidemus in practica, in reſcriptis utriuſque ſignaturæ adhiberi diuerſas clauſulas ad diuerſum finem, & effectum; & propterea admodum utile, ne dicã neceſſarium fore duxi, breuiter adnotare, quid iuris, ſi non de omnibus, ad minus tamen de nonnullis huiuſmodi clauſulis. Primo igitur in reſcriptis aliquando ſolet apponi clauſula, uidelicet appellatione remota &c. Cuius intelligentia qualis ſit, uerba ipſa demonſtrant, & plenè nos docent Doctores in cap. 1. eod. de reſcript. Specialiter uerò de illius uirtute, ac efficacia plura nos docet Abb. in c. Paſtoralis. nu. 9. & ſeq. & in cap. ut debitus, num. 13. in fin. 14. & ſeq. de appell. & ibi etiam alij Doct. Licèt enim ſit aliquando dubitatum de prædicta intelligentia, eiuſque effectu, in communi tamen per d. c. Paſtoralis, illud eſt omnino tenendum, quod tollat omnem appellationem; ſed in particulari, cum plures ſint eius effectus, ad prædicta loca eſſet recurrendum, ne hic referam, quod ibidem diſtinctè, & copioſè habetur. Secundo adhibetur ſæpiſſimè, in eiſdem reſcriptis alia clauſula, uidelicet, contra N. & quoſdam alios in executione illius nominandos. Quæ cum ſit admodũ uſu frequẽs, ideò de ea eſt adnotandus text. & ibi Doct. omnino uidendi in c. Paſtoralis. §. quoniam autem, eod. de reſcript. & in c. ſedes, eod. & in c. 2. eod. in 6. Atque Rota Rom. eod. deciſ. 8. per tot. in antiq. Perſonę enim

in

in reſcripto non nominatæ, quædã ſunt digniores nominatis. Vnde prædicta clauſula, & quoſdã alios, eſt dubia, tam ratione qualitatis, quàm etiam numeri prædictorum aliorum in reſcripto non nominatorum; ideò prædicta iura, & inſuper Doctores ſunt omnino videndi ad eius intelligentiam, & cognitionẽ. In dubio enim maiores perſonæ non compræhenduntur, vt dicit ibi Sum. Pont. Et cum iuxta inſtitutum propoſitum non conueniat longo diſcurſu prędictam clauſulam declarare, ideò remittendo me ad prædicta iura, & ibi Doct. atque vlteriùs procedẽdo, Tertio, ſicùt in vtroque reſcripto ſubintelligitur clauſula, Si preces veritate nitantur, vt diximus ſupra in proprio articulo, & probat text. in d.c.2. Ita etiam in reſcripto ad gratiam ſemper ſubintelligitur alia clauſula, ſi dignus extiterit. c. cũ adeò, & ibi ſimiliter Abb. et alij, eod. Et ratio eſt, quia in dubio Sum. Pont. non intẽdit pro indigno reſcribere. Quarto quoniam ſolet Princeps ſæpè reſcribere cum clauſula, ſi eſt ita &c. Et propterea dubitatur, an illa referatur ad omnia cõtenta in reſcripto, & precibus, dicimus vna cum text. in c. olim ex litteris, eod. clauſulam iſtam extendi ad omnia præcedentia, vt poſtea ibidem declarant Docto. Atque ex intelligentia iſtius clauſulæ, intelliguntur etiam aliæ ſimiles, vt exempli gratia, attentis narratis, vel ſi præmiſſa vera ſint, vt eod. in lo. adnotant Docto. Et cũ huiuſmodi clauſulę apponantur aliquando in medio, & aliquãdo in fine reſcripti, vt dicit tex. in c. inquiſitioni, de appell. exemplificando cum clauſula, appellatione remota; ideò dubitatum fuit ulteriùs de eius intelligentia. Solutio autem illa uidetur eſſe, quòd ſemper extendatur ad pręcedentia, ut ibidem adnotant, & declarant Docto. & præcipuè Felin. in c. cauſam quę, num. 15. & ſequen. eod. Licèt enim clauſulæ apponi ſoleant ad fauorem petentis reſcriptum, intentio tamen Pont. ſeu Principis in reſcribendo, eſt, neminem grauare, uel minùs lędere, iuxta c. mandatum, eod. cum ibi adnota. Quinto adhibetur ulteriùs alia clauſula, uidelicet, ut perſonaliter exequaris, uel alia ſimilis. Quæ in utroque reſcripto apponi aliquando ſolet, licèt frequentiùs in litteris ad lites. Cuius efficacia eſt prohibere ſubdelegationem. c. ſi. & ibi glo. & Docto. de offic. & poteſt. iudi. deleg. Diuerſæ adhuc aliæ clauſulæ ſolent in reſcriptis apponi & propterea; Sexto de intelligẽtia clauſulæ, quouis alio modo, uidenda eſt Rota Romana in antiq. tit. de reſcript. deciſ. 1. per tot. Septimo de clauſula, ſola ueritate inſpecta, ultra ea, quæ ſupra ſuo loco adnotauimus, uidenda eſt eadem Rota eod. tit. deciſ. 3. per tot. Octauo non eſt omittẽdum, quòd in reſcripto habetur aliquando inſerta clauſula, cum poteſtate citandi per edictum in curia; & propterea dubitatur de eius intelligentia; ideò uidẽda eſt eadem Rota ibidem deciſ. 5. & 22. per tot. Nono frequens eſt etiam illa clauſula, uidelicet ſuper cauſis motis, & mouẽdis. Quæ, quãuis à iure uideatur reiecta per c. finale. eod. Nihilominus dicit Rota Romana eod. ſimiliter in antiq. deciſ. 18. quòd illa extenditur ad tunc, & nõ poſtea exortas. Eiuſdem qualitatis uidetur eſſe alia clauſula, uidelicet, quam, & quas, atque cum toto negocio principali, ut uideri

poteſt

poteſt apud eãdem Rotam, eod. tit. deciſ. 23. & nouiſſimè Mandoſ. in diuerſis ſuis cõmiſſionibus, qui copioſè tales clauſulas declarat. Ex clauſulis hactenus adnotatis non poteſt cognoſci, an reſcriptum ſubreptitium reparari ualeat; ideò ultrius puto animaduertendum, quòd in fine reſcripti, quotidie de ſtilo adhibetur clauſula, nõ obſtãtibus &c. derogãdo omnibus, & ſingulis &c. & aliæ ſimiles, ut uideri põt apud Mandoſiũ in dictis diuerſis ſuis cõmiſſionibus, & Doct. de huiuſmodi clauſulis uarijs in locis pertractant, tam in theorica, quàm in practica, præcipuè uerò eſt uidendus Staphil. in ſua practi. utr. ſignatu. in expoſitione iſtius clauſulæ. Gomeſ. in prohem. regul. Cancell. ap. quæſt. 5. & 6. & Felin. ſuper d. c. nõnulli, eod. de reſcript. Et cum uirtus iſtius clauſulæ ſit derogare omnibus in contrarium facientibus, ut dicit etiam text. in clem. 1. de conceſſ. præben. per eam uidetur præſertim de iure tenendum, prædicta reſcripta, quãuis ſubreptitia, poſſe reparari. In contrarium facit id, qđ adnotant Doct. ſuper l. 1. C. ut quæ de. aduo. & Henric. Boic, ſuper ca. Bonæ, il primo, in fi. de poſtul. prælat. Sicut enim iudex nõ poteſt ſupplere in his, quæ ſunt facti, & non dependent à ſuo officio, ut ibi adnotatur, ita etiam hoc idem eſt dicendum in caſu propoſito, meritò &c. Solutio. Quamuis Princeps in huiuſmodi reſcriptis apponat clauſulam, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, & ſimiles; nihilominus non propterea euitatur ſubreptio. Quæ nunquam committitur, niſi committatur etiã mendacium. Quod cum ſit de intrinſeca ratione malum, ut ſupra diximus, nulla adueniente circumſtãtia, poteſt fieri bonum. Qualis autem ſit intelligentia iſtius dicti, quòd uidelicet mẽdacium ſemper ſit malum, me remitto ad ea, quæ nos docet Io. de Turrecre. ſuper ca. primùm. 22. queſt. 2. ad princip. meritò &c. Secundo, licet huiuſmodi clauſulæ ſoleant tollere, & remouere exceptionem obreptionis, ut docet Gabr. in conſ. 151. nu. 3. uol. 2. Nihilominus non præiudicant tertio, ut docet idem Gabriel in conſ. 26. num. 13. & ſeq. & conſ. 183. nu. 19. & ſeq. eiuſdem uolum. His accedit, quòd clauſulæ prædictę uidentur reſpicere ius poſitiuũ, & non quæ ſunt facti, ut docet Gomeſ. in ſuo compẽd. utr. ſigna. par. 3. uerſ. poſtremo quoad ſignaturã, explicando clauſulam, ſupplentes &c. Si enim aliter eſſet, fruſtra in reſcriptis ſubintelligeretur illa clauſula, ſi preces ueritate nitãtur, quod non eſt dicendum. c. 2. eod de reſcript. De quibus quidem clauſulis cum plenè tractet Felin. in d. c. nõnulli; eod. ideò non oportet hic aliud adnotare, cum ad eum ſit recurrendum &c.

QVAESTIO XII.

De Exceptionibus aduerſus reſcriptũ ſubreptitium. Art. 5.

POſtquã uidimus, quæ erant obſeruanda circa materiã ſubreptionis, conuenit modo, ut breuiter aliquid adnotemus de exceptionibus, quæ cõ

ita prædicta reſcripta opponi ualeant, cum præſertim illæ oriantur ex ſupradictis; & propterea proponitur modo præſens quęſtio, in qua uidendum eſt, uidelicet.

Primo, An, & quomodo exceptio ſubreptionis opponatur.

Secũdo, Quãdo illa opponatur.

Tertio, An iſta exceptio ſuſpendat iuriſdictionem.

Quarto, An ultra dictã exceptionem poſſint opponi aliæ, & quæ.

Quinto, Qualis ſit effectus iſtarum exceptionum.

An, & quomodo exceptio ſubreptionis opponi valeat. Art. 1.

EXceptionem ſubreptionis opponi poſſe contra huiuſmodi reſcripta, nemo eſt, qui dubitet: Siquidem, ſi illa non poſſet opponi, ſine controuerſia, qui ſubreptionem committeret, commodũ reportaret ex propria culpa, & aliquando ex dolo, quod eſſet contra vulg. iuris regulam, quòd fraus, & dolus nemini patrocinari debeant, iuribus ſupra ſuo loco adductis. Qua de re cum de hoc dubitari nequeat, ideò vlterius procedendo, dicimus vna cum Baldo in d. l. præſcriptione. nu. 34. C. ſi cõtra ius &c. exceptionem iſtã eſſe omnino ſpecificandam, cum exceptio generalis non releuet; & propterea qui generaliter excipit, ineptè dicitur excipere. Bart. in l. 1. §. Labeo. ff. de flumi. cum ibi in additione plenè adductis, Nicol. de Mil. in ſuo reperto. in verbo, exceptio, cum ſimil. Confirmatur, quia ſicut libellus generalis non prodeſt, nec releuat, ut adnotat Abb. in c. 1. num. 5. de libell. oblat. Facit doctrina Angel. in conſ. 25. Ita etiam illud idem eſt dicendum de prędicta exceptione; & propterea docet iſte doctor in d. conſ. iudicem debere libellum generalem reijcere; & cum Doctores in hoc conueniant, ideò illud ſolum addi poteſt, quod exceptio iſta proponatur in forma, quæ à ſtilo loci eſt deſumenda. Licet autem hæc doctrina uideatur uera, & clara, quęreret tamen aliquis, vnde ſit deſumenda hæc ſpecificatio. Cui quęſito puto poſſe reſponderi per ea, quæ ſupra in alijs quæſtionibus sũt adducta, imo per ipſummet tex. in d. ca. ſuper litteris, eod. de reſcript. quòd uidelicet ſicut ſubreptio committitur aliquando ex parte ſupplicantis, & ſic aliquãdo dolo, & fraude; aliquando ſimplicitate, & ignorantia; aliquando uerò ex parte rerũ, ut ſupra declarauimus; ita quoque ab eodem fonte hæc exceptio ſubreptionis eſt deſumenda, atque opponenda. Quã de re, quę in præcedentibus quæſtionibus ſunt deducta, non ſolum deſeruiunt ad finem ibi propoſitum, ſed etiam ad cognoſcendam hãc exceptionem. Si quid autem poſſet ulterius deſiderari pro cognitione completa iſtius articuli, ex infra etiam dicendis inferri, atque cognoſci poteſt. Et propterea quantum facit ad formalem intelligentiam rei propoſitæ, non uidetur neceſſarium aliquid aliud animaduertere. &c.

Quando exceptio ſubreptionis opponi valeat. Art. 2.

SI hæc exceptio conſideretur ratione, qua reſpicit iudicis iuriſdictionem, in principio iudicij, & proceſſus illa opponi debet, ponderando

rando verba d.c.ſuper litteris, uide licet, poſtquam ſibi fides facta fuerit, iudex nullatenus de cauſa cognoſcat. Cõfirmatur, quia dicit Vãtius in ſuo tract.de nullitate, tit. qui bus mo. proceſ. & ſent. defen.poſſ. num. 56.57. Quòd exceptio contra perſonã Iudicis debet à principio opponi. Idem legimus in §.1.inſtitu.cano.de except. & in §.recuſatione.eadem inſtitu.de iudi.& text.in l.apertiſſimi. C. eod. cum ſimil. Et ratio eſt, quia cum iudex ſit fundamentum iudicij, conuenit, ut eius perſona imprimis, & ante omnia legitimetur. In contrarium primo facit ratio naturalis, quòd uidelicet ſicut exceptio falſi procuratoris poteſt opponi in qualibet parte iudicij.l.licèt.C.de procurato.ita etiam hoc idem uidetur dicendum de iſta propoſita exceptione. Cõfirmatur per l.finalem.C.ſi à non compet.iudi.& c.at ſi Clerici, de iudi. Siquidẽ clari iuris eſt, ſententiam latam à non comptenti iudice eſſe nullam, & ſic quandocumque de tali nullitate opponi poſſet. Quid igitur dicendum? Pro ſolutione oportet diſtinguere; ſi quidẽ ſi hæc exceptio reſpiciat reſcriptum ad gratiã, tunc quandocunque illa poſſet opponi, p iura pro hac parte adducta. Quæ cõfirmari poſſent illa ratione, quia recedendo à tali reſcripto, tẽdimus ad iuris obſeruantiam. At ſi reſpiciat reſcriptum ad lites, tunc regulariter tenendum eſt, illam eſſe opponendam à principio per ea, quæ ſupra ſunt adducta. Hanc diſtinctionem deſumpſi à doctrina Abb. ſuper c.conſtitutus, num.10. & ca.ad audientiam, in fi.eo.de reſcript. Bonum enim eſſet hanc regulam obſeruare, quia ſi de facto à principio illa oppoſita non eſſet, poſſet dubitari, an poſtea opponi ualeat, cum perſona iudicis videatur approbata. Cui quæſito reſpondetur ad mẽtem Baldi in d.l. præſcriptione.nu. 38.39. & ibidem Salic.nu.12. cum ſeq. Quòd cum reſcriptum in tali caſu ſit nullum, & ipſe impetrans falſarius, ut præſupponitur in facto, & infra melius demonſtrabitur, ſequitur inde, iudicem nullam habuiſſe iuriſdictionem, & ſucceſſiuè eius geſta eſſe nulla. Hoc idem confirmatur, quia docet Vantius lo.cita. quòd exceptio de incompetentia opponitur aliquando ad impediendum proceſſum, aliquando uerò ad docendum acta eſſe nulla. Hæc omnia poſſent iudicari uera, quando iudex non pronũciaſſet ſe eſſe, uel non eſſe competentem; ſecùs aliter. Nec obſtat, iudicem non poſſe in tali caſu pronunciare, ex quo reſcriptum præſupponitur nullum, atque non entis nullę ſunt qualitates, ut infra dicemus. Quia talis obiectio nihil concludit, arg.l.Barbarius.ff.de offic. Præto. Niſi enim cõſtet de nullitate reſcripti, prę́ſumptio eſt illud ualere, cum nemo præſumatur delinquere. l.merito.ff.pro ſoc.Marſil.in conſil.2. Gabr.in ſuis concluſ. tit. de Maleſi.concluſ.2.in princ. & nouiſſimè Menoch.lib.5. de præſumpt.prę́ſumpt.1.2.& 3.cũ vulga. Et cum per hæc omnia iura, etiam doctrinæ ad inuicem concilientur, ideò non oportet ulteriùs procedere. &c.

An exceptio ſubreptionis ſuſpendat Iudicis Iuriſdictionẽ. Art. 3.

PEr ea, quę diximus in pręcedenti articulo, ita videtur ad præſentem eſſe reſpondendum, vt hæc exceptio, vel non ſuſpendat iuriſdictionem

Digitized by Google

ctionem ſimpliciter, vel ſolũ in aliquo caſu. Cõfirmatur, quia ſi iudex à tali reſcripto datus, poſſet de exceptione iſta cognoſcere, atq; quid iuris definire, vt dicit tex. in d.c. ſuper litteris, & nos infra clariùs dicem⁹, conſequenter caſus vr̃ clarus. Hinc ſępiſſimè videmus in practica, iudices procedere ad vlteriora, non obſtãte tali exceptione oppoſita. In cõtrarium primo facit doctrina Maran. in ſuo ſpecul. iudi. par. 4. d. 20. nu. 16. & 17. vbi legimus, ꝙ qñ opponitur exceptio cõtra legitimationẽ perſonæ ipſius iudicis, à principio de ea cognoſci dẽt. Hoc idẽ docet Vant. in ſuo tract. de nullit. tit. quibus mo. sẽt. nullit. repar. val. nu. 57. cum ſeq. Secundo ſicut exceptio ſuſpitionis ſuſpendit iuriſdictionẽ iudicis. c. ſuſpitionis. de offi. iudi. de leg. c. ſecundò requiris, §. fi. & ca. cũ ſpeciali, de appella. c. fi. 3. q. 5. Blãc. in ſuo tracta. de compromiſſ. q. 4. §. 6. num. 3. cum ſimil. Ita ẽt hoc idem eſt dicẽdũ de exceptione ſubreptionis; ſiquidẽ utraq; eſt ordinata ad hunc finem, vt iudex nõ habeat iuriſdictionem, vnde meritò &c. Pro ſolutione iſtius difficultatis ſine dubio tenenda eſt iſta cõcluſio, ꝙ iſta exceptio tẽdat ad deſtructionẽ prędictę iuriſdictionis; et propterea docet Thomas Triuiſanus in ſua deciſ. 64. in princ. & nu. 1. par. 2. quod contra iudicem delegatum duabus de cauſis opponitur præcipuè aliqua exceptio, videlicet ratione delegationis, & ratione perſonæ. Delegationis, quia commiſſio, uel reſcriptum per obreptionem, uel ſubreptionem extortũ, uitium continet; & propterea inde ſequitur, ꝙ ſi illud nõ teneat, & ſit nullum, nullius quoq; erit effectus, & ſic iudex nullam habebit iuriſdictionẽ. Pro conciliatione tamen eorum, quæ ſupra ad utramque partem ſunt adducta, puto adnotãdum, quòd iuriſdictio iſtius iudicis dupliciter conſiderari poteſt; primo reſpectu meritorũ cauſæ, & ſic prædicta exceptio ſuſpendit iuriſdictionem. Secũdo ratione ſuæ competentiæ, uel incompetentiæ; & ſic illa non dicitur ſuſpenſa, cum ipſa de tali articulo cognoſcere, atq; definire ualeat, quid iuris, ut infra ſuo loco dicem⁹. Hãc diſtinctionem deſumpſi ex d.c. ſuper litteris, cum ibi adnot. eod. de reſcript. quæ eſt omnino notanda, cũ inde habeamus iura, & doctrinas, ut ſupra, adductas, ad inuicem conciliari. &c.

An contra Iudicem iſtum poßint opponi alię exceptiones ultra prędictam, & quænam illæ ſint. Artic. 4.

NEmini dubiũ eſſe debet, contra Iudicem opponi poſſe diuerſas exceptiones, & propterea ad mẽtem Triuiſani in d. ſua deciſ. 64. dictæ ſecundæ partis ſuarum deciſ. obſeruo, illas eſſe reſumendas, aliquando ex parte commiſſionis, de qua diximus in præcedenti articulo; aliquando ex parte ſuæ propriæ perſonæ; ut exempli gratia, ſi eſſet excommunicatus, & aliæ ſimiles, ſicuti nos docent Docto. ſuper d. ca. ſuper litteris. ubi præſertim Feli. à nu. 22. vſque ad num. 28. Aliquando uerò ex parte perſonæ actoris, uel rei. Hæc doctrina, licèt ſit notanda, tamen non uidetur vndique ſatisfacere. Docto. varijs in locis adnotant uarias exceptiones, deſumendo eas à diuerſis cauſis, iuxta totum tit. de for. compet. ſiquidẽ omne id, quod

Digitized by Google

poteſt tollere, uel ſuſpendere iudicis iuriſdictionem, ſine dubio erit cauſa talis exceptionis, & propterea meritò quidem legimus in l. cũ prætor. ff. de iudi. quod impeditur quis, ne ſit iudex aliquando legibus, aliquando moribus, & aliquando natura. Et tex. in § ſit tamen, inſti. cano. de in ius uoc. dicit, poſſe aliquẽ euitare iudicem, eiuſque iudicium ex qualitate perſonæ, ex conditione loci, ex ratione temporis, & ex forma citationis. Vt autem clariùs demonſtremus, quid iuris de articulo iſto ſit tenendum, priùs ſcire oportet, quòd intelligentia eius poteſt dupliciter conſiderari; Primo, an contra iudicem delegatum poſſet opponi alia exceptio ultra prædictam ſimpliciter conſideratam. Secundo, an poſſit opponi alia vltra prædictam, ita tamen quòd deſumatur ab eodẽ reſcripto, & non aliunde. Quoad primum ſine cotrouerſia diuerſæ, atque multę opponi poſſent, quas puto eſſe deſumendas ab omnibus cuiuſuis facti circumſtantijs; à fine enim poteſt deſumi talis exceptio, quòd uidelicet iudex tanquam corruptus, faciat cauſam propriam, iuxta tot. tit. C. de pœn. iudi. malè iudican. Secundo, à perſonis, quarum una eſt iudex ipſe, cuius incompetentia cum ſit multiplex, & diuerſa, iuxta tot. tit. de for. compet. ideò certa regula dari nequit ad illam cognoſcẽdam. Altera eſt actor, & reus, à quibus imprimis deſumi poteſt exceptio temerè litigãtium, iuxta tot. tit. Inſtitu. de pœn. teme. liti. Secundo deſumi poſſet alia exceptio illegitimæ ætatis, iuxta §. 1. Inſtitu. de curato. & ibi Docto. Tertio inde oritur alia exceptio à qualitate mandati, cum ſæpè contingat, eos litigare per procuratorẽ, cuius mandatum non ſemper eſt legitimum, ut cæteris omiſſis uideri põt apud Angelum in tit. Inſtitu. de ijs, per quos ag. poſſ. Tertio deſumitur exceptio à circumſtantia materię, ſuper qua litigatur, cum ſæpè contingat, diuerſos iudices habere iuriſdictionem ſolùm ſuper certa materia, iuxta c. quę in eccl. & c. Eccleſiæ Sãctæ Mariæ, cum ibi adnot. de conſti. Atque hac de cauſa in multis ciuitatibus obſeruamus, conſtitutos eſſe diuerſos magiſtratus. Hinc legimus, reſcriptum Pontificis impetratum inter laicos, & in caſu ſeculari, non tenere tanquam conceſſum in materia ad ſe non pertinente. ca. licèt, de for. compet. §. laicus ergo. Inſtit. cano. de iudi. Quarto deſumitur exceptio à circumſtãtia temporis, iuxta tot. tit. de fer. Cum clari ſit iuris, iudicem non poſſe indifferenter in quolibet tempore ius dicere, & propterea tẽpus unũ dr̃ feriatum, aliud uerò utile, ut cæteris omiſſis docens canoniſtæ in c. fi. eod. Quinto deſumitur exceptio à circũſtantia loci, cum aliquando locus, in quo iudex ius dicit, ſit alteri parti ſuſpectus, iuxta tex. in c. cum R. & ibi Docto. de offi. & poteſt. iudi. deleg. Sexto deſumitur eadem exceptio à modo, & forma procedẽdi; hinc eſt, quòd ſi quis citatus fuerit, ſed non legitimè, ipſe citatus poſſet opponere exceptionem illegitimæ citationis. §. iã uerò, & ibi gloſ. inſtitu. cano. de in ius uoc. Docto. in cap. 2. de dilatio. cum ſimil. Septimo deſumi poteſt eadem exceptio à medio litigãdi, cum ſæpè litigantes utantur aliqua fraude, & propterea fuit inuentum remediũ de iuramento calumniæ, de quo in utroq; iure. Ex q̃bus oĩbus hẽmus, & intelligimus, contra iudicem, eiuſque iudicium poſ-

ſe

ſe opponi alias exceptiones, ultra exceptionem ſubreptionis ſimplici ter cōſideratam. Ex qua declaratione inferri poteſt, quid ſit dicendum ad eūdem articulū, iuxta ſecundum intellectum, ut ſupra adnot. & propterea poſſet reputari ſuperfluū aliquid addere. Non eſt tamen omittendum, ad hęc omnia obſeruandū eſſe omninò, quod nos docet Specul. in ſuo ſpecul. par. 2. titu. de reſcript. præſentan. per plures §§. ubi habemus, qualiter à qualitate reſcripti diuerſæ deſumuntur exceptiones, cum aliquando illę opponantur ratione falſitatis in eo commiſſæ, idque diuerſimodè contingit, vt conſtat etiam ex ſupradictis. Aliqñ uerò deſumūtur ratione formæ, cū ſæpè occurrat reſcriptum non eſſe ſecundum ſtilum Curiæ, uel habere aliquem defectum formam reſpicientem. Aliquādo rurſus deſumuntur exceptiones à perſona impetrātis, qui ſæpè non eſt talis, ut habeat perſonam legitimā talē reſcriptum impetrandi, ut ſupra ſuis locis diximus. Aliquando uerò idem contingit ratione eius, ad quem impetratur, cum non quilibet poſſit eſſe iudex, ut diximus in præcedenti articulo. Aliquando idem euenit ratione eius contra quē impetratur, cum in eo apponatur clauſula, Et quidā alij, iuxta. c. Paſtoralis. §. 1. eod. de reſcript. Aliquando idem occurrit ratione defectus, qui conſiſtit principaliter in tacendo uerum, uel narrando falſum, ut ſupra ſuo loco diximus. Aliquando uerò ratione cauſæ, & diuerſorum accidentium: licèt enim cauſæ ſint certæ, accidentia tamen cum ſint admodum dubia, ideò certa regula dari nequit vltra prædicta, ad id totum cognoſcēdum. Quæ omnia cum copioſè declarentur à Specul. lo. cita. ideò pro maiori omnium prædictorum cognitione ad eum me remitto &c.

Qualis ſit effectus exceptionum, de quibus diximus ſupra. Artic. 5. & vlt.

INdubitati eſt iuris, quòd effectus exceptionis ſit talis, qualis eſt ipſa exceptio, cuius proprium eſt excludere actorem ab intentione, ſeu actione illius, vt cęteris pro nūc omiſſis, legimus in princ. tit. de except. inſtitu. iur. cano. Hinc eſt, ꝙ ſi exceptio fuerit peremptoria, eius effectus eſt, vt rem, de qua agitur, perimat. Si uerò fuerit dilatoria, ſolū dilationem producit. §. appellantur autem, Inſtitu. eod. Et ratio eſt, quia dicit Imper. in princ. d. tit. exceptiones eſſe reorū defenſiones, qui per eas defenduntur aliquando ſimpliciter, & aliquando ad tempus. Ex quo ſequitur, quòd cū exceptiones, de quibus diximus ſupra, differant, & non perimant negocium, & propterea dilatoriæ, & non peremptoriæ nominētur, ſucceſſiuè clarè conſtat, qualis ſit earum effectus. Cæterùm hæc ſolutio non uidetur de iure admittenda, quia cum iudicium ſecundum unam eius definitionem traditam à Docto. ſuper rub. de iud. ſit actus trium perſonarum, nempe iudicis, actoris, & rei, atq; exceptiones ſupra adnotatæ tendant ad hūc finem, ut iudex delegatus nullā habeat iuriſdictionem, & conſequenter perimendo illius poteſtatem, perimant etiam illius iudicium, ideò tali ratione ſuadente, non dilatorię, ſed peremptoriæ uidentur nominādæ, ac etiam reputandæ. Quæ quidem obiectio, quamuis ſit probabi

Digitized by Google

lis, non propterea uidetur abſolutè concludere, quia ſicut in definiēdis cauſis duo requiruntur, videlicet cognitio, & deciſio; cognitio habetur per proceſſum, deciſio uerò p ſentētiam; ita etiā exceptiones quædam reſpiciunt tantum proceſſum; quædam uerò merita cauſę, & ſic ipſam ſententiam. Qua de re primæ dilatoriæ, ſecūdæ uerò peremptoriæ meritò quidem debent reputari, & nominari. Hinc eſt, quòd cū exceptiones, de quibus diximus ſupra, reſpiciant ſolùm proceſſum, ideò dilatoriæ ſunt, atque debent reputari, & nominari. Et ratio eſt, quia quāuis perimant proceſſum, & iudicium, non propterea controuerſia principalis dicitur finita, cum illa poſſit iterum cognoſci, & definiri in alio iudicio, ſeu per aliquam cōmiſſionem, atque nouum reſcriptū reparari, iuxta ea, quæ ſupra diximus, & infra quoque dicemus. Hæc ſolutio poſſet in aliquo caſu limitari, quando videlicet iudicium haberet inſtantiam, iuxta l. properandū. C. de iudic. ubi Bart. nos docet in princ. num. 6. quòd tempus inſtantiæ ſtatuitur aliquādo parti, aliquando iudici, aliquando inſtantiæ, & aliquando actioni; ex quo ſequitur, quòd exceptio inde deſumpta, quāuis ſit contra proceſſum, nihilominus aliquando eſt peremptoria; aliquando uerò dilatoria, diuerſo tamen habito reſpectu, ut conſtat per dictam diſtinctionem, vt ſupra à Bartolo traditam &c.

QVAESTIO XIII.

De probationibus exceptionum. Art. 5.

EX his, quæ diximus in præcedēti quæſtione, debemus pręſupponere, contra reſcriptum eſſe oppoſitas diuerſas exceptiones; & cum id non ſit ſatis, ex quo ille, qui excipit, debet ſuam exceptionem probare, l. 1. vnà cum glo. ff. de except. l. in exceptionibus. ff. de probat. cum ſimil. ideò poſt quæſtionem præcedentem ſuo iure ſequitur iſta, de probatione exceptionum, circa quam uidendum eſt, uidelicet.

Primo, An exceptiones de quibus ſupra, probari debeant.

Secundo, A quo ſint probandæ.

Tertio, Quomodo ſint probādæ.

Quarto, Qualis debeat eſſe probatio ſubreptionis.

Quinto, Quando circa dictas exceptiones ſit pronunciandum.

An exceptiones, de quibus ſupra, probari debeant. Artic. 1.

NEmini eſt dubium, exceptiones in genere ſumptas, eſſe ab excipiente probandas. l. in exceptionibus. ff. de probat. Et propterea excipiens excipiendo dicitur actor. l. 1. ff. de except. Nec obſtat tex. in l. uerbum oportebit. ff. de uerb. ſignifi. ubi legimus, ꝙ actionis verbo non continetur exceptio, quia ad hoc reſpondet glo. ſuper d. l. in except. in uerbo, ueluti intentio, quòd actionis uerbū ſecūdum propriam

eius

eius ſignificationem, non denotat exceptionem, ſed ſolùm per interpretationem. Et ratio eſt, quia dicit glo. originaliter, Actor tenetur probare, iuxta l. 2. ff. eod. de probat. l. qui accuſare. C. de eden. Bart. in d. l. 1. nu. 2. declarando hanc difficultatem dicit, actionem accipi diuerſimodè. Aliquando enim denotat id, quod exercetur in iudicio; & ſic aut ſumus in materia odioſa, & ita differt ab exceptione: aut in materia fauorabili, & ita etiam eã continet, atque ſucceſſiuè uera remanet concluſio, quod exceptio regulariter debeat probari ab ipſo excipiente, qui propterea dicitur actor, ut ſupra diximus. Hoc idẽ probat Bal. in l. puniri, uerſ. ſed aduerte, C. ſi cõtra ius. Quando autẽ ſit facienda iſta probatio, docet idem Bart. in d. l. 1. nu. 3. dicens, ꝙ exceptio aliqñ nil ponit in eſſe, vt eſt exceptio nõ numeratæ pecuniæ; & tunc aſſerenti eam eſſe ſolutam, incumbit onus probãdi. Aliquando uerò exceptio ponit aliquid in eſſe, & ſic excipiens tenetur probare. l. aſſicuratio. C. de non nume. pecu. Ex his omnibus infertur ad articulum propoſitum, exceptiones, de quibus ſupra, eſſe omnino probandas. Cæterùm cum illarum quædã ſint negatiuæ, quædam uerò affirmatiuæ, ut cõſtat ex deductis, ſequitur inde, illarum probationem pertinere modo ad actorẽ, & modo ad reum. Quæ quidem iuris cõcluſio cum diſtinctione, ut ſupra adnotata, confirmatur uera per doctrinam Bart. in l. 2. ff. de probat. Limitatur uerò, ut ibidem docet idem Doctor, & nouiſſimè Maſcard. in ſuo tracta. de probat. q. 17. in princ. cum pluribus num. ſeqq. ut non habeat locum, quando ad fauorẽ actoris, uel rei reſpectiuè, adeſſet aliqua iuris, uel facti præſumptio, ob illam vulg. iuris regulam à prædicto Doctore adnotatã, ꝙ præſumptio reijciat probationem in aduerſarium. Quid aũt probari debeat, non oportet hic aliquid adnotare, qa de hoc quęſito in communi cõſiderato, demõſtrat, quid iuris. idem Maſcard. in d. q. nu. 16. & ſeq. In particulari uerò cum præcipua intentio noſtra ſit agere de exceptione ſubreptionis, atque de ea in proprio articulo infra ſumus dicturi, ideò quantum facit ad rem propoſitam, iſta uidentur ſatis &c.

A quo ſint probandæ prædictæ exceptiones. Artic. 2.

EX ſolutione præcedentis articuli, ſine controuerſia illud neceſſario infertur, probationem iſtam ſpectare, aliquando ad actorem tantum; aliquãdo uerò ad reũ, cum exceptio ad mentẽ Bart. in lo. ſupra cita. aliquando nil ponit in eſſe, aliquando uerò ſecùs. Et propterea ſecundum qualitatem illius ſoluendus eſſet articulus, vt probatio eius ſpectet potius ad unum, quàm ad alterum ex litigãtibus. Remanet tamen difficultas, ut uideamus, an exceptio ſubreptionis ponat, uel nõ ponat aliquid in eſſe. Ad fauorẽ. n. excipientis de ſubreptione facit forma exceptionis, cum dicat, ideò reſcriptum eſſe ſubreptitium, quia nõ fuit narratum qđ erat narrandum. Vnde cum ſit negatiua, conſequenter reijcit probationem in aduerſarium, per doctrinas in præcedenti articulo adductas. Et propterea ſibi fuit ſatis illam opponere, cum negatiua probari nequeat. c. qm contra, de probat. ca. bonæ memoriæ, de elect. cum ſimil. meritò &c. Ad hanc obie-

obiectionem reſponderi pōt ad mētem Bart. in d.l.1. num.13.& ſeq.ff. de except.& glo. ſuper l.nec codicillos.C.de codicill. ꝙ quādo exceptio negatiua continet implicitam affirmatiuā, & ſic aliquid poſitiui, tunc ad ipſum excipientem, & negātem ſpectat illam probare; ſecùs uerò ſi nihil poſitiui contineret. Maſcard. in d. ſuo tracta. de probat. concluſ. 325. longo diſcurſu demōſtrat, quæ ſint probanda ad hoc, ut cōmmiſſio cauſæ ualeat, & teneat. Idque nō ſine ratione, cum reſcriptum aliquando contineat caput unum, & aliqn̄ plura. Poſtea idē author in alia concluſione, uidelicet 1123. docet, quiſnam teneatur probare eſſe uera contenta in precibus. Vnde dicit id regulariter pertinere ad ipſum impetrantem reſcriptum. Et ratio eſt, qa cum intentio ſua ſit fundata in qualitate precum, conſequēter dēt probare uera narraſſe. Confirmatur, qa reſcriptum dicitur conceſſum, quatenus preces ueritate nitantur. c. 2. cum ibi adnot. eod. de reſcript. Quā quidem regulā diuerſimodè poſtea declarat, & limitat. Hanc eandē doctrinam antè iſtum Doctorem nos docuit Abb. in c. conſtitutus. num. 4. eod. Id tamē facit cum diſtinctione; ſiquidem ſi excipiens dicat, impetrantem tacuiſſe uerum, tenetur ipſe talē exceptionē probare. Si uerò dicat oppoſitum, tūc oppoſitum uidetur dicendum. Ratio aūt iſtius diſtinctionis illa uidetur eſſe, quia exceptio, ut ſupra quoque diximus, aut eſt affirmatiua, & iſta non facit ad rem: aut eſt negatiua, & iſta aliquando nihil ponit in eſſe; aliquando uerò ſecùs. Et propterea non eſt inconueniens, ut aliquando ipſe excipiens, & aliquando ipſe impetrās teneatur illam probare. Sed contra hanc diſtinctionem facit prædicta vulgaris clauſula, ſi preces ueritate nitantur, d.c.2. eod. Quæ quidē clauſula cū ſubintelligatur in quolibet reſcripto, ut dicit ibi tex. & nos quoque ſupra ſuo loco demōſtrauimus, ſequitur inde, ꝙ ſicut ille, qui fundat intentionē ſuam in ſtatuto qualificato, tenetur talem qualitatē probare: Grat. in conſ. 9. nu. 37. p. 1. Alci. in conſ. 154. nu. 7. lib. 5. & Dec. in conſ. 550. nu. 4. cum vulg. Ita etiam hoc idem eſt dicendum de impetrāte reſcriptum, cum ſimiliter iſte fundet intentionē ſuā in ueritate illius. Hoc idem poſſet cōfirmari, quia exceptio ſubreptionis ſemper uidetur cōtinere aliquid poſitiui; ſiquidem ſi quis narrauit falſum per probationem oppoſiti, quod erit quid poſitiui, probata fuerit exceptio prædicta. Si uerò tacet uerum, illud idem eſt dicendū; & propterea diſtinctio ſupra adnotata, non uidetur uerificanda. Quid igitur tenendum? Puto diſtinguendum, ita uidelicet, qd̄ ſi exceptio oppoſita, eſſet ſubreptionis tantum, ipſe impetrans deberet eam probare per deducta. Si uerò deſumeretur ex alio capite, ex relatis ſupra, tunc prædicta diſtinctio meo iudicio eſſet uerificanda & exequenda, & ſic iura, & doctrinæ concordantur.

Quomodo ſit probanda exceptio ſubreptionis. Artic. 3.

ARticulus iſte poteſt dupliciter intelligi; Primo quomodo exceptio oppoſita contra iudicē delegatū probari ualeat, & debeat ſimpliciter, & ſic in gn̄e. Secundo quō probetur exceptio ſubreptionis tantum, & ſic in ſpecie. Sub primo reſpectu

ſpectu non eſt intẽtio noſtra de ea hic tractare; Si quidẽ talis exceptio poteſt eſſe multiplex, & diuerſa, ut ſupra quoque docuimus. Et ſucceſſiuè non poteſt dari aliqua cõmunis, & generalis regula, ad id cognoſcẽdũ. Et propterea me remitto ad ea, quæ nos docent Docto. uarijs in locis, & præcipuè ad Angelũ de Aretio ſuper titulo, Inſti. de except. At ſecundo modo articulus vř clarus, ſiquidem probando oppoſitum, illa erit probata. Si. n. ſubreptio ſit commiſſa in tacendo uerum, oportet demonſtrare quid, & quale ſit illud, quod debebat narrari, & non fuit narratum. Similiter etiam ſi narratum fuiſſet falſum, oportet demonſtrare, ꝙ illud non debebat narrari. Hinc eſt, ꝙ aſſignari ſolet terminus ad probandum. Ad hæc oĩa illud uidetur eſſe addendum, ꝙ cum probatio ſit multiplex, & diuerſa, ut communiter nos docẽt doct. ſuper rubr. de probat. & nouiſſimè Maſcard. in d. ſuo tract. eiuſdẽ materiæ, q. 4. per tot. Aliquando. n. illa fit per confeſſionem, aliqñ per teſtes; aliquando per inſtrumenta, aliquando per euidentiam facti, aliquando per coniecturas, aliquando per iuramentum, atque per alia ſimilia media, ut ibidem docet idem Maſcard. & per cõpendium habentur in titu. in ſti. cano. cod. de proba. dubitari ꝓpterea poſſet in caſu propoſito, quo medio de prædictis ſit facienda probatio. Cui dubio ita vř eſſe reſpondendũ, ꝙ non poſſit aliud iuris reſponſum dari, niſi ſecundũ qualitatem caſus contingentis, recurramus modo ad unam, & modo ad aliam probationis ſpeciem; ſiquidem ſæpè occurrit cũ productione alicuius ſcripturæ, oportere probari ſubreptionem, & propterea ſecundum qualitatem illius oportet uti medio ad probandum incumbentia. Rurſus idẽ Maſcard. in d. ſuo tract. q. 17. nu. 15. docet, non poſſe dari modum probandi in communi; & propterea cõpoſuit tria uolumina de re propoſita, & in ſpecie de probanda ſubreptione, ut infra ſuo loco dicemus. In præſenti autem non eſt omittendũ, ꝙ ſicut agimus de probãda ſubreptione, ita quoque probatio iſta non debet eſſe ſubreptitia, ut docet idẽ Docto. ibidem nu. 20. poſt princ. & ita per hæc hẽmus, ni fallor, ſolutionẽ ad iſtũ articulum. Siquid uerò vlterius deſiderari poſſet, deſumetur ex his, quæ infra ſumus dicturi &c.

Qualis debeat eſſe probatio prædictarum exceptionum. Art. 4.

HAbemus in iure duas vulgares ꝓpoſitiones, quarum vna cauetur, quòd non probare, & probare, ſed minus ſufficiẽter, paria ſunt. Altera uerò dř, probationem obſcuram, & probationem nullam, ſimiliter paria eſſe, ut nouiſſimè nos docet Diodocus in ſuo Enchiridion, parium, & ſimilium iuris, in uerb. probatio, cum alijs ibi per eum copioſè adductis. Ex quibus puto inferendum pro ſolutione articuli, ꝙ probatio prædictarũ exceptionum debeat eſſe ſufficiens, & clara, alias non releuaret. Vnde illa iuris regula, actore non probante, reus debet liberari. l. qui accuſare. C. de eden. c. 1. vt eccleſiaſtica beneficia, ueꝛificari debet nõ ſolùm qñ actor nihil penitus probauit, ſed etiã qñ probauit, ſed non ſufficienter, & clarè, ut ibidem docent communiter Doct. Hinc eſt, ꝙ Iaſ. in d. l. in fi. adnotat ad mẽtem glo. omnino uidendus, ſi

per clem.conſtitutionem,in uerbo, fides plena,de elect. ꝙ quãdo lex facit mẽtionem de probat. ſemper intelligitur de plena; vnde concluſio iſta verificatur in qualibet cauſa, ut docet Iaſ.in d.l.nu. 5. Plures autem recipit limitationes,ut ibidẽ adnotat Sali.& refert idem Iaſ.Hinc eſt, ꝙ idem Maſcard. in d. ſuo tract. de proba.q.11.12.13.docet,quęnã ſint ſemiplenæ probationes,& qñ illæ probent.Ideò ad eum eſſet recurrẽdum in caſu contingenti.Vnde his præmiſſis,dicimus ad articulũ propoſitũ,ꝙ ſicut nos in præſenti quærimus,quid iuris in cõmuni de propoſita probatione, cũ ſubreptio diuerſimodè committatur,& ſucceſſiuè eius exceptio non ſit vnica;ita ẽt eodem reſpectu eſt reſpondendum cum regula ut ſupra adnotata, ꝙ uidelicet probatio prædicta requiratur plena,niſi ob qualitatem facti illa veniret limitanda.Qua de re puto concludendum,probationem in caſu noſtro talem debere eſſe, ut neceſſariò concludat,iuxta l.non hoc. C.unde legit. & unde cogna. cũ ibi adnot. & propterea ad eam requiritur prædicta ſufficientia,& claritas,vt ſupra diximus. Quæ quidem concluſio cum aliquãdo limitetur, ut in d.l.docet Iaſ.num. 15. per tres columnas,ideò ad eum me remitto pro cognitione huiuſmodi limitationum, ne ſim aliorum relator.

Quando circa huiuſmodi exceptiones & earum probationes ſit pronunciandum. Art. 5.

POſſet reputari ſuperfluũ, adnotare hic ſolutionẽ iſtius articuli. Primo, quia hmôi exceptiones, in pręcedentibus quęſtionibus adnotatæ,ſunt dilatoriæ,& reſpectiuè declinatoriæ; & propterea ſicut sũt opponendæ ante litis conteſtationem, ut diximus ſupra ſuo loco, & probat tex.in c.Paſtoralis, de exceptionibus,& ibi Doct.atque copioſè declarat Afin. in ſua pract.ciuili. §.13.per tot.Ita etiam in eadem parte iudicij,& proceſſus debent definiri. Secundo docent Doct.ſuper l.1. C.de ordin.cogni. ubi pſertim Bal. num.8.an,& qñ Iudex teneatur pronunciare ſuper quæſtione incidenti,& emergenti, hoc idem demonſtrant Canoniſtæ ſuper c.1.eod.ubi præcipuè Panor. num. 11.& ſeq.& Afin.in d.ſua practi.§. 18.per tot.& non ſolùm iſtud idẽ, ſed etiam ſpecialiter de dictis exceptionibus; & ꝓpterea ſatis vĩ eſſe recẽſuiſſe loca prædicta; vnde nõ vĩ opus vlteriùs procedere. Cæterũ ne articulus iſte remaneat inſolutus,ideò pro eius ſolutione,ac intelligẽtia,animaduertẽdum eſt imprimis,ꝙ Doctores in hoc non cõueniunt, cum alij aliter ſentiant,vt refert Abb.& Afin.lo.cita.Vnde diſputatione omiſſa placet priùs illud adnotare ad mentẽ omnium, ꝙ cum pronũciare in propoſito articulo,ſit exceptionẽ admittere, vel reijcere,ideò talis pronunciatio poteſt eſſe tacita,& expreſſa. Tacita.n.eſſet ſi iudex tacẽdo ꝓcederet ad vlteriora. Abb.omnino vidẽdus lo.cit. cum diſtinctione demõſtrat, quando ſit pronunciandum, & qñ non; & poſtea declarat, quid ſit,& quõ cognoſcatur quæſtio emergẽs, & incidens. Vnde, ut concludam, quid meo iudicio ſit dicendum, ad mentem tamen Doctorum; Exceptio iſta dilatoria, ſeu declinatoria, aut reſpicit ualiditatem, & inualiditatem proceſſus,ac iudicij; aut poſſe,vel nõ poſſe definiri quæſtionem prin-

principalẽ. Primo enim reſpectu, ſi iudex procedendo ad vlteriora redderet proceſſum nullum, ſine dubio tempore oppoſitę exceptionis eſſet ſuper ea pronunciandũ; ſecùs ſi proceſſus non redderetur nullus. Dubium tamen eſt, an iſtæ exceptiones dicantur reiectæ, non per pronunciam, ſed per proceſſum ad vlteriora. Hanc difficultatem declarat Aſin. in d. §. 18. cap. 6. Et ante eum Angel. in conſil. 200. nu. 3. & Corn. in conſ. 85. in litera q. cum ſeq. vol. 4. Pro ſolutione placet doctrina Angel. in d. conſi. dicentis, quòd Iudex aut proceſſit ad vlteriora cum cognitione huiuſmodi exceptionum; Et tunc illę dicuntur reiectæ. Aut ſi ne huiuſmodi cognitione; Et tunc ſecùs eſt dicendum. Hinc cognoſcimus, quando proceſſus ex hoc capite poſſit dicit nullus. Et propterea Aduocati, & procuratores debẽt inde obſeruare, quid faciat ad vtilitatem eorum clientulorum. At ſecundo reſpectu ſimili modo obſeruandum erit, quid iuris, quia aliquando Iudex in cauſa principali non poſſet illam definire, niſi pronunciatum fuerit ſuper illa exceptione emergenti, uel incidenti. Et propterea in tali caſu eſt omnino ſuper ea priùs pronunciandum; ſecùs verò aliter. Exẽplum deſumi poteſt à c. 1. & 3. de ord. cogni. Et ita per hæc ſit abſoluta ſolutio iſtius articuli. Circa quam ſi quis plura videre cupiat, uideat Docto. in lo. ſupra cita. &c.

QVAESTIO XIIII.

De pœna ſubreptionis, & eam committentis. Artic. 10.

EX his, quę in pręcedentibus quæſtionibus uidimus, ſine controuerſia eſt tenẽda illa iuris cõcluſio, ꝙ ſubreptio ſit delictum, & ſucceſſiuè tanquam tale debeat puniri, ob vulg. iuris deciſionem, Intereſſe Reip. ne delicta remaneant impunita. c. vt famæ, de ſent. excomm. & ibi not. gloſ. in verbo, impunita, & inſuper Doct. communiter. Qua de re poſtquam uidimus in pręcedentibus, quomodo ſubreptio committatur, item qũo exceptio inde deſumpta opponatur, & ſucceſſiuè, quomodò illa probetur, ſequitur nunc ſuo iure, ut uideamus in præſenti, quomodo illa puniatur; Et propterea ꝓponitur poſt qõnes præcedentes hæc præſens de pœna ſupreptionis. Ad cuius intelligentiam uidendum eſt, videlicet.

Primo, An reſcripta ſubreptitia ſint nulla.

Secũdo, An ſint nulla ipſo iure.

Tertio, An hęc nullitas ſit pęna.

Quarto, An impettans reſcripta per ſubreptionem poſſit puniri alia pœna.

Quinto, Qualis ſit hęc alia pęna.

Sexto, An ad pœnas huiuſmodi &c. requiratur dolus.

Septimo, An reſcripta reperiantur nulla alia uia.

Octauo, An eadem pœna imponi poſſit, ob diuerſas limitationes.

Nono, Quomodo cognoſcatur, quando

quãdo pœna ſit impoſita ipſo iure.
Decimo, Quæ ſit vtilitas pœnæ impoſitæ uno, uel altero modo.

An reſcripta ſubreptitia ſint nulla. Artic. 1.

ALiquid eſſe nullũ in iure, et de iure, ſtat dupliciter; Primò enim dicitur nullum ipſo iure. Secũdò dicitur nullum ope exceptionis, ut cęteris omiſſis uideri põt apud Vant. in ſuo tractã. de nullita. rubr. 1. nu. 10. Et propterea meritò quidem ipſe definit nullitatem in d. rubri. in princ. Hoc præmiſſo intelligentia iſtius articuli eſt iſta, uidelicet, an reſcripta ſubreptitia ſint nulla, id eſt, aliqua nullitate inualida. Circa quam nullitatem nõ uř neceſſariũ hinc ſpecialiter aliquid adducere, tum quia ſupra, declarando c. ſuper litteris, eod. de reſcript. demonſtrauimus p oppoſita, quid ſit de ea de iure dicendum: Tum ẽt q̃m in hac quæſtione uarij uaria ſenſerunt, ut infra nos quoq; de hac Doctorum uarietate dicemus. Cæterùm ne articulus iſte remaneat intactus, puto animaduertendum, ꝙ hæc nullitas poſſet tripliciter cõſiderari; Primo ex parte iuris; Secundo ex parte impetrantis, & cõcedentis; Tertio ex parte rei. Primo modo iura reperiũtur potius obſcura, quàm aliter; & propterea Doctores nõ conueniũt inter ſe, cur diuerſi diuerſa ſentiãt, ut diximus, & infra dicemus. Propterea in hac parte nõ oportet hic aliud adnotare. Vnde quoad ſecundum caput ex parte impetrantis, ſine dubio reſcriptum erit nullũ uno de prædictis modis; Siquidem cum illud impetraſſet dolo, uel ſimplicitate, ut dicit text. in d. c. ſuper litteris, & ibi Doct. communiter, fuiſſet propterea tranſgreſſor iuris, & ſucceſſiuè aliqua pœna debet puniri, iuxta uulg. iuris concluſionem, tranſgreſſores iuris eſſe puniendos. c. in his. diſt. 11. c. 2. p. q. 7. l. legis virtus. ff. de ll. Et probat tex. in d. c. ſup litteris. Hinc eſt, ꝙ habetur in utroq; iure titulus de pœnis; hinc eſt etiã, reſcriptum iſtud eſſe nullum, aliq̃n ſimpliciter, & aliquando ſm partẽ. Et ratio eſt, quia talis imperrans, & ſic tranſgreſſor iuris cum ſit aliquãdo in dolo, & aliquando in culpa, conuenit, ut puniatur, non tñ ſemper eadem pœna, quæ de iure debet proportionem habere ad delictum, l. ſancimus. C. de pœnis. Hinc eſt, ꝙ qui facit aliquid contra legem, priuatur illius beneficio. l. non dubiũ. C. de ll. c. fi. de immunita. & in iſtis locis Doct. communiter. atq; fraus, & dolus nemini patrocinari debẽt. c. ad noſtram, de empt. c. ſedes. cum c. ſeq. eod. de reſcript. Ex parte autẽ reſcriptum concedentis inueſtiganda eſt illius uoluntas, quæ aliquando eſt clara, ꝙ uoluit reſcriptum cõcedere: aliquando uerò cõſtat de oppoſito, quòd uidelicet uoluit illud denegare in totum, & aliquando pro parte. Aliquando deniq; eſt dubia, & ſic licèt regulariter eſſet recurrendum ad coniecturas, iuxta l. cõtinuus. §. cum ita, in fi. & ibi glo. & Doct. ff. de uerb. oblig. Eſt tamẽ admodum utile adnotare iuris præſumptiones. Pro quarum cognitione eſt uidendus Menoch. lib. 2. de præſumpt. præſumpt. 9. 10. 12. 13. De quibus quoniam etiam infra ſumus dicturi, ideò ſint iſta nunc ſatis. Quoad tertium denique caput, ut ſupra propoſitũ, dicimus, quòd cum de ſubſtãtia reſcripti ſit, ut ueritate nitatur, c. 2. eod. de reſcript. & dixi-

Digitized by Google

diximus ſupra in propria quæſtio-
ne & articulo, ſequitur inde, quòd
quando illud caret tali fundamẽto,
de iure non ſubſiſtat; & propterea
in communi uera uidetur iſta con-
cluſio, ꝙ uidelicet reſcriptũ ſubre-
ptitium ſit nullum, cõſiderando il-
lud ex parte rei, ut diximus. Qualis
autem ſit nullitas iſta, non hic, ſed
infra in ſeq. atticulo ſumus declara
turi. Ideò per hæc ſit abſoluta ſolu-
tio articuli propoſiti.

An reſcripta ſubreptitia ſint nulla ipſo iure. Art. 2.

QVoniam eſt cõmunis Do
cto. opinio, reſcripta ſub
reptitia ad gratiam eſſe
nulla ipſo iure; ſecùs ve-
rò, ſi illa fuerint ad iuſtitiam; atque
hæc eſt vna differentia adnotata in
ter iſta duo genera reſcriptorum à
Rebuff. in ſua practica benefic. p. 1.
tit. de diff. reſcript. diff. 1. per tot.
Ideò pro ſolutione iſtius articuli
oportet videre, an iſta opinio ſit ſe-
quẽda. De reſcripto enim ſubrepti
tio ad gratiam nemo eſt, qui dubi-
tet, nam hæc nullitas probatur per
tex. in c. ad aures, in ca. conſtitutus,
eod. de reſcript. Socci. Senior in cõ-
ſil. 164. num. 1. & 2. & in conſ. 160.
in princ. uol. 2. Clemen. 1. verſ. ſub-
reptitia. de præben. Et rõ eſt, quia
dicunt Doct. huiuſmodi litteras eſ
ſe loco tituli; vnde illis non exiſten
tibus, tit. prędictus redditur nullus;
& propterea nec etiã conſenſu par
tium poſſunt conualidari. Crauett.
in conſ. 68. in fi. Quoad litteras ve-
rò ad lites oppoſitum uidetur de iu
re dicendum, cum in eis agatur de
intereſſe priuato, cui quilibet põt
renunciare; l. pen. C. de pact. c. ſi di
ligenti. de for. cõpet. Nicol. de Mil.
in ſuo repert. in uerbo, gratia ſubre
ptitia, cum vulg. Cæterùm hæc do-
ctrina non vr̃ vndique ſatisfacere,
& præſertim ponderando cauſam
aſſignatam; ſiquidem, ſi eſſet uerũ,
ꝙ reſcriptum ſit loco tituli, ſine du
bio beneficia conferrentur, aliquã-
do ſub conditione, vel ad tempus,
quod non eſt dicendum. Clemen.
1. de conceſſ. pręben. c. 2. de elect. in
6. Secundo ponderãdo cauſam nul
litatis reſcriptorũ, illa reperitur in
vtroque reſcripto, quia ſi conſidere
tur ex parte impetrantis, oportet aſ
ſerere, ꝙ ſi reſcripta impetrẽtur do-
lo, vel ignorantia adeò craſſa, ut do
lo æquiparetur, debẽt propterea re
putari nulla, ne fraus, & dolus ali-
cui patrocinentur cõtra iura expreſ
ſa, & ut ſupra adducta. Si uerò illa
impetrentur ſimplicitate, tunc op-
poſitum de quolibet videtur eſſe te
nendum. Siquidem ſicut una tranſ
greſſio eſt maior altera; ita etiam di
uerſa, & non eadem pęna debet pu
niri; & propterea cum in primo ca
ſu militet eadem ratio, debet etiam
militare eadem iuris deciſio. At in
ſecũdo ob diuerſitatem facti, diuer
ſa etiã reperitur ratio, diuerſa quo-
que debet fieri iuris definitio, iuxta
l. à Titio, & ibi Docto. ff. de uerbor.
oblig. glo. ſuper c. 3. in verbo, quod
de vno, & ibi Doct. de cõſtitu. Nec
debet obſtare, quòd proceſſus con-
tra formam reſcripti fabricatus, ali
quando teneat, niſi reſcriptum no-
toriè ſit nullum. Docto. & pręcipuè
Abb. in d. c. ſuper litteris, nu. 9. eod.
de reſcript. Ad hoc facit lex Barba-
rius. ff. de offi. prætο. Quia huic ob-
iecto reſpõdetur: Primo, quod quã
uis talis proceſſus, ciuiliter conſide
ratus, ſit nullus, quoniam tamẽ na-
turaliter eſt aliquid, ideò non eſt in
conueniens, ut pro intereſſe publi-

eo ſubſtineatur, ſicùt adnotant Docto. in d.l. Barbarius, & infra clariùs dicemus. Reſpondetur ſecundo, quòd etiam remoto intereſſe publico, talis proceſſus poſſet ſubſtineri, nempe de voluntate, ſaltem tacita, ipſarum partium, cum naturaliter ſit aliquid, vt diximus; Idque affirmari poſſet argumẽto proceſſus fabricati coram arbitro, qui aliquando tenet coram ordinario, iuxta tamen diſtinctionem text. in ca. prçſentata, & ibi Doct. & prçcipuè Abb. de teſti. idem Abb. in c. ex parte. num. 4. & in c. vltimo, num. 6. de arbitr. Quid igitur tenendum? Sẽper mihi magis placuit, reſcriptum ſubreptitium quodcunq; illud ſit, ſi dolo, vel ignorantia tali, vt dolo æquiparetur, fuerit impetratum, eſſe nullum ipſo iure, atque ita puto, tum per ea, quæ hic ſupra diximus; tum etiam per deducta in præcedẽti articulo. His accedit, ꝙ nos loquimur de re propoſita non naturaliter, ſed moraliter. Et propterea ſicùt in naturalibus ne effectus ſit monſtruoſus, requiritur, cauſas omnes ad illum producendum debere eſſe bene diſpoſitas, vt nos docent Philoſophi, & ſi aliter eſſent, effectus vel non viueret, vel monſtruoſus eſſet; ita etiam hoc idem eſt dicendum in moralibus, cum ars ciuilis imitetur naturam. §. minorem, inſti. de adopt. Ex quibus omnibus videtur inferendum, ac concludendum, prædicta reſcripta quoad eorum nullitatem eiuſdem naturæ eſſe reputanda, quæ poſſet limitari, ſi prædicta ſubreptio committeretur alio modo, q̃ dolo, ſeu ignorãtia, dolo æquiparata, iuxta deciſionẽ dicti capituli ſup litteris, & ibi doct. &c.

An nullitas reſcriptorũ, & de qua ſupra, ſit pœna. Art. 3.

CVm inteligentia iſtius articuli deſeruiat etiam ad alias quæſtiones, ideò altius illius ſolutionem repetendo, dicemus imprimis, hanc nullitatem ſine dubio pœnam eſſe reputandam, põderando uerba tex. in d.c. ſuper litteris, eod. de reſcript. uidelicet, in ſuæ peruerſitatis pœnam &c. Quæ cũ ſint omnino clara, ideò nõ videtur amplius eſſe dubitandum. Secundo impetrans huiuſmodi reſcripta ſine dubio, committit in legem, vt de ſe patet, ergo debet puniri pœna legis. c. fi. cũ ibi adnot. de immunit. Et propterea à dicta cõcluſione nõ videtur eſſe recedendum, quia ſi aliter eſſet, fraus, & dolus remanerent impuniti, contra tex. in c. ſedes, cum c. ſeq. eod. de reſcript. Tertio, quoniã delicta, quçcumque ſint illa, dummodo ſint voluntaria, debent puniri. c. cum voluntate, & ibi glo. de ſent. excomm. l. qui iniuriæ. ff. de furt. 15. quæſt. 1. in princip. & propterea in crimine falſi requiritur etiã dolus. l. 1. ff. ad l. Corneliam, de falſ. Atque in caſu noſtro talis voluntas committendi ſubreptionem, vt prçſupponitur in facto, meritò &c. In contrarium faciunt primo diuerſç irregularitates à iure canonico inductæ, ſine aliqua culpa illius, qui alteram earum incurrit, iuxta tot. tit. de Bigamis, & fil. præsbit. Vnde à ſimili illud idem vr̃ dicendũ in quæſtione propoſita. Secundo idem probat text. in c. ſi quis, de reb. Eccleſ. nõ alien. c. 1. eod. in extrauag. commu. Alienatio enim rerum Eccleſiarum ſine iuris ſolemnitate eſt nulla, vt in dictis locis cauetur, & tamen non

eſt

eſt pœna, ergo etc. Tertio, ſubreptio nõ committitur ſine falſitate, vt demonſtrauimus ſupra. At quoniam ob falſum nemo punitur, niſi dolo, & cum læſione alterius illud ſit cõmiſſum, ut communiter docent criminaliſtę, & nouiſſimè Clar. in ſua practi. crimi. §. falſum, uerſ. excuſatur, cum duob. ſeq. Atq; in quæſtione propoſita licèt ſubreptio committatur aliquando dolo, alterius tamen læſio non præſumitur, ideò idem quod ſupra, videtur de iure dicendum. Pro ſolutione eſt animaduertendum, ꝙ Doctores varijs in locis examinant hanc quęſtionem, & nouiſſimè Vant. in ſuo tract. de nulli. c. 1. num. 15. Vnde Abb. in c. cognoſcentes. num. 5. de conſti. docet, quod quando nullitas inducitur in odium alicuius, dicitur pœna; ſecùs verò, qñ inducitur ob defectum alicuius ſolemnitatis. Quæ declaratio non omnibus placet; & propterea Dec. ſuper eod. c. num. 7. dicit, actum reddi nullum, aliquando in odium, aliquando ad fauorẽ, & aliquando ob formam non ſeruatam. Bal. Iaſ. & alij ſuper l. non dubium. C. de ll. docent, nullitatem induci, aliquando ratione prohibitionis, & ſic eſt pęna. Aliquando uerò ratione formæ non ſeruatę, & tunc ſecùs eſt dicẽdũ. Poſſet etiam meo iudicio adnotari alia diſtinctio, ut nullitas dicatur inducta, aliquando ob culpam, vel dolum alicuius; & ſic videtur eſſe pœna; aliquando ob aliam cauſam, & tunc aliud videtur tenendum. His omnibus ita adnotatis, dicimus ad articulũ, ꝙ nullitas, de qua agimus, eſt pœna, quia eſt inducta in odium ob culpam doloſam, atque ob prohibitionem, ut conſtat ex deductis, & præcipuè pro hac parte. Clarum enim eſt in materia ſubreptionis, ꝙ qui impetrare intendit aliquod reſcriptum, prohibetur falſum committere, illudque committendo non ſolum eſt in culpa, ſed etiam redditur odioſus; & propterea prædictæ tręs cauſæ omnino uerificantur ad cognoſcẽdam ueritatem prædictę ſolutionis. Non obſtant quæ ſupra ex aduerſo ſunt allegata, quia ad ea poteſt imprimis reſponderi cum diſt. adno. In ſpecie verò ad primum argumentum dicimus, quod irregularitates reperiuntur introductæ ob fauorem, & dignitatem Sacramenti ordinis, quod dicitur Sacramentum dignitatis. §. ſed notandum, & ibi Doct. 1. q. 1. Eodem modo puto eſſe reſpondendum ad ſecũdum ob vtilitatem Eccleſiæ; ſiquidem in tali caſu ille non gauderet beneficio legis. An autem id contingat in pęnã, uel ſub alio reſpectu, per dictũ argumentum nõ cognoſcitur; ideo non debet obſtare. Ad tertium dicimus, pœnam imponi etiam ob cauſam, iuxta tex. in c. ſine culpa, de regul. iu. in 6. In quæſtione tamẽ propoſita prædicta pœna nullitatis imponitur ob culpã doloſam, uel ob culpam ſimpliciter, ſi reſcriptum fuerit nullum pro parte, quia qui impetrat reſcriptum ſubreptitium, ſecundum qualitatem ſubreptionis tendit ad malum; & propterea aliquando eſt in culpa, & aliquãdo in dolo. Ex quibus omnibus inferendum eſt, ſolutionem ad articulum, vt ſupra datam, eſſe ita intelligendam, quod ſicut nullitas prædicta reſpicit aliquando integrum reſcriptum, aliquãdo uerò partem illius; ita etiam ob identitatem rationis in vtroq; caſu prædicta nullitas pœna uidetur reputanda. &c.

An

An impetrans reſcripta ſubreptitia modis prædictis poſsit puniri alia pena vltra penam nullitatis. *Art.* 4.

NOn minus vtilis eſt articulus iſte, quã fuerit proximus præcedens, vnde pro parte negatiua imprimis facit tex. in l. Senatus. ff. de accuſa. vbi legimus, neminẽ teneri pluribus legibus, & ſic pœnis, vnde meritò &c. Confirmatur, quia pœna non debet eſſe grauior delicto. l. ſancimus, & ibi Salic. C. de pœn. Secundo ſicut ſemel abſolutus iterum non debet condemnari, c. de his, de accuſa. ita etiã vna pœna punitus, alia non debet vlterius puniri. In contrarium eſt tex. in l. & ſi legibus. C. ſi con. ius. &c. vbi cauetur, ꝙ mendax precator careat penitus impetratis; & ſi nimia mentientis inueniatur improbitas, ẽt ſeueritati ſubiaceat iudicantis. meritò &c. Secundo idem confirmatur, quia, ſicut ille, qui impetrat, et vtitur reſcripto ſubreptitio, magis peccat, q̃ ille, qui impetrat tm̃, vel vtitur ſolũ, vt de ſe patet; ita etiam magis debet puniri; & propterea idem quod ſupra. Pro ſolutione eſt animaduertẽdum, quòd Doct. & præcipuè Bart. in d. l. Senatus, & Abb. in d. cap. de his, multa nos docent ad cognoſcẽdum, an quis poſſit puniri duplici pœna ob vnum, & idem delictum; vnde quantum facit ad rem propoſitam, dicimus, ꝙ hæc alia pœna aut veniret imponenda ob aliam legem latam, & ſic hæc imponi poſſet, cum non ſit incõueniens, ꝙ pœnæ aliàs impoſitæ, aliquid addi, vel detrahi valeat ſecundum debitas rerum circumſtantias, ſecundũ quas leges, & canones ſæpè uariantur. c. non debet, de conſanguinit. c. erit, diſt. 4. cum vulga. Id autem verificari debet, conſiderando qualitatem legis poſtea latæ, cum illa præſupponatur promulgata in reſpectu ad l. de qua agimus. Sicut enim cõſuetudo eſt aliquando ſupra, aliquãdo præter, aliquando ſecundum, & aliquando contra aliam legem, vt nos docent Doct. in c. fi. de conſuet. Vbi præſertim Henric. Boic, eſt adnotãdus; ita etiam hoc idem dici poteſt de una lege in reſpectu ad aliã. Aut talis pœna veniret imponenda ab homine, & à iudice, & in tali caſu non debet alia pœna imponi, quia iudex in puniendo tenetur procedere, & iudicare ſecundum diſpoſitionem iuris, iuxta ea, quæ nos docent Docto. in c. 1. de re iudi. & in c. 1. de conſti. Hoc idem poſſet confirmari ea vulgari regula, qua cauetur; in pœnalibus fauendum eſſe reo, l. pen. ff. de pœn. cũ vulg. Hinc eſt, ꝙ Doct. adnotant diuerſas cauſas ad pœnas diminuendas, Clar. in d. ſua practi. crimi. §. fi. q. 60. per tot. Et Menoch. lib. 5. de pręſumpt. præſumpt. vlt. docet, præſumi legẽ voluiſſe imponi mitiorem pęnam. Adnotandum eſt vlterius ad mentem Doctorum in d. l. & ſi legibus, ꝙ qui imperrat reſcriptum ſubreptitium, aliquando ſolum dolo, uel ignorantia illud impetrat. Aliquando verò aliquid mali vlterius addit, & perpetratur, vt ibi præſertim doctè adnotat Bald. Vnde ſicut caſus eſſet diuerſus; ita etiam pœna diuerſa ueniret imponenda. Quę omnia cum vera ſint regulariter, ideò quærunt Doctores, an Iudex poſſit cum cauſa iuris pœnam augere, uel diminuere, vt cæteris omiſſis copioſè docet Tiraquel. in præfatione ſui tract. de pœn. Quibus omnibus ita

præ-

præmiſſis ſoluẽdo nũc articulũ, dicimus cum diſtinctione, ꝙ ſi impetrans in ſuis præcibus nil aliud mali commiſerit, niſi quia impetrauit reſcriptum prędictum ſubreptitiũ, dolo, uel ignorantia prædicta, tunc debeat puniri dicta pœna nullitatis tantum, per iura ſupra pro hac parte adducta. Si verò aliquid aliud mali vlterius commiſerit, in tali caſu vltra dictam pœnam nullitatis, alia quoque vlteriùs puniri debet, per iura ſimiliter pro hac parte adducta. Atque hoc modo argumenta ſupra ad vtramque partem adducta, ad inuicem conciliantur, ni fallor, & propterea nõ oportet ſpecialiter ad illa reſpondere. Quando autem hæc alia pœna ſit imponenda, iudex debet id obſeruare, conſiderando præſertim omnes ipſius facti circumſtantias, iuxta c. ſicut, de homicid. l. reſpiciendum, & l. vt facta, & ibi Bart. ff. de pœn. Et ita per hæc habemus, quid de iure videbatur eſſe reſpondendum ad articulum propoſitum. &c.

Qualis ſit iſta alia pœna. Art. 5.

NOn ſemel obſeruaui apud Criminaliſtas pęnam aliã eſſe ordinariã; aliam uerò extraordinariã; vnde hæc alia pęna, de qua agimus, extraordinaria vr̃ reputanda, quia per d. l. & ſi legibus, C. ſi contra ius, dependet ab arbitrio iudicãtis; & propterea diximus ſupra, iudicem teneri in imponendo pœnam iſtam obſeruare facti circumſtantias. Ad id autem cognoſcendum debemus vlteriùs animaduertere, ꝙ falſitas, ſicut committitur aliqñ circa ſubſtãtiam actus, aliquando uerò circa illius accidentia, hæc alia pœna vr̃ reſpicere potius prædicta accidentia, quàm aliud, & ſucceſſiuè nõ poteſt certa regula demonſtrari, qualis illa ſit, ſeu eſſe debeat, cũ, ut dicit tex. in d. l. & ſi legibus, ſit poſita in poteſtate iudicantis; & propterea erit in arbitrio eius, iuxta tradita etiam à Menoc. lib. 2. de arbit. iudi. caſ. 307. Doct. & præcipuè Iaſ. in l. ſi ex falſ. nu. 10. C. de tranſact. Limitatur ad mentem eiuſdẽ Iaſ. lo. cita. & Canoniſtæ in ca. Fraternitatis, de hæret. ubi præſertim Ioh. Andr. qñ uidelicet iſta accidentia eſſent admodum connexa cũ actu principali. De qua cõnexione quoniam diximus ſupra in propria quæſtione, ideò nõ oportet in præſenti aliud adnotare. Concludamus ergo, ꝙ talis pęna non ſit propriè pœna falſi, ſed oĩnò alia, ac diuerſa, iuxta adnotata ẽt à Clar. in d. ſua practi. §. falſum, uerſ. ſed quid ſi teſtis. Nec obſtat quando ſupra diximus illam reſpicere predicta accidentia, quia ob diuerſitatem modi, poteſt quis vlteriùs delinquere vltra delictum ſubreptionis; et propterea remanet uera ſolutio ſupra data. Ad hæc omnia puto vlteriùs addendũ, ꝙ ſicut falſitas committitur, non ſolùm modis prędictis, ſed etiam aliquando in executione reſcripti, ita ſimiliter diuerſimodè poteſt cõtingere, vt docet Bal. in d. l. & ſi legibus. nu. 2. Quod quidem dicit iſte Doctor, contingit aliquãdo in cauſa ciuili, aliquando uerò in cauſa criminali, aliquando à parte impetrãte, & aliquãdo ab alio ad eius inſtantiam. Hinc nota, quòd ſicut modus committendi huiuſmodi falſum eſt multiplex, ac diuerſus; ita etiam pęna debet eſſe eiuſdem qualitatis. Et propterea non uidetur eſſe recedendum à prędicta concluſione, licèt illa aliquando limitetur, vt legimus in locis, vt ſupra citatis.

An

An ad pœnas prædictas imponendas, ſemper requiratur dolus.
Artic. 6.

Docet Clar. in ſua practi. ſupra ſæpè citata. §. fi. q. 60. verſ. ſunt etiam aliæ cauſę, ꝙ inter cauſas minuendi pœnam adeſt defectus doli; ſiquidē ſi quis delinquat ſine dolo, mitiùs punitur. Hoc idē legimus apud Tiraqu. in ſuo tracta. de pœn. cauſa 10. 43. 44. Atque in dicta cauſa 44. multa nos docet animaduerſione digna de ſubreptione reſcriptorum. Hinc eſt, ꝙ idem Clar. in d. §. q. 84. in princ. adnotat, neminē eſſe puniendum pœna corporali ſine dolo. Ex qua doctrina vr̃ de iure inferendum, dolum requiri regulariter in qualibet pœnæ ordinariæ impoſitione. Et propterea docēt vlteriùs Criminaliſtæ, quamlibet cauſam excuſare ipſum delinquentem à dolo, vt diximus, & probat Clar. in d. q. 60. verſ. & generaliter. Quæ iuris concluſio vr̃ ampliāda tam in dolo vero, quàm etiam præſumpto, cum in vtroque uerificetur eadē ratio, dummodo tamen legitimè probetur, licèt dolus non præſumatur. Menoch. lib. 5. de pręſump. præſumptio. 3. Cæterùm cōtra hanc doctrinam facit Primo, quod docet idem Menoch. in d. præſumpt. in prin. & nu. 16. Vbi legimus, dolum eſſe delictum, ex quo ſequitur unum delictum non eſſe neceſſarium ad puniendum aliud, ſed utrumque puniri debet, maiori tñ pœna. Secundo Summ. Pont. in d. ca. ſuper litteris, eod. de reſcript. puniuit pœna nullitatis impetrātem reſcriptum ſubreptitium ignorantia, ergo non ſemper requiritur dolus. Quid igitur dicendum? Iudicarem ego eſſe diſtinguendum de pęna, quæ alia dicitur ordinaria, alia uerò extraordinaria, & arbitraria; hinc eſt, ꝙ Docto. dubitant, & quærunt, an iudex poſſit remittere, & diminuere pœnam ordinariam, aliqua cauſa ſic ſuadēte. Nicol. de Mil. in ſuo repert. in verbo, pœna ordinaria, & Tiraq. copioſè in præfatione d. ſui tracta. de pœnis. In quo explicat poſtea diuerſas cauſas diminuendi pęnas. Hoc præmiſſo dicimus ad articulum, ꝙ dolus requiritur ad prædictas pœnas, quatenùs illæ fuerint ordinariæ; ſecùs uerò ſi fuerint extraordinariæ. Et propterea iudex poteſt aliquem punire etiam ratione culpæ, quæ ſi cum habet latitudinē, ut ſuo loco diximus, & declarat Bart. in l. quod Nerua. ff. depoſiti. Ita etiā pœna debet imponi ſm gradum illius, atq; in hoc conſuetudo eſt maximæ efficaciæ, ut nos docet etiam Tiraq. in d. præfat. Non obſtāt modo ea, quæ ſupra in contrarium ſunt adducta, quia Primo reſpōderi poteſt, illa verificari limitatiuè, vt diximus. Secūdo reſpondendo in ſpecie, dicimus ad primū, ꝙ licet dolus ſit delictū, vt docet Menoch. lo. cita. qm̄ tamē vr̃ ordinatus ad aliud, vt demōſtrat eius definitio. l. 1. ff. de dol. ideò non debet obſtare, quia delictum ad qd̄ dolus eſt ordinatus, dicitur propterea grauius, iuxta l. uerum. ff. de furt. Hinc eſt, ꝙ in practica in libello criminali apponuntur illa uerba, ſciēter, doloſè, & ſimilia. De quibus cæteris omiſſis plenè tractat Clar. in d. ſua pract. §. fi. q. 31. ferè per tot. Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ prædicta ignorātia æquiparatur dolo, uel quæ eſt craſſa, & ſupina, de qua Nauar. in conſ. 1. de cōſti. in princ. Vel quoniam fuit circa materiam grauem, vt adnotat Pont. in d. decretali, ſuper

per litteris. Vel denique ob læſionē partis æquiparatur, ut ſupra.arg.eo rum,quę nos docent Doct.in l.2.C. de reſcind.uendi.vbi præſertim Ca gnol.eſt adnotandus &c.

An reſcripta reperiantur nulla alia via, quàm via ſubreptionis.
Artic. 7.

EX his,quæ diximus ſupra, quando locuti fuimus de exceptionibus,poteſt fortaſſe deſumi ſolutio ad articulũ pro poſitum; ſiquidem ſicut ex diuerſis cauſis deſumitur exceptio contra re ſcriptum,ut ibi demõſtrauimus,ita etiam hoc idem puto dicendum de nullitate. Et ut primo adnotemus, quid de iure,& à Doctoribus habea tur, unum puto præmittendum,qđ videlicet reſcriptum in eius conceſſione aut eſt nullum, aut validum. Si nullum,dubium eſt,an talis nullitas oriatur ab aliquo gradu falſitatis. De qua dubitatione oĩbus conſi deratis,puto dicendum, magis ueram eſſe opinionem affirmatiuam. Moueor autem ad id tenendum po tius rõne,quàm authoritate; ſiquidem ſi in illius impetratione fuit aliquid omiſſum,vel cõmiſſum,con ſequenter fuit commiſſa aliqua falſitas; & propterea hæc nullitas cognoſcitur ex omnibus illis medijs, quibus aliqua ſcriptura redditur fal ſa. Hinc eſt,quod ſi ſigillum reſcripti fuerit falſificatũ, illud redditur nullum. c.3. & ibi glo.& Docto.de falſ. Item ſi litteræ recipiãtur ab alio miniſtro, quàm ab ordinatis à principe,idem eſt dicendum.c.dura, eod.Quamplures alij modi repe riuntur in c.licet,& in c.quàm grauì,eod. Vnde longum eſſet ſingulos modos recenſere.Limita tamen,qñ talis falſitas eſſet adeò modica, vt nequeat reſcriptũ vitiare, iuxta tex. in c.fi.eod. cum ibi adnota.ſed redu cendo ſolutionem iſtius articuli ad certam regulã,qua hæc nullitas cognoſci ualeat,imprimis cõuenit ad notare regulã nobis traditam à Spe cul. in ſuo iudic. ſpecul. titu. de reſcript.præſenta. & impugna. uerſ. dicto qualiter reſcriptum,cum pluribus.§.ſeqq.quã adnotauimus ẽt ſu pra in q. de excep.ꝙ videlicet reſcriptũ ſit nullũ, aliqñ rõne prædictæ falſitatis, aliqñ ratione formæ,aliquando ratione impetrantis, aliqñ ratione eius,ad quē impetratur;aliquãdo ratione alicuius defectus, & aliquando ratione cauſæ,atque alijs modis,ut copioſè,& diſtinctè legimus apud d. Doctorem loco cita. At meliori methodo fortaſſe proceden do,dicimus,reſcriptũ poſſe dici nullũ; Primo,quia qui illud impetrat, non habet perſonam legitimã impetrandi, iuxta adnotata in c.nonnulli. §. fi.eod.de reſcript. Secundo qm̃ perſona,à qua impetratur, non habet authoritatem illud concedēdi, arg.c.fi.§.fi.de offi.& poteſt.iud. deleg. Tertio hoc idem eſt dicendũ ratione perſonæ, ad quam illud dirigitur,cum non omnis perſona ſit capax illius.c.ſtatutum, de reſcript. in 6. Concil.Triden.ſeſſ.13.cap.20. de reforma.Quarto,idem eſt tenen dum ratione perſonæ, contra quam impetratur,iuxta ca.ſignificante,& c.Rodulphus, cum ibi adnota.eod. extra. Quinto rõne cauſæ, propter quam illud impetratur, idem iudicamus,iuxta c.ſi pauper,cum ibi ad notatis, de pręben.in 6.Talis enim cauſa à principio nõ erat legitima, aliqñ tamen ante executionem reſcripti illa redditur nulla. Sexto ratione materiæ ſeu negocij, ſup quo

Digitized by Google

illud impetratur, idẽ affirmamus; ſi
quidem quædam materiæ non ad-
mittũt reſcripta impetrari, vel ſi ad
mittant, id non conceditur, niſi ſub
certa forma, iuxta c. 3. ca. cum ordi-
nem, & c. ſi qñ, eod. de reſcript. Se-
ptimo ratione modi impetrandi, &
reſpectiuè concedendi, idem uide-
tur dicẽdum; vnde in hac parte pro
ualiditate reſcripti debet attendi ſti
lus Curiæ, ut ſupra ſuo loco demon-
ſtrauimus. Octauo qualitas tempo-
ris idem demõſtrat; ſiquidem ſicut
tempus in iure reperitur diuerſum,
ita ẽt diuerſum producit effectum:
Et propterea ſi reſcriptum impetra
tum fuerit tempore non debito, ui-
detur illud nullum, qđ poſſet limita
ri iuxta tex. in c. de cauſis, cũ ibi ad-
not. de offi. iudi. deleg. Hoc idem
Nono loco demonſtrat qualitas lo-
ci, iuxta c. cum R. Canonicus, eod.
De qua quidem loci circumſtantia
adnotandus eſt omninò Menoch.
lib. 2. de arbi. iudi. ca. 468. Decimo
ratione medij reſcriptum impetrã-
di idem poſſumus affirmare, iuxta
d. ca. Dura, cum ibi adnota. de falſ.
Vndecimo executio eiuſdem ſæpè
eundem producit effectum, iuxta c.
ſi autem, & c. plerumque eod. de re-
ſcript. cum ob non vſum illius ſæpè
illud annulletur. Quæ quidem cir-
cumſtantiæ, ut ſupra adnotatæ, ſunt
omni diligentia obſeruandæ, quia
non ſolùm deſeruiunt ad ſolutionẽ
articuli, ut conſtat ex deductis, ſed
etiam ad cognitionem, & interpre
tationẽ reſcriptorum, prout ad hũc
finẽ obſeruatę ſunt in §. ſunt autem,
vſq; ad §. fi. inſti. canõ. de colla. Hæc
omnia faciunt etiam ad intelligen
tiam prædictæ nullitatis, nõ ſolùm
reſpectu conceſſionis reſcripti, ſed
etiam poſtquam illud fuerit conceſ
ſum, cũ ſæpè contingat, illud a prin
cipio tenere, & poſtea reddi nullũ.
Vnde nullitas hic accepta fuit in ge
nere, & non in ſpecie; & propterea
quæ ſupra ſunt adnotata, uerifican-
tur reſpectiuè, ſingula ſingulis refe-
rendo, tam de nullitate ope exce-
ptionis, quàm etiam de nullitate ip-
ſo iure &c.

An eadem pœna imponi valeat ob
diuerſa reſcripta ſubreptitia.
Artic. 8.

ARticulus iſte cum diſtin
ctione venit ſoluendus;
ſiquidẽ diximus ſupra,
pœnam ſubreptionis eſ
ſe duplicem; vna enim dicitur nul-
litatis, altera verò imponitur à iudi
ce ſecundum qualitatem improbi-
tatis reſcriptum impetrantis. Quo-
ad primam una, & eadem pœna ui
detur eſſe quoad oĩa prædicta reſcri
pta, & rõ eſt, quia ſicut nullitas nõ
habet partes, nec gradus; ita etiam
non admittit magis, & minus, cum
nõ entis nullæ ſint qualitates, ut do
cent Philoſophi, & adnotant Iuri-
ſtæ in l. eius, qui in prouincia. ff. ſi
cert. pet. Poſſet tamen hæc conclu-
ſio ita declarari, ꝙ cum aliquando
uigore huius reſcripti ſubreptitij, et
ſic nulli ſit fabricatus proceſſus de
facto, licèt de iure nulliter, ali-
quando tñ ille reſcinditur, & aliqñ
ſecùs. Hinc legimus in multis De-
cretal. ſententias cum inde depen-
dentibus eſſe reuocatas, & aliquan-
do confirmatas. c. ad hæc. c. cum di-
lecta, & c. 2. eod. de reſcript. cũ vul-
gar. De qua proceſſus nullitate qm̃
infra ſuo loco ſumus dicturi, ideò
non cõuenit in præſenti de ea aliud
adnotare. Ad hæc omnia poſſet ad-
di ſecunda declaratio, ꝙ ſicut nulli-
tas eſt duplex; vna. n. reperitur ipſo

Digitized by Google

Iure, altera uerò ope exceptionis, ut ſupra ſuo loco diximus; ita etiã ob qualitatẽ ſubreptionis modo una, et modo altera locum habeat, & ſucceſſiuè non ſemper eadem imponi ualeat, ſicuti conſtat ex ſupradictis in alijs articulis. At quo ad alteram pœnam, quæ à iudice in caſu ſuo imponitur, non poteſt, nec debet eadẽ eſſe, & imponi, quia ſicut impetrantis iniquitas habet latitudinẽ, iuxta ea, quæ ſupra ſunt deducta in propria queſtione de latitudine delictorum; ita etiam pœna debet habere proportionem ad gradum illius, argumento l. ſenatus. ff. de accuſ. Facit tex. cum adnot. inſuper in l. ſancimus. C. de pœnis. An autem gradus iſte cognoſci ualeat, poſſet dubitari. Cui quæſito ita uidetur eſſe reſpõdendum, quòd ſi talis cognitio eſſet per l. definienda, tunc pars negatiua magis placeret, cum talis lex poſſit eſſe diuerſa ob diuerſitatem graduum, & illorum circũſtantiarum; ſi uerò illa eſſet habenda pro applicatione pœnæ ad illum, tunc oppoſitum uidetur ſequendum, idque ea fortaſſe ratione, quia Menoch. lib. 1. de arbitr. Iudi. quæſt. 91. adnotat, & docet, quomodo plus, & minus ſint in arbitrio iudicis. Hoc autem eſt omnino adnotandum, quia non ſolùm facit ad intelligentiã rei propoſitæ; ſed etiam ad cognitionem ſtipulationum, iuxta l. Scapham, & ibi glo. & Docto. ff. de euict. Vnde cum per hæc habeamus ſolutionẽ, ni fallor, ad articulum, ideò ſtudendo breuitati, non oportet vlteriùs procedere &c.

Quomodo cognoſcatur, quando pœna, præſertim nullitatis, dicatur impoſita ipſo iure. Artic. 9.

OPortet hic repetere deciſionem, vt ſupra factam, in hac eadẽ quæſtione noſtra, quãdo dicebamus, reſcripta ſubreptitia eſſe ipſo iure nulla; & rõ eſt, quia aliud eſt conſiderare rationem naturalẽ, & aliud formam, qua promulgata reperitur lex pœnalis, ſecundũ quã pœna dicitur, uel dubitatur impoſita ipſo iure. In hac. n. materia noſtra canones non videntur undiq; clari; Siquidem tex. in d. c. ſuper litteris, eod. de reſcript. dicit, quòd Iudex delegatus poſtquam ſibi ſuper hoc facta fuerit fides, nullatenus de cauſa cognoſcat. Quæ verba videntur denotare & præſupponere, fuiſſe oppoſitam exceptionẽ ſubreptionis. Secundo idẽ confirmatur, quia nullitas prædicta dependet à narratione facti & conſequẽter videtur inde inferendum, prædictam exceptionem eſſe neceſſariam, qua dicitur factum non fuiſſe, nec eſſe legitimè narratũ. Tertio ſi pœna iſta fuerit impoſita ipſo iure, conſequẽter dicitur impoſita à lege, quę cum vtatur verbis communibus, uidelicet ſecundæ litteræ nõ obtineant roboris firmitatem, nolumus uires obtinere, careat penitus impetratis, & ſimilia. c. ad aures, c. ſedes, c. cęterũ, eod. de reſcript. inde videtur inferẽdũ, ꝙ huiuſmodi verba, ob ſenſum communem eorum, non debeant denotare actum talẽ ipſo iure, iuxta l. quoties. ff. de reb. dub. & propterea idem, quod ſupra, vĩ de iure dicendum. Quarto & vltimo, dato, dictam nullitatem eſſe ipſo iure impoſitam,

Digitized by Google

poſitam, nihilominus nihil operatur, cum requiratur ſententia declaratoria.ca.cum ſecundum leges, de hætet.in 6. Gabriel in ſuis concluſ. tit.de Maleſi.concluſ.12. In contrarium tamen, ꝙ videlicet ipſa nullitas ſit ipſo iure impoſita; Primo faciunt verba d.ca. ſuper litteris,quæ ſunt iſta, Nullum ex iſtis litteris cõmodum conſequantur.Item nullatenus Iudex de cauſa cognoſcat.Ad hæc accedunt, quæ diximus ſupra artic.2. huius queſtionis. Vnde tota difficultas in eo conſiſtit, ut uideamus,quomodo iſta cõcluſio cognoſcatur, & quomodo ad obiecta reſpõdeatur. Et propterea quoad primum caput attinet; dicimus,quòd Doct.dubitãt, qua via aliquis actus ſit, & dicatur talis ipſo iure, unde Feli.in c.Rodulphus.num.47.uerſ. ultimo,quia tex.cum pluribus ſeqq. eod.de reſcript.& Tiraq.in l.ſi vnquã.in verbo, reuertantur, per plures paginas. C.de reuocan.dona.explicant diuerſa verba, quibus id cognoſcitur,& definitur. Sed in præſenti ſatis nobis erit adnotare doctrinam Abb. Panorm. in c.ſi diligenti.nu.18.& ſeq.de for. compet. qui docet, ꝙ quando uerba demonſtrant actũ de præterito, uel de præſenti, tunc nullitas dr̃ inducta ipſo iure.Si verò eadẽ verba denotarent acta de futurò,tunc nullitas,& pœna veniret imponẽda per iudicem, & ſic ope exceptionis. Exemplum deſumi poteſt à canone, ne pro defectu,& à can.qa propter, de elect. in vno enim habentur hæc verba, Poteſtate careant ea vice. In altero verò legimus,ea vice poteſtate priuẽtur. Vnde verba prioris canonis videntur denotare actum de præſenti, & ſucceſſiuè ipſo iure; altera verò de futuro,& conſequenter per iudicem ope exceptionis. Animaduertendum eſt vlterius,meo tamen iudicio, quod ſicut in naturalibus omnis cognitio habetur aut à cauſa,aut ab effectu;vt Philoſophi nos docent; ita etiam hoc idem puto dicẽdum in materia morali, & ſic in hac quæſtione noſtra. Vnde cauſa reſcripti eſt ipſe impetrans, ipſe cõcedẽs;res,ſuper qua reſcriptum impetratur, & conceditur; & finis,ac modus impetrãdi, & concedendi. Quoad effectum verò placet doctrina Beto.in d.c.ſuper litteris,nu.10. dicentis, reſcriptum cõſiderari vel quoad effectum cognoſcendi illius validitatẽ;vel quoad effectũ cognoſcendi merita cauſę.His ita adnotatis,ac præmiſſis,dicimus mõ pro ſolutione quæſtionis propoſitæ,ꝙ q̃ñ dicta nullitatis pœna ſit impoſita ipſo iure,cognoſcitur uel iuxta doctrinam Abb.v.ſupra relatam,atq; omnino adnotandam; vel per eius cauſas. Siquidem cõſiderando qualitatem perſonæ impetrantis, quæ impetrat reſcriptum aliquando dolo, & aliquando ignorantia diuerſa, ut dicit text. in d. ca.ſuper litteris, & nos diximus ſupra ſuo loco. Item conſiderando finem eiuſdem uel concedentis,uel rei;Item qualitatem negocij,atque modum impetrandi;ſine dubio cognoſcimus inde,an concedens,& reſcribens uoluerit reſcriptũ denegare uel illud ſimpliciter,aut ſub certa forma concedere. Nemini enim eſt dubium, uoluntatem concedentis aliquãdo eſſe expreſſam, & aliquãdo tacitã, quę à coniecturis deſumi,& cognoſci debet, iuxta vulg.regulam,ꝙ in dubijs opus ſit coniecturis, iuxta l. continuus.ff. de verb.oblig. Si verò ab effectu eadem cognitio ſit ſumẽda, tunc quoad cognitionem validita-

dita-

ditatis eiuſdem reſcripti, dicimus, illud ualere, iuxta tamen ea, quæ in fra ſumus dicturi de iuriſdictione iudicis dati p huiuſmodi reſcriptū ſubreptitium. At quoad cognitionē meritorum cauſæ, quæ ſupra ſunt adnotata, debent omnino obſeruari, cum reſcriptum nullum nullius dicat eſſe effectus ſub reſpectu prædictorum meritorū. Nunc reliquū eſſe uidetur reſpondere ad obiecta; unde dicimus ad primū, quòd uerba dictę Decretal. ſuper litteris, denotant actum de præſenti, iuxta doctrinam Abb. ut ſupra relatam, in reſpectu ad merita cauſę; quoad ualiditatem uerò ipſius reſcripti, puto tenere argumētum. Nec uidetur in iure abſurdum, aliquem actū uno reſpectu tenere, alio uerò eſſe nullum, arg. tex. in §. quod autem, cum ibi adnot. Inſti. de legiti. agna. tut. Ad ſecundum reſpondetur cum ea dem diſtinctione, ꝙ uidelicet exceptio requiratur in cognitione ualiditatis, uel inualiditatis eiuſdem reſcripti; ſecùs uerò quoad merita cauſæ; & propterea argumentū prędictū uno reſpectu tenet, alio uerò eſt nullum. Ad tertium poteſt negari, prædicta uerba eſſe communia; Siquidem iuxta doctrinas ſupra relatas, & ſecundum propriam prędictorum verborum naturam, illa nō videntur communia, licèt de nonnullis ſit dubitatū apud Doctores, an videlicet denotet actum de præſenti, vel de futuro, vt videri poteſt præſertim apud Feli. & Tiraq. in lo. ſupra cita. ad quos eſt omnino recurrendum, quando de aliquo verbo particulari eſſet controuerſia. Ad quartum denique, ut cōgruum detur iuris reſpōſum, debemus præſupponere, reſcriptum ſubreptitiū eſſe nullū moraliter; naturaliter verò tenere, ac valere. Hinc eſt, ꝙ nō eſt incōueniēs, proceſſum vigore talis reſcripti fabricatum, aliquando tenere, arg. c. ex litteris, de offic. iudi. deleg. c. ſi duobus. de appell. §. ad hæc, inſti. cano. de procura. c. mandato, eod. & l. Barbarius. ff. de offic. præto. atque nos infra ſuo loco dicemus. Vnde hoc præmiſſo, dicimus ad argumentum, ſententiam declaratoriam eſſe neceſſariam, qn̄ videlicet iudex vellet procedere ad vlteriora, altera parte opponente; ſecùs aliter. Atque hac de cauſa demonſtrauimus ſupra, an, & quando iudex debeat pronunciare ſuper oppoſita exceptione obreptionis; & propterea etiam hoc argumentum videtur ſolutum. &c.

Quæ ſit vtilitas, ſi pœna ſit impoſita ipſo iure, vel per Iudicem veniret imponenda, iuxta ea quæ ſupra diximus. Art. 10. & vltimo.

QVoniam in præcedentibus articulis adnotauimus, pœnam nullitatis, aliquādo impoſitam eſſe ipſo iure, & vltra eam aliquādo imponi aliam ob maiorem impetrantis iniquitatem per ſententiam iudicis; ideò dubitatum, & quæſitum fuit ulterius, an huiuſmodi modi puniendi, ſicut ſunt diuerſi, ita etiā ſint diuerſæ, & alterius utilitatis. Primo enim ꝙ debeat reputari eiuſdem naturæ, & qualitatis, facit illa fortis ratio, ꝙ pœna ipſo iure impoſita, nullius vī eſſe efficacię, niſi inſuper feratur vlterius ſententia declaratoria, iuxta text. in d. c. cum ſecundum leges, de hæret. in 6. In cōtrarium verò facit prædictus diuerſus modus puniendi. Confirmatur arg. l. ſi idem. C. de codicill. Cæterū diſpu-

diſputatione omiſſa, dicimus pro ſolutione, maximam eſſe differentiã inter pœnam, & pœnam; ſiquidem pœna ipſo iure impoſita, magis afficit, & eſt maioris virtutis, q̃ pœna per ſentẽtiam. Hinc eſt, ꝙ ſm vnã opinionẽ punitus ipſo iure, ſtatim dicitur obligatus ad pœnam in foro cõſcientiæ, vt uideri poteſt apud Sotum, lib. 1. de iuſti. & iu. quæſt. 6. art. 6. cõcluſ. 1. Diximus autem ſm unam opinionem, quia oppoſita opinio eſt magis communis, ut atteſtatur, & docet Clar. in d. ſua practica. §. fi. quæſt. 80. uerſ. ſed hic incidenter. Secundo, pęna ipſo iure impoſita, uidetur reuocare hominem à malo, magis q̃ faciat pœna impo nenda; ideò legum latores uidẽtur impoſuiſſe pęnam ipſo iure, non in delictis ſimpliciter, ſed in grauiori bus. Nec debet obſtare requiri ſententiam declaratoriam, ut ſupra diximus, quia id ita ſtatutum fuit, ex quo aliquando quis habet cauſam, pp quam prætendat ſe in illam nõ incurriſſe. §. ex contrario, & ibi glo. inſti. cano. de ſent. excommun. Vel dicas ſecũdo, dictam ſentẽtiam de claratoriam requiri quoad alios, & non quoad perſonam tali pœna punitam, quia docet Abb. in c. poſtulaſti, num. 4. de Clerico excom. admi. nullam eſſe differentiã inter excõicationem occultam, & manifeſtã, quoad ipſum excõmunicatum attinet. Multæ aliæ reperiuntur differentiæ inter prædictas pœnas, quæ copiosè & doctè more ſuo explicãtur à Tiraq. in d. l. ſi unquam. C. de reuoc. dona. in uerbo, reuertantur, num. 266. uſque ad fi. in explicatione dicti uerbi, reuertantur. Licèt autem id ſæpè occurrat in practica, tamen ne ſim aliorũ ſimplex relator, ad prędictum doctorem loco citato me remitto. Et cum per hæc habeamus etiam, quomodo ad obiecta reſponderi valeat, ideò nõ vſ neceſſarium aliud ſpeciale reſpõſum. &c.

QVAESTIO XV.

De diuerſitate opinionum circa materiã propoſitam. Art. 7.

Cvm in propoſita materia reperiantur diuerſæ Doctorum opiniões, ac ſententiæ, idqꝫ fortaſſe cõtingit, quia ipſamet iura non videntur inter ſe omnino concordãtia, & propterea dubitetur de eorum conciliatione, atque hac de cauſa dixerunt quidã promulgatam fuiſſe Decretal. ſuper litteris, eod. de reſcript. Ideò iudicaui admodum expediens, ac vtile fore poſt explicationem eorum, quæ hactenus in præcedẽtibus quęſtionibus vidimus, & adnotauim⁹, in præſenti quædam obſeruare de huiuſmodi opinionum, ac iurium diuerſitate; hinc eſt, quòd nũc proponitur hæc quęſtio, in qua videndum eſt.

Primo, Vnde oriatur opinionũ diuerſitas.

Secundo, An, & quomodo vna opinio cognoſcatur melior altera.

Tertio, An aliqua opinio habeat aliquando vim iuris.

Quarto, Quæ, & quales ſint opiniones circa prædicta reſcripta.

Quinto, An, & quomodo opiniones ſint ad inuicem conciliandæ.

Sexto, Quæ opinio in decidendo ſit ſequenda.

Septi-

Septimo, Quomodo iura in hac materia ſubreptionis inter ſe contraria, conciliari ualeant.

Vnde oriatur opinionum diuerſitas. Art. 1.

AVt rariſſima, aut nulla reperitur materia, in qua Doctores inter ſe nõ cõtendãt; & cum ſit admodum vtile ſcire, vnde oriatur tanta eorum opinionum diuerſitas; ideò vtile fore duxi, aliquid de hoc adnotare. Vnde vt prius videamus, quid alij nos doceant, gloſ. in d. ca. ſuper litteris, in verbo, diuerſos, docet, tot eſſe hoĩum opiniones, quot ſunt capita. c. ſicùt in Sacramentis, in fi. & ibi glo. de conſecra. diſt. 4. l. quia poterat, ff. ad Senatuſconſ. Trebell. & rõ eſt, quia hoĩes ſunt faciles ad diſſentiendum; l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbitr. Idque inde oriri põt, q̃m dicit text. in c. quia diuerſitatem. de præbẽ. Animi mores ſequuntur temperaturam corporis. Ex qua doctrina illud inferri valet, ꝙ in iſta præſertim facultate legali, nil certi habeamus, cum Docto. in eorum interpretationibus inter ſe non conueniãt, ſicuti præcipuè cõtingit in hac materia, de qua agimus. Hęc doctrina licèt ſit notãda, tñ non vr̃ vndiq; ſatisfacere; & propterea meo iudicio ſolutio iſtius articuli aſſignari debet, primo quoad Theoricam. Secundo quoad practicam; Primo modo vel dicas, quod nõnulli Doctores in decidẽdo quæſtiones ſibi propoſitas, ſequuntur rigorem iuris; nonnulli verò æquitatem. Vel dicas ſecundo, quoſdam reſpicere finẽ, & cauſam vnius iuris; alios verò finẽ, & cauſam alterius, cũ iura inde inter ſe differãt. Hinc eſt, ꝙ de iure ffōrum eſt differentia inter agnatos, & cognatos, ſecùs de iure C. iuxta l. maximum vitium. cum ibi adnot. C. de bon. quæ lib. Item de iure ciuili filius emancipatus excluditur à ſucceſſione; ſecùs de iure prætorio. §. emancipati autem. Inſtit. de hæredi. quę ab inteſt. Finis enim eſt pręcipua cauſa in iure. c. cũ ceſſante, & ibi Abb. & alij, de appella. Nauarr. in ſua relect. de fin. huma. actuum, in prin. per tot. Gloſ. Summ. libri Decretal. & ibi Doct. cum ſimil. Vel dicas tertio, dictam diuerſitatem opinionum oriri à qualitate medij aliquid probandi. Logici enim docẽt media ad probandum eſſe diuerſa, cum quædam ſint demonſtratiua, quędam probabilia, & quædam ſophiſtica. Vnde ſicut media iſta ſunt diuerſa, ita ẽt inde oriri põt diuerſa opinio. Vel dicas quarto, ꝙ cum tota Philoſophia moralis dependeat à circũſtãtijs. c. non ſatis, diſt. 86. c. erit, d. 4. c. non dẽt, de conſanguin. & Sũmiſt. in verbo, circumſtantia; atque bonum conſtat ex tota cauſa. l. 1. ff. de orig. iuris. ſequitur inde, quòd ſicut hmõi circumſtantiæ conſiderãtur aliquando omnes, & aliquãdo quædam; ita ẽt diuerſa ex hoc dari põt opinio. Atque hæc ſunt, quæ ueniebant animaduertenda pro ſolutione iſtius articuli reſpectu Theoricæ. Nunc quoad practicam attinet, hæc opinionum diuerſitas ab animi affectione, & paſſione videtur originẽ trahere; Siquidem per eas adeò perturbatur animi iudiciũ, ut uerum à falſo, & bonum à malo diſcerni nequeat. c. quatuor. 11. q. 3. c. iudicet. 3. q. 7. Et propterea legim^9 in c. 1. de re iud. in 6. quod Iudex in iudicãdo, remotis oĩbus affectionibus, ſolum Deum ante oculos habere

bere debeat, cum Philoſophus dicat, intus apparens, id eſt animi affectio, prohibet extraneum, id eſt cognoſcere uerum. Et hac de cauſa iudex dicitur vir bonus. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de uerb. oblig. Hinc nota qualis debeat eſſe electio de perſona iudicis ad alios iudicandum. Similiter etiam quales debeant eſſe arbitri in laudando, & arbitrando, &c.

An, & quo modo vna opinio cognoſcatur melior altera. *Art.* 2.

Docent nos Doct. communiter in c. 1. de conſti. in fi. eorū repetition. in dubio ſequendam eſſe communem opinionem; ab illa tamen poſſe recedi ob aliquam fortem rationem. Ex qua doctrina inferri poteſt, illam opinionem eſſe meliorē, quæ ſubſtinetur fortiori rōne. Quæ illatio quamuis ſit admodum probabilis, habet tamen difficultatem, cum poſſit eſſe nimis rigoroſa. Vnde ſecūdo dici poteſt, illam opinionem eſſe meliorem, quæ eſt magis conformis conſcientię, ob dictū D. Pauli relatum in ca. fi. de præſcript. vbi legimus, quod non eſt ex fide, ideſt, ſm conſcientiam, peccatū eſt. Sed hæc ſimiliter ſolutio licet optima ſit, non vr̄ vndique ſatisfacere, quia aliud eſt conſiderare hanc ſolutionem reſpectu conſcientiæ, & aliud in comparatione ad aliam opinionem. Qua de re oportet pro ſolutione iſtius articuli priùs adnotare, vnde ſit deſumēda hæc bonitas, de qua quęrimus. Et qm̄ nos loquimur in materia morali, ideò dicimus, hāc bonitatem eſſe deſumendam, vel à qualitate opinionū, aut à grauitate, & authoritate Doct. Primo modo illa opinio vr̄ melior, quæ erit munita melioribus legibus, & rationibus. Fulgoſ. in conſ. 96. col. 1. & Neuiz. in ſua Syl. nupt. relat. etiā à Gabriel. in conſ. 100. num. 2. & 3. par. 2. At ſecundo reſpectu illa opinio vr̄ melior, quæ eſt melioris authoris, qui doctrina, uſu, & experiētia maiorem ſibi acquiſiuit authoritatem. Ant. Mar. Corat. in ſuo tract. de com. opi. tit. 3. inſpect. 2. in prin. Hæc ſolutio ſolùm in eo vr̄ negociū facere, vt adnotetur modus, quo cognoſci ualeat prædicta melior ratio, & authoritas. Si enim talis modus daretur, ceſſaret omnis dubitatio. Sed ſtudēdo breuitati dicimus, modum iſtū fortaſſe deſumi, & cognoſci à fine, & ab effectu; ſiquidē quò finis, & effectus eſt melior, eò etiam opinio vr̄ melior reputanda; ut eſt, exēpli gratia, illa opinio, qua ſi aliqua cōtrouerſia definiretur, id fiat per uiam concordiæ, cum inde litigantes recedant à lite, & lites tollantur de republica, iuxta l. ſub prætextu, la 1. C. de tranſact. l. properandum. C. de iudi. Quæ omnia ſi vndique non ſatisfaciant, pro ſolutione articuli, præbent tamē occaſionem vtilius cogitandi, & veritatem cognoſcendi &c.

An aliqua opinio habeat aliquando vim iuris. *Artic.* 3.

QVoniam eſt communis doctrina, Iudicem teneri ad iudicandum ſecundum communē opinionem Doctorum, ut cōiter docēt Caniſtæ in d. c. 1. in fi. eorum repet. de conſti. ideò non vr̄ eſſe dubitandum, talem opinionē habere vim iuris. Hoc idem poſſet confirmari per §. reſponſa prudentum, Inſti. de iur.

iur.na.can. reſponſa, diſt. 2.& diſt. 20.in princ. cum ſimil. His accedit quod dicebat Salomon relatus etiã in c.ne innitaris, eod.de conſti.ubi legimus, ne innitaris prudẽtiæ tuę. Melius eſt.n. iudicare ſm Doct. opinionem & præſertim, quando illa eſſet cõmunis, quàm proprio iudicio, cum proprium iudicium poſſit faciliùs errare, quàm aliter. Qualis autem debeat eſſe iſta cõmunis opinio, non oportet hic aliter declarare, cum hodie de ea copioſè pertractet præd. Ant.Mar. Corat.in d. ſuo tract.de communi opi.vltra ea, quæ paſſim nos docent Doct.uarijs in locis, pcipuè uerò in d.ca. 1.Qua de re, cum articulus iſte uideatur eſſe de indubitabili, vr propterea ſuperfluus reputandus. Vnum tamen puto non eſſe omittendum de prædicta communi opinione, quod uidelicet nos docent Doct.in ca.fi.de conſue.ubi præcipuè Henric.Boic, q ſicut conſuetudo in comparatione ad ius ſcriptum aliquando eſt ſupra, aliquando præter, aliquando ſecundum, & aliquãdo contra ius; ita etiam hoc idem affirmari poteſt de prædicta opinione, quæ ſi eſſet ſupra, interpretatur, & hoc propriè pertinet ad officium doctorũ. Abb. in c.1.num. 23. de poſtul.prælat. Si ſit præter, induceret nouum ius. At que ſub hoc reſpectu vr intelligendus tex. in d.diſt.20.in prin. q videlicet dicta Sanctorum teneant ſm locum poſt decreta Pontificum. Si uerò ſit ſm ius, approbarẽ, quæ q dẽ approbatio poſſet talis effectus reputari, ut lex, illa mediãte, videatur vſu recepta, iuxta tradita à Doct.& præcipuè Feli. in c. 1. de tregua, & pace. Si deniq; eſſet cõtra, tũc derogaret, vel abrogaret. An autem hoc ſit uerum, q uidelicet opinio Doct. poſſit id facere, non modicam meo iudicio hẽt difficultatem. Et cũ nõ intendã hic de ea aliquid definire, ideò ſolũ illud puto animaduertendũ, q illa reddit ius adeò dubiũ, ut dicit Ant.Ma.in d.tract.in pręfatione, num.18. quòd Summiſtæ communiter nos docent, hominem excuſari ſequendo opinionem cõmunem, ſi illa reperiatur, vel magis ueram. Syluester in ſua Summ.in verbo, opi.q.2.Abb.in c.4.num.6.de feri.cũ ibi adduct. Quibus adde, quòd ſicut à iure aliquãdo recedimus, lege ſic permittente; ita etiam hoc idem contingit de iſta opinione, ut docent Doct.in d.ca. 1.& Ant.Ma. in d.tract.lib. 2. per tot.&c.

Quæ, & quales ſint opiniones circa ſubreptionem reſcriptorum. Artic. 4.

SVmmopere expedit, ad maiorem cognitionem propoſitæ materiæ, de ſubreptione adnotare, quæ, & quales ſint Doctorum opiniones circa eã. Qua de re una fuit, quòd ille, quomodocunque reſcriptum ſubreptitium obtineat, prorſus omni litterarum commodo carere debeat, nõ diſtinguendo inter modum, & modũ impetrandi. Cuius opinionis ratio eſt vulgaris illa iuris regula, quòd mendax precator carere debeat impetratis, l. & ſi legibus. C. ſi cõtra ius. can.dicenti, §.& ſi legibus.25.q.5. Qua quidem ratione non obſtante, fuit receſſum à tali opinione; ſiquidem ſicut ille, qui mendacium dicit, diuerſimodè dicitur peccare, ob illius latitudinẽ, iuxta can. primũm. 22.q.2. Ita etiã non ſemper eodem modo debet puniri. Confirmatur, quia delicta uo-

luntate diſtinguuntur.c.cum uolũtate,de ſent.excomm.l.qui iniuriæ, ff.de ſurt. Couarr. in clem. 1.par. 2. in princ. de homic. Vnde ſicut uolũtas reperitur ſæpè diuerſa, ita quoque diuerſa debet eſſe pœna in caſu delicti commiſſi. Non obſtat ratio in contrarium adducta, quia mendax committit mendacium aliquãdo errore,aliquando uerò intentione,& deprauata uoluntate. Et propterea dicebat D.Auguſtin. in can. 2.22.q.2 ꝙ qui iurat falſum,aliquãdo id facit dolo, & aliquando ſine dolo. Hinc eſt, ꝙ ad delictum falſi requiritur dolus.l.1.ff. ad leg. Corneliam de falſo. Satis enim vr̃ eſſe, ut mendax precator puniatur in eo, in quo deliquit. Atque hac de cauſa reſcriptum ſubreptitiũ dicitur nullum,aliquando in totum, aliquãdo pro parte, ut dicit tex.in d.ca.ſuper litteris,eod.de reſcript. Vnde hac opinione ſic reiecta, ſequitur ſecũda, quæ tenebat,ꝙ qui prædictũ reſcriptũ impetraſſet quouis modo, quãuis carere dẽat forma in litteris expreſſa, Iudex tamen teneretur procedere ſecundum rigorem iuris,idq; ea ratione, ut lites reſtringantur,& tollantur de Republica.l.properandum.C.de Iudic.ca.finem,& c.fi.de dol.& contum. Cõfirmatur, quia actus debet interpretari, vt potiùs valeat,quàm aliter.l.quoties.ff. de reb.dub.l.quoties,ff.de uerb.obligat. &c. Vnde meritò &c. Contra quam opinionem faciunt ea,quę ſupra ſunt adducta contra primam. Siquidem eſt admodum iuri cõſentaneum,diſtinguere inter modum, & modum impetrandi,& ſucceſſiuè approbare, vel reprobare reſcriptum inde ſequutum,ſecundũ qualitatem caſus contingentis; & propterea hæc etiã opinio videtur reijcienda. Nec debẽt obſtare obiecta, quia illa videntur limitanda,quando inde orirẽtur abſurda, quæ de iure ſemper ſunt euitanda,iuxta præfationem Gregorianam lib.Decretal.& adnotat Abb.in ca.ſolitæ, de maiori. & obed. Quæ orirentur in caſu propoſito, ſi etiam opinio iſta teneret; ſiquidẽ inde aperiretur uia committendi fraudes in impetratione litterarũ: Lites enim ſunt reſtringendæ,nõ ſimpliciter, ſed ꝓut à iure permittitur. Qua de re hęc etiam opinio fuit reiecta in d.c. ſuper litteris. Vnde ſequitur nunc tertia opinio,vltra id, quod in d.ca.legimus, quæ tenet, reſcriptum impetratum modis prædictis,eo caſu eſſe nullũ, quo uidelicet pars aduerſa oppoſuiſſet exceptionem nullitatis, & ſubreptionis,& non aliter.arg.l.& elegãter.ff.de dol.l.filio. ff. de iniuſto teſta. & ratio eſt, quia reſcriptũ iſtud videtur commune; & propterea impetrans cogi poſſet ad illud exhibẽdum. l.3.§.1.& 2.ff.ad exhibendum. Confirmatur,quia cum citatio ſit fundamentum iudicij, clemen.fi.ut li.pen.§.fi. Inſti. de pœn. teme. litig.§.1.inſti. cano.de in ius voc. ſequitur inde,reſcriptum ante citationem eſſe validum; poſt illam verò tenere, vel non tenere, prout parti placeret. Cæterùm, hæc quoq; opinio meritò quidem fuit reiecta; Siquidem ſi eſſet uera,& ſequenda, iuriſdictio iudicis dependeret à voluntate partium litigantium,ſi non aliter,ſaltem indirectè, contra l.priuatorum C.de iuriſd.omn.iudi.l.ius publicum. ff.de pact. c.ſi diligenti, de foro cõpet.Nec obſtant obiecta, quia prædicta iura verificãtur de diſpoſitione priuata. Nos autẽ loquimur de diſpoſitione publica.Reſcriptum autem eſſe cõe, nõ eſt ſemper uerum,

verum,ſed iuxta tradita in ca.cæterùm, eod.de reſcript. Admiſſo autẽ illud eſſe cõmune, id tamen contingeret,non quandocunque, ſed poſt quam in iudicio eſſet productũ,iuxta ea,quæ diximus ſupra in proprio articulo,& nouiſſimè iuxta Bullam Pij IIII.in ordine 83.ſiquidem antea nemo cogitur inuitus litigare vigore talis reſcripti,iuxta l.1.C.vt nemo inuitus agere &c. Et propterea his ita ſuadentibus,hæc etiam opinio non poteſt ſubſtineri. Vnde ſequitur quarta, quæ facit diſtinctionem de qualitate reſcripti; ſiquidẽ ſi illud contineat priuilegium, non teneret;niſi fuerit legitimè impetratum, iuxta l.2.§.ſi quis à Principe. ff.ne quis in loco publico.Si uerò cõtineat iuris obſeruantiam, ſecùs videtur, dicendum, iuxta tradita per Doct. in rubr. eod.de reſcript. Hæc opinio quamuis uideatur probabilis,nihilominus, vt reliquæ,vr̃ omninò reicienda.Primo,quia non vr̃ verum, vnum reſcriptũ ſemper valere,aliud verò eſſe nullum, quamuis tendat ad iuris obſeruãtiam, qa actus dr̃, & eſt legitimus non à fine tãtum,ſed à tota cauſa,iuxta ca.non ſatis.diſtin.86.l.1.ff. de orig.iur.Secundo,idem cõfirmatur per ea,quę diximus ſupra in reprobatione aliarum opinionũ;& propterea ſtudendo breuitati, non oportet hic aliud addere. Vnde adhuc altera fuit opinio,& ſic quinta & vltima in ordine, quæ ſimiliter diſtinguendo dicit, ꝙ ſi ſubreptio fuerit inductiua ſolius formæ reſcripti,tunc ſolùm illam vitiaret,cum Princeps aliàs reſcriptum conceſſiſſet, licèt ſub alia forma. At ſi fuiſſet inductiua totius ſubſtantiæ illius, tunc in totum vitiaret,cum ſimiliter Princeps illud nullo modo cõceſſiſſet. Hæc opinio vr̃ admodũ rationabilis;ſiquidẽ reſcriptũ duo continet,videlicet modum procedendi,& ſic formam,atque merita cauſæ, & ſic ſubſtantiam. Cæterùm neque iſta opinio videtur eſſe attendenda, cum inde oriretur talis diſtinctio de reſcriptis, vt unum reſpiciat formam,aliud verò merita cauſæ, quæ à nemine datur, vt, hactenùs obſeruare valui. Sed admiſſo eã dari, prout ego puto, in quolibet reſcripto poſſet committi ſubreptio modis p̃dictis,quos hæc opinio non videtur habuiſſe in conſideratione,ſicuti dẽbat; & propterea non vr̃ approbãda. Non obſtat rõ in contrarium adducta, quia non verificatur de quolibet reſcripto. His accedit,quod per cognitionem eius, atque aliarũ ſupra dictarum opinionum, non habemus certam,& diſtinctam intelligentiã ſubreptionis,& illius effectus. Et propterea vt concludamus, huiuſmodi opinionibus ita reiectis,meritò quidem ſequenda eſt diſtinctio, & deciſio facta per Summum Pontificem,maxima prudentia, in d.c.ſuper litteris,eod.&c.

An, & quo modo opiniones inter ſe contrariæ, ſint ad inuicem conciliandæ. Artic. 5.

OPiniones non eſſe ad inuicẽ conciliandas,inde clarè cognoſcitur,ꝙ iudex in iudicãdo tenetur ſequi cõmunem, vel reſpectiuè magis communem,vt ſupra demonſtrauimus. Et ſi illa eſſet limitanda, in caſu limitationis eſſet ſequẽda opinio particularis,iuxta tradita à Doct.communiter in c.1.de conſtitu.in fi.cor.rep. In contrarium facit tex. in d.c. ſuper litteris, eod. de reſcript. Caſ-

ſad.in ſua deciſ.Ro.Rom.1.eod.nu. 2.Ioſeph Ludo.in ſua deciſ. peruſ. 72.num. 10.Gabriel.in conſ.86.numero 10. vol. 2. Quid igitur dicendum? Regulariter eſt ſequēda communis opinio, vt vltra adducta probat Dec.in conſ.414.num. 10.& in conſ.422.num.1.Rol.à Vall.in cōſ. 60.nu.40. par.1.Declaratur tamen, dummodo ſit illorum Doctorū,qui controuerſiam examinauerunt; Gabr.in conſ.101.num. 11.vol.2.Hæc concluſio limitatur,quando in contrarium adeſſet aliqua fortis rō, ut vltra Doct.in d. c.1.eſt adnotandus Natt.in conſ.125.num.4. Secundo eſt recedendum ab eadem concluſione,quando opiniones poſſent ad inuicem conciliari, per doctrinas adductas.Modus autem illas conciliandi,qualis debeat eſſe,non videtur ab aliquo ſpecificè declaratus; ideò dicas,meo iudicio,id fieri poſſe, inducendo partes ad concordiā, vt doctè, & notabiliter nos docet Boer. in ſua deciſ. 155. num. 28.Et ſæpè,vt audio obſeruat Ro. Ro.Vel dicas ſecundo. Ad conciliationem iſtam faciendam eſſet ſumenda, ac ſequenda media uia,iuxta tex.in §. fi.Inſti. qbus ex cau.manumitt.&c. & ibi glo.in verbo, mediam viam. Ancar.omninò uidendus in conſ. 210.& nouiſſimè Sena.Pede.in ſua theſ.deciſ. 89.per tot.quæ quidē media uia eſt omninò obſeruanda, cū conueniat iuri,& rationi. Vel dicas Tertio, quòd veritas iſtarū opinionum,cum ſit moralis, & propterea dependeat,non tantum à cauſis,ſed etiam à rerum circumſtantijs, ideò ad prædictam conciliationem faciēdam, conuenit recurrere ad huiuſmodi media,à quibus prædictæ opiniones dependere uidentur, iuxta vulgare illud dictum,Diſtingue tēpora,& cōcordabis ſcripturas. Confirmatur, qa docet Ioh.de Tur.cre. in prohem.Decre.q.12.ad mentem Specul.in ſuo indi.ſpecul.ſeptem regulas,quę à dictis circumſtantijs deſumuntur,quibus canones, & iura ad inuicem conciliantur.Vnde hoc idē obſeruare conuenit in caſu quæſtionis noſtræ. Vel dicas quarto, & vltimo,ꝙ ſi aliter controuerſia definiri nequeat, eſſet recurrendum ad Principem, cuius officium eſt prouidere interpretando, vel decidendo non tantum futuris, ſed etiā præſentibus,& præteritis negocijs,iuxta tradita per Doct.& præcipuè Abba.in c.fi.de conſti. Hinc eſt, ꝙ aliquando in fauorem,vel odium particularis perſonæ promulgat conſtitutionem particularem,iuxta l.1.ff. de conſti.Princip.§. ſed & qđ Princip.Inſti.de iur.natu. &c.

Quæ opinio in decidendo, ſit ſequenda. Art. 6.

SVperfluus videtur articulus iſte,cum per ea, quæ diximus ſupra, articulo 3. habeatur eius ſolutio. Cæterùm ne intactus relinquatur, puto animaduertendum vna cum Abb.in c.ne innitaris. nu.3.de conſti.ꝙ dicta Docto.aliquando diſcordant cum decretis Pontificum, vnde quæritur de eis quid iuris.In qua difficultate Abb.videtur erraſſe,dicendo dictum Doct.eſſe præferendum,ſi tamen fuerit corroboratum cum authoritate ſacrarum litterarum.Ioh.de Turrecrem.in diſt.20. in princ.q. 1. examinat notabilem quæſtionem,an videlicet expoſitio Sacræ Scripturæ ſit præferēda epiſtolis decretalibus, & canonibus. Atque diſtinguēdo dicit, quòd hęc quæ-

quæſtio eſt ſoluenda, aut quoad cauſas decidendas, aut quoad intelligẽtiam habẽdam. In primo caſu fine cõtrouerſia canones, et epiſtolę prędictæ ſunt præferendę, quia ad hũc finẽ requiritur ſcientia, & poteſtas, vt in princ. d. diſtinct. legimus. At Doct. quamuis Sancti ſolùm ſcientiam habuerunt, vel habent, & propterea nequeũt cauſas decidere. In ſecundo verò caſu præferunt Doct. eorumque doctrinæ, dummodo tamen illa fuerit eminens. Siquidem docet Abb. in c. cum in cunctis. de elect. ſcientiam habere tres gradus, videlicet eminentem, ſufficiẽtem, & mediocrem. Vnde meritò quidem prædicti Doct. debent habere ad hoc, vt præferantur, ſcientiam eminentem. Hæc doctrina cum ſit admodũ adnotanda, ideò dicimus, ꝙ cum tali diſtinctione poſſumus abſoluere, quæ in hac materia opinionum, earumq; varietate, habentur apud Doct. Vnde caſus contingens aut eſt deciſus authoritate publica, & ſic legitima lege; aut eſt indeciſus; aut eſt dubius, vel ob diuerſam Doct. intelligentiam, vel ob aliam cauſam. In primo caſu fine cõtrouerſia ſequenda eſt deciſio, & cõſtitutio à legitimo legiſlatore facta, iuxta principium d. diſtinctionis, cum ibi adnot. At in ſecundo pariter etiam, & tertio caſu, eſt ſequenda communis opinio, iuxta tamen declarationem, & limitationes in pręcedentibus articulis datas. Si uerò talis communis opinio non reperiatur, tunc ad mentem Innoc. Bald. & aliorũ in d. c. ne innitaris, eſſet recurrendum ad conſcientiã, & ſic illa opinio eſt ſequenda, quæ eſt conformis conſcientiæ, quia ſi aliter eſſet, peccatum eſſet. Siquidẽ dicebat D. Paul. relat. in c. fi. de pręſcript. quod nõ eſt ex fide, ideſt ſm cõſcientiam, peccatum eſt. Hoc autem videtur verum quoad forũ poli, quia quoad forum fori placet adnotare doctrinam Bald. in d. ca. ne innitaris. nu. 10. dicentis, ꝙ debet quis conari, vt habeat Iudicem propitium, cum poſſit inclinare ad illã opinionem, qua vellet amicum gratificare. &c. Ex quibus puto inferendum, huiuſmodi articulum, vltra ſupra declaratos, fuiſſe omnino adnotandum. &c.

Quomodo iura in hac materia ſubreptionis inter ſe contraria conciliari valeant. Art. 7.

VT cõgruè iura iſta ad inuicem cõciliari valeãt, oportet prius adnotare, qualis ſit eorum contrarietas. Legimus igitur imprimis in l. 2. C. ſi contra ius, quod oppoſita exceptione ſubreptionis iuris, vel facti, datus Iudex debet cognoſcere, non ſecundum deprecantis narrationem; ſed ſecundum tenorẽ veritatis, & ſecundum hoc de cauſa ſententiam ferre. Oppoſitum habetur in l. & ſi, & in l. ſeq. C. eod. In d. enim l. & ſi, cauetur de veritate precum eſſe inquirendum. In d. uerò l. & ſi legibus, deciditur, ꝙ mendax precator careat penitus impetratis. tex. autem in d. c. ſuper litteris, eod. de reſcript. diſtinguẽdo, vt ſupra ſuo loco diximus, videtur iſta iura ad inuicem conciliare. Vnde hæc contrarietas hodie poſſet dici ſoluta, & ſublata, vt adnotat Iaſ. in d. l. 2. poſt princ. Cæterum eſt omnino animaduertendum, ꝙ prædicta lex 2. habet diuerſos intellectus, vt docet glo. fi. ſuper ea; & propterea Doct. diuerſimodè illam interpræ-
tantur.

tantur. Hinc ortæ ſunt diuerſæ eorum opiniones, vt ſupra examinatæ. Vnde cum intentio noſtra ſit in præſenti ſolùm adnotare prędictorum iurium conciliationem, ideò non videtur neceſſarium recenſere plures d. legis intellectus. Vt autem priùs videamus, qd alij nos doceãt, ſicuti conuenit modo docẽdi, ideò Bart. in eadem l. 2. poſt princ. adnotat, ꝙ l. & ſi legibus, vt ſupra relata, intelligitur de reſcripto cõtinente priuilegium: d. verò l. 2. intelligi debet de reſcripto ad lites. Vnde ob hanc diuerſam declarationem hæc duo iura non ſolum videntur conciliata, verum ẽt poſſet affirmari, illa non eſſe inter ſe contraria. Hæc doctrina, quamuis ſit notanda, hẽt tamen difficultatem, quia in dictis iuribus ne verbũ quidem habetur, quo talis diſtinctio inferri valeat. Alij doctores admodum laborarũt circa prædictos intellectus, & opiniones. Vnde ad mentem aliorum nõ hr̃ aliquid certi. Qua de re, vt in tãta Doctorum varietate dicam ẽt ego, quid ſentẽtiam, puto prius animaduertendum, ꝙ iſta cõtrarietas, quoad intelligentiam litteralem attinet, reperitur inter legem, & legem, & inter leges, & prædictam Decretal. ſuper litteris. Primo modo, licèt d. l. et ſi legibus, abſolutè definiat, ꝙ mendax precator debeat carere impetratis, et vlterius debeat alia pœna puniri ſm̃ qualitatẽ eius improbitatis, vt ſupra demonſtrauimus; nihilominus non contrariatur d. l. 2. cum illud idem per eã definiatur, ſed non eodem modo, neque ita clarè; ſiquidem iudicio ipſius Iudicis id totum erat definiendum. Vnde cum d. l. 2. fuiſſet in hoc obſcura, ob verborum illius conceptionem, ad eius intelligentiam vr̃ propterea promulgata d. l. & ſi legibus, et hoc modo, ni fallor, prędicta iura ad inuicem cõciliantur. At ſub ſecundo reſpectu non eſt ignorandum ad mentem Iaſ. in d. l. 2. num. 22. poſt principium, nonnullos tenuiſſe, dictam Decretal. ſuper litteris, fuiſſe promulgatam ob errorem Canoniſtarum circa intelligẽtiam d. l. 2. Quæ opinio quã ſit inſipida, & inepta, inde cognoſcitur, ꝙ Iuriſtæ non conueniunt circa eiuſdem legis interpretationem; & propterea orti ſunt prædicti diuerſi intellectus, atque opiniones, vt diximus ſupra. Dicit vlterius iſte doctor, ꝙ in iſta l. non conſideratur dolus ſicut in d. Decretali. Vnde tota difficultas apud Doct. in eo vr̃ poſita, ꝙ videlicet habeamus intelligentiã. Qua de re puto dicendum, quòd nec in dictis legibus, nec etiam in alio iure de reſcripto ſpecialiter loquente, hr̃ expreſſa, & ſpecialis mẽtio de dolo, & fraude, quibus reſcripta ſæpè impetrantur, atque in practica quotidie uidemus, illa impetrari non ſolum dolo, & fraude, uerum etiam aliquando ſimplicitate, & ignorantia. Vnde ante promulgationem dictæ Decretalis erat admodum difficile, atque dubium, ſcire quid iuris in caſibus contingentibus, cũ in omnibus reſcriptis ſubreptitijs committatur falſitas, & iura ciuilia non diſtinxerunt gradus illius; & propterea maxima prudẽtia fuit facta, ac promulgata prædicta Decretalis, cum per eam huiuſmodi difficultates uideantur ſublatæ, atque opiniones ad inuicem cõciliatæ, ut in illa legimus, & ſupra adnotauimus. Qua de re intentio Pontificis in illius promulgatione, aut fuit tollere, & reſpectiuè conciliare prædictas diuerſas Doctorum

opi-

Digitized by Google

opiniones circa ſubreptionem propoſitam, vt diximus ſupra in propria quæſtione: aut perficere ius canonicum, licèt inde per quandam neceſſariam conſequentiam habeatur etiam intelligẽtia ad prædictas leges ciuiles; quæ ſi inde non remaneant vndique claræ, puto tamen dediſſe occaſionem illas clariùs intelligendi. &c.

QVAESTIO XVI.

De imitatione Superioris reſcribentis. Art. 6.

SIcut impetrans debet rationabiliter, & legitimè reſcriptũ impetrare, vt vidimus ſupra, ita etiã Princeps eodem modo, ac via vti debet ad illud concedendum, atque iudex ipſe ad illud idem exequendũ. Et hac de cauſa prudenter factum fuit, q Pont. in d. Decretal. ſuper litteris, eod. de reſcript. moneat iudicem, & exequutorem reſcripti, vt illa rõ moueat eum ad exequendum, quæ mouit Principem ad concedendũ. Qua de re poſtquam in præcedentibus vidimus; quid erat obſeruãdũ ab impetrantibus reſcripta cum oĩbus illis, quę inde ſequebantur, erat nũc côueniẽs uidere, & adnotare, ãn, & quomodo moueri debeat Prĩceps ad reſcriptum concedendum, & poſtea Iudex ad illud exequẽdũ. Vnde meritò quidẽ propoſita fuit modo præſens quæſtio, in qua uidẽdum eſt, uidelicet.

Primo, An Princeps debeat uiuere iure, & ratione.

Secundo, An Princeps poſſit cõcedere reſcripta ſine cauſa uera, uel præſumpta.

Tertio, An Princeps ſit imitandus.

Quarto, An debeat eſſe eadem ratio in concedendo, & exequendo reſcriptum.

Quinto, An ob identitatem rationis ſit facienda extenſio, ad non contenta in diſpoſitione iuris, uel hominis.

Sexto, An ceſſante cauſa reſcripti debeat illud ceſſare, & quo mõ.

An Princeps debeat viuere iure, & ratione. Art. 1.

ESt vulgaris iuris propoſitio, Principem eſſe ſolutum legibus. c. propoſuit, de conceſſ. preben. § ſed & qđ Principi, Inſti. de iu. natu. & in l. 1. ff. de conſtitu. & propterea Principum placita legis habent uigorem, ut in dictis locis cauetur. Ex quo infertur, ipſum non eſſe obligatum uiuere iure, & ratione &c. Secundo de qualibet lege certa ratio reddi nequit. l. nõ omnium. ff. de ll. ergò idẽ quod ſupra. Hæc omnia confirmãtur per tex. in l. digna uox. C. eod. & propterea dicit l. ſi quis in princ. ff. de leg. 3. quòd nemo poteſt ſibi legem imponere. Vnde ſi Princeps imponeret ſibi legem, ultra quod id eſſet contra d. l. eius poteſtas uideretur etiam diminuta, contra c. ad honorem, de uſu pall. quod cum nõ ſit dicẽdum, meritò &c. In contrariũ primo facit text. in dicto cap. ſuper litteris, eod. de reſcript. ubi Pont. monet iudicem datum, ut ea rõne reſcriptũ exequatur, qua ipſe illud cõceſſit; ergò debet uiuere ratione.

Secun-

Secundo habetur in ſacris litteris, quòd quæ à Deo ſunt, ordinata sũt. At quoniam Principis poteſtas eſt à Deo, teſte D. Paulo relato etiam à Lancell. in ſuo tract. de reg. iu. canonici lib. 1. in propria regula, & ibi glo. ergo idem quod ſupra. Vnde cũ poteſtas Principis nequeat dici ordinata niſi à ratione, quæ eſt participatio Dei, teſte Propheta dicente, Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, ergo &c. Hinc eſt, quòd Auguſt. de Anco. in ſuo tract. de poteſt. Eccleſiæ, quæſt. 44. artic. 1. docet, omnem legem, dummodo tamen ſit iuſta, dependere à lege Dei effectiuè, deriuatiuè, materialiter, & ſubiectiuè. Si enim aliter eſſet, actiones Principis eſſent inordinatæ, & ſic non à Deo, ſed potius contra eum, quod non eſt dicendũ. Tertio dicunt Philoſophi politici, ꝙ Princeps debet eſſe propter populum; & propterea eius diſpoſitio ſemper debet eſſe ordinata ad bonum publicum, iuxta l. 1. & 2. ff. de ll. D. Thom. communiter receptus 1. 2. quęſt. 90. Hinc eſt, quod ſi ſtatutum fuerit promulgatũ ob intereſſe priuatum, daretur ab eo appellatio. Doct. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Et in rubr. de conſti. Et ſic ex his apparet, Principem debere uiuere iure, & ratione. Atque hac de cauſa ſibi videtur data prudentia, quæ ſm Philoſophos morales nil aliud eſt, niſi recta rõ agibiliũ. Quæ concluſio eſt adeò de iure uera, ut locum habeat in qualibet illius operatione, ſiue illa fuerit uniuerſalis, ſiue particularis, ut clarius dicemus in ſequenti articulo. Et propterea ſi aliter uiueret, ad mẽtem Bar. in ſuo tract. de Tirann. eſſet Tyrãnus, qđ non eſt dicendum. Confirmatur reſpondẽdo ad obiecta; & propterea dicimus ad primũ, quod licèt Principis placita legis habeant uigorẽ, & legibus ſit ſolutus, id tamen uerificatur, dũmodo rationabiliter procedat, iuxta tradita ab Alſon. de Caſtr. in ſuo tract. de lege pœnali, par. 1. cap. 1. Quamuis. n. aliqñ non uiuat lege humana ſcripta, debet tñ uiuere iure naturali, & diuino, & ſic rõne, quæ eſt de ſubſtantia legis humanæ. D. Tho. in d. q. 90. can. cõſuetudo. §. 1. diſt. 1. cap. fi. de cõſuet. cum ſimil. meritò &c. Ad ſecũdum reſpondetur ad mentem D. Tho. 1. 2. q. 95. art. 2. ꝙ illa lex intelligitur de iure promulgata per modum determinationis, & non per modum concluſionis; & propterea argumẽtum uno reſpectu uerificatur, altero uerò limitatur. Vel dicas ſecũdo, ꝙ cum quęlibet lex debeat eſſe ordinata ad bonum publicum, ut eſt cõmunis concluſio omnium Doct. ut ſupra ſæpè diximus, ſequitur inde, quãlibet legem eſſe promulgatã cũ rõne, deſumpta aliquando à iure naturali, & diuino, & aliquando à dicto bono publico, licet non ſemper à nobis cognoſcatur. Vnde meritò &c. Ad id autem, quod in confirmationem adducebatur, dicimus ſecundum Iuriſtas, Principem eſſe ſolutum legibus ratione neceſſitatis; ſecus ratione honeſtatis, atque hoc modo intelligitur id quod diximus ſupra in principio iſtius articuli, & d. l. ſi quis in princ. cũ ſimil. Vel dicas ſecundo, Principem non ligari ſua lege, rõne, qua illa habet uim coercendi, ſed ratione qua hẽt uim regulandi. D. Tho. 1. 2. quæſt. 96. artic. 5. meritò &c. Hæc omnia confirmantur, quia tam Princeps, q̃ populus tendere debent ad unũ, & eundem finem, ad quem cũ peruenire nequeant, niſi per uiam re-

ctæ

cte rationis,& iuris,cum dicat Philoſophus,quòd finis diſponit,& ordinat media ad ſe ipſum,ideò à prędicta concluſione non eſt recedendum,&c.

An Princeps poßit concedere reſcripta ſine cauſa, vera, vel præſumpta. Artic. 2.

EX ſolutione data ad præcedentem articulum,vř neceſſariò inferendum, Principem non poſſe, nec debere reſcripta concedere ſine cauſa; quia ſi aliter eſſet, ſine rõne viueret;quod non eſt dicendũ.Hæc concluſio poſſet confirmari per ea, quæ nos docent Doct. in c. de multa,de præben.vbi præcipuè Abb.eſt ad notandus. In cuius declaratione demonſtrant, diſpenſationem non eſſe concedendam, niſi cum cauſa. Hoc idē probat tex. in §. niſi rigor, 1.q.7.cum plur.ſeqq. Vnde illud vř de iure dicēdum. Et hac fortaſſe de cauſa Menoch. in ſuo tract.de præſumpt.lib.2.adnotat duas notabiles præſumptiones, quarũ vna ſub nu. 9.docet, Principum reſcripta præſumi cõceſſa,vt iuri,& æquitati conuenit; & propterea eorum interpretatio ſemper iuxta hanc conſonantiam fieri debet, vt ibidem copioſè habetur.Altera uerò ſub num.10.demonſtrat, Principem præſumi iuſtis de cauſis reſcribere, & cum per diuerſos caſus,& exempla id declaret, fruſtra eſſet hic aliquid addere. Cæterùm ne abſolutè ad alios me remittã,in contrarium facit c.ex parte,il ſecondo,de off.& poteſt.iud.de le.vbi legimus,Principem poſſe tollere omnes exceptiones; quod videtur eſſe contra rationem,cum exceptio ſit ſpecies defenſionis;vñ meritò &c. Confirmatur,quia adnotant Doct.uarijs in locis,& præcipuè in d.cap.ꝙ etiam ſtatutum poſſet tollere exceptiones omnes, ut ibi uideri poteſt, præſertim apud Dec.& Feli. Vnde ſi poteſt ſtatutum, multò magis ipſe Princeps,authē.multò magis,C.de ſacroſanct.eccleſ.His accedit,ꝙ Princeps poteſt tollere etiam appellationem,vt nos communiter docent Doct.in ca.1. de reſcript. & probat tex.in c.paſtoralis,de appellation. Quæ cũ ſimiliter ſit ſpecies defenſionis, ideò idem quod ſupra vř de iure dicendum. Pro ſolutione ſine dubio vř tenenda concluſio, ut ſupra in principio deducta, & demonſtrata. Pro Reſpõſione autem eorũ quæ ex aduerſo ſunt adducta, dicimus Primo, ꝙ aliud eſt quærere, an princeps poſſit tollere exceptiones,& appellationem;& aliud, an id facere valeat ſine cauſa. Admitto quidem, ꝙ habeat poteſtatē id faciendi, ſed cum cauſa. Et propterea obiecta non debent obſtare, cum ſub hoc reſpectu ſint intelligēda. Dicimus ſecundo iuxta adnotata in dictis iuribus,ꝙ Princeps poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris poſitiui; ſecùs autem ea,quę ſunt iuris diuini,& naturæ. Hinc eſt,quod argumenta ſupra ad utramque partē adducta, ſub hoc diuerſo reſpectu ad inuicem conciliantur. Et cũ de poteſtate Principis in tollendo ius alterius alibi dixerimus,ideò nõ oportet hic aliud animaduertere. Ad hæc omnia puto addendũ,quo modo cauſa, de qua agimus, cognoſci valeat. Cui quæſito reſponderi poteſt unà cum Abb.in c.de multa.de præben.quòd ſicut diſpēſatio, ut ſit legitima, regulari debet à bono publico, & propterea dicebat Ariſt.8. ethic. Iuſtum illud eſſe,quod reſpi-

Google

cit intereſſe publicum, atque ab illo dependet; ita etiam hoc idem vr̃ dicendum de cauſa propoſita; & propterea princeps in reſcribendo ſemper debet habere ante oculos bonum publicum, & ſalutem totius populi &c.

An Princeps ſit imitandus. Art. 3.

PRincipem non eſſe imitandum, probat D. Auguſt. in can. nõ ſemper, 11. q. 3. dicens, non ſemper malum eſſe, Principi non obedire. Quia dicebat D. Hieronimus. In can. dominus, eadem quęſtione, oportet Deo magis quàm hominibus obedire. Vnde, non quod Princeps facit, vel præcipit, ſed quod iuſtum eſt, attendi, & fieri debet. c. cũ cauſam. §. 1. de elect. & l. pen. ferè in fi. ff. de iuſt. Confirmatur, quia ſi ſuperioribus ſit obediendum, & ſic eſſent imitandi, prædicta iura non eſſent uera; quod vr̃ inconueniens, & non admittendum, iuxta adnotata in c. ſolitę, de maiori. Secundo ſicut Eccleſia circa particularia (non tamen ſpectantia ad fidem) poteſt errare, & de facto aliquando errauit, vt dicit tex. in ca. à nobis, il ſecondo, de ſent. excomm. & ibi Doct. Ita ẽt vr̃ de iure dicendum, Principẽ non eſſe imitandum, cum ob talem imitationem etiam ſubditi poſſint errare, quod eſt inconueniens admittere. In contrarium Primo facit tex. in d. c. ſuper litteris, in fi. eod. de reſcript. vbi Pont. monet executorem reſcripti, vt diximus, quòd ea ratio eum moueat ad exequendũ, qua motus fuit ipſe ad reſcriptum concedendum. Secundo id confirmatur, quia ſi executor poſſet aliter procedere, eſſet factum ſuperioris corrigere, contra c. cum inferior, de maiori. & can. inferior, diſtin. 21. Tertio hoc idem probat tex. in c. in cauſis, & ibi gloſ. & Doct. de ſent. & re iudi. Et cum hæc concluſio ſit omnino ſequenda, ideò puto, eam eſſe ita declarandam, ad mentem iñ theologorum, & præcipuè D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 5. Io. de Tur. cre. lib. 2. de eccleſ. cap. 48. & 49. & Onfal. in ſua poli. ciui. lib. 3. ca. 1. nu. 9. cum plur. ſeq. ꝙ Princeps in illis debeat imitari, quæ facere debet; & propterea dicebat Iuriſconſul. d. l. pen. de iuſti. non eſſe attendendum id, quod Prętor facit, ſed quod facere debebat. Declaratur ſecundo, ut uerificetur de quolibet Principe, quamuis ille eſſet Tyrannus. Hoc tamen intelligi debet, non de quolibet Tyrãno, cum vnus ſit, qui iniuſtè occupauit principatum, iuſtè tamẽ gubernat; alter uerò eſt iuſtus princeps, quoad titulum, ſed iniuſtus quoad regimẽ. Et propterea hæc declaratio uerificatur de Tyranno iuſtè gubernante. Hæc diſtinctio habetur ad mentem Bart. in ſuo tract. de Tyranni. Hæc omnia confirmari poſſent, qa actio, ſeu operatio, quæ eſt imitanda, aut eſt notoriè iuſta, & tunc uerificatur concluſio, & ad id facit tex. in §. ex non ſcripto. Inſti. de iu. natu. in illis verb. legẽ imitatur, & ibi glo. & Doct. Aut eſt notoriè iniuſta, & tunc prædicta concluſio eſt limitanda. Aut ſumus in dubio, & ſic quoad forum poli eſt recurrendum ad conſcientiam. Quoad forũ uerò fori eſſet adnotanda doctrina Bald. ſupra relata in quęſtione de diuerſi. opin. His ita abſolutis, conuenit modo reſpõdere ad obiecta; vnde dicimus ad primum, quòd authoritas D. Augu. & Hieronimi, vt ſupra relata, vr̃ intelligenda reſpectu

actus

actus ipſius regiminis, quando videlicet Princeps in aliquo caſu præciperet aliquid contra ius diuinum; & propterea ſtat regula, Principi eſſe obediendum, quādo præcipit honeſta; ſecùs uerò aliter. Et hoc modo uidetur intelligendus iſte articulus noſter. Hinc inferri poteſt, talē imitationem eſſe faciendam aliqñ ratione neceſſitatis, aliquando rōne congruentiæ, aliquando ratione libertatis, & aliquādo nullo modo. Et ratio eſt, quia bona ſunt facienda rōne neceſſitatis, uel præcepti, uel ratione uoluntatis, & conſilij. c. ſi. 14. q. 1. De malis autem ſemper uerificatur illa iuris concluſio, ea eſſe euitanda; & propterea adnotant Summiſtę, præceptum de malo euitando obligare ſemper, & ad ſemper; de bono uero faciendo obligare ſemper, ſed non ad ſemper. Ad ſecundum uerò reſpondetur, ꝙ Eccleſia poteſt errare in iudicando; ſecùs in decidēdo, quia Primo modo procedit ex actis, & proceſſu, Couar. li. 1. var. reſol. c. 1. per tot. Bart. in l. illicitas. §. ueritas, ff. de offi. pręſid. Probat ca. 2. de offi. ordina. At ſecundo modo dirigitur à Spiritu Sancto, ſicuti de fide tenemus. Doct. in c. hęc eſt fides, 24. q. 1. Et propterea non eſt inconueniens, principem aliquando poſſe errare.

An eadem ratio debeat mouere executorem reſcripti ad illud exequēdum, quæ mouet Principem ad illud idem concedendum. Art. 4.

PRo ſolutione iſtius articuli duo ſunt animaduertēda, quorum primum eſt, de reſcripto ſubreptitio; Secundum verò de reſcripto nō ſubreptitio. Quoad primum præmittendum eſt, fuiſſe impetratum reſcriptum per ſubreptionem; vnde Princeps exiſtimās ſibi fuiſſe narratum uerum, & ita deceptus, reſcripſit, & conceſſit quod petitum fuit; ita tamen, vt præſupponitur, ꝙ ſi ſciuiſſet huiuſmodi ſubreptionem, ſine dubio reſcriptum non conceſſiſſet, uel ſaltem ſub illa forma. Ex quo ſequitur, ꝙ intelligentia iſtius articuli illa vr̄ eſſe, ut ſicut Princeps non conceſſiſſet reſcriptum, ſi de dicta ſubreptione notitiam habuiſſet, uel non conceſſiſſet ſub ea forma, qua apparet, ut dicunt omnia iura, & præcipuè tex. in d. ca. ſuper litteris, eod. de reſcript. Ita etiam exequutor illius habita notitia de dicta eadem ſubreptione, non debet illud exequi ob identitatem uidelicet rationis. Qua de re, ut concludamus; quid ſit tenendum in hoc caputo ponderandum eſſe tex. in d. c. ſuper litteris, ꝙ eadem ſubreptio ſicut fuit cauſa, ut Princeps non reſcriberet, ita etiam debet eſſe cauſa, ut executor illud non exequatur. Et ratio eſt, quia ſicut fraus, & dolus debent remouere impetrantem ad impetrandū; ita quoque debet remouere executorem ab exequendo; alioquin daretur caſus, in quo fraus, & dolus patrocinarentur, contra vulg. iura, ſupra ſæpè citata; & propterea meritò quidem legimus in d. c. ſuper litteris, ꝙ poſtq; ſibi ſuper hoc facta fuerit fides, iudex nullatenus de cauſa cognoſcat, licèt ad hoc requiratur probatio, ut ibidem adnotat glo. in uerbo, facta fuerit fides, & in uerbo, nullatenus, & ibi Doct. Et cum c. iſtud nullam penitùs habeat difficultatem (ut mea fert ſententia) ideò non oportet hic aliud addere. Vnde ad ſecūdum dicimus, ꝙ imprimis illud videtur negociū

Digitized by Google

facere, in hac tamen parte, ut uidelicet cognoſcatur cauſa talis reſcripti; ſiquidem ex cognitione eius inferri poteſt, an in utraque perſona illa uerificetur, uel appareat diuerſa, iuxta l.fi.ff.de hæred.inſti. Gabr.in conſ.155.num. 1.uol.2.Surd.in ſua deciſ.288.nu.30.& ſeq.et Menoch. lib.6.de præſumpt. præſumpt. 2.Et cũ cauſa reſcripti regulariter ſit particularis, ut diximus ſupra ſuo loco, ideò puto dicendum vnà cum l. 1. ff.de conſti. quod cauſa iſta ſit aliquando fauor, & aliquando odium alicuius pſonæ particularis. Et propterea inde vr̃ inferendum, ꝙ ſicut fauor, & merita talis perſonæ mouerunt Principem ad reſcribendũ, ita etiam eadem ratio, & cauſa debet mouere executorem ad exequẽdum. An autem hoc idem ſit dicendum de reſcripto facto in odium, & demerita alicuius, non intendo in præſenti aliter definire, ex quo habemus in iure, ſuperioribus non eſſe ſemper obediẽdum.can.ſi dominus, cum can.præcedenti.11.q.3.cũ vulg.Nec obſtat, hanc concluſionẽ eſſe verificandam quoad fauorem, ſecùs verò quoad odiũ, iuxta vulg. reg. odia, de regu.iu.in 6. Quia ad hoc reſpondetur, quòd licèt non intendã id in præſenti definire (ut dixi) non eſt tamen, ut puto, omittendum, ꝙ etiam reſcriptũ in odium, & ob demerita conceſſum, ſit aliquando exequẽdum eadem met ratione, qua illud fuit obtentum, cum non poſſit propterea ſemper dici, & iniuſtum reputari, atque conueniat iuri, & rationi, huiuſmodi reſcripta habere ſuum exequutorem, iuxta l.2.§. parum. ff. de orig. iu. cum illa præſupponantur iuſta, licèt ſint in odium, & demerita alicuius. Quæ quidem iuris concluſio poſſet limitari quoad modũ executionis, cũ reſcriptum fauorabile uideatur habere executionem diuerſam à reſcripto odioſo, ex quo primum poteſt extendi, ſecundum verò limitari, iuxta deciſ.d.regulæ, atque iuxta ad notata in c.ex parte, il 2.de off.iudi. deleg. cum ſimil.&c.

An ob identitaetm rationis ſit facienda extenſio ad non contenta in reſcripto. Art. 5.

QVoniam eſt uulgaris propoſitio, ꝙ vbi non militat eadem rõ, nec etiã militare debeat eadem iuris diſpoſitio.l.à Titio, & ibi glo. ff.de verb.oblig.ideò per oppoſitũ, atque à contrario ſenſu, vbi eadem rõ militat, debeat etiã militare eadem iuris deciſio, iuxta l.illud.ff.ad l.Aquil. Tiraq. in c.ceſſante cauſa. num.156.de appell.Grauett. in cõſil.183.num.3. Rol.à Vall.in conſ. 72.num.37. cum duob.ſeq.uolu.1. & Grat.conſ.13.nu.45.p.1.cum ſimil. Cæterùm in contrarium facit alia communis concluſio, ꝙ videlicet caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris. Dec. in conſ.627. num.6. & conſ.555.num.3. Atque hac fortaſſe de cauſa Menoch. lib. 3.de pręſumpt.pręſumpt.38.docet, contractum in dubio præſumi celebratum ſecundum diſpoſitionẽ iuris. Vnde dubiũ remanet, quid pro ſolutione articuli ſit tenendum. Gabriel.in conſ.134.num.11. p.2.docet, rõnem in lege expreſſam, operari, vt caſus, in quibus militat eadẽ ratio, cenſeantur compræhenſi in diſpoſitione talis legis, & ſic ad mentem iſtius Doct. requiritur, rõnẽ debere eſſe expreſſam; ſecundũ quam declarationem conciliantur regu-

regulæ, vt ſupra ad vtramque partẽ adductæ; Siquidem vna limitatur, altera verò verificatur, cum identitas rationis habeat locum, qñ illa eſſet expreſſa; altera verò iuris concluſio verificatur ſolùm in dubio. Nicol. Euerard. in ſua cẽt. in loco, Rõne legis, Ampliat, & reſtringit hãc eandem propoſitionem, ubi militat eadem rõ, conſiderando diuerſos caſus; Siquidem ob identitatem rõnis, aliquandò ſequitur legis correctio, aliquando pœnæ impoſitio, & aliquando ſimplex extẽſio. Quæ aliquando permittitur, & aliquandò ſecùs. Idque contingit, dicit iſte Doctor, à qualitate cauſæ, & rationis. Guid. Pap. in ſuo ſing. 194. docet, iſtam identitatem verificari in inducendo, & in tollendo. gloſ. fin. & ibi Doct. ſuper c. tranſlato, de cõſti. & Tiraq. in tract. de vtroq; retr. §. 26. glo. 1. nu. 2. & in l. ſi vnquam, ver. libertatis, num. 45. tenent communiter prędictam concluſionem, ꝙ omnes caſus contineantur ſub diſpoſitione iuris, qui cõtinentur ſub eadem rõne eiuſdem. Vnde tota difficultas in eo vr̃ poſita, vt videamꝰ, qualis ſit illius intelligentia. Et cũ nemo ſit, qui eam clariùs declaret, vt hactenus uidere ualui, quàm ipſe Gabriel in d. conſ. 134. ideò aliqd meo iudicio addendo, puto diſtinguẽdum eſſe de qualitate rationis, quæ aut eſt expreſſa in diſpoſitione legis, de qua orta eſſet cõtrouerſia; aut non. Atque in hoc placet doctrina Gabrielis in d. conſ. quia quãdo non conſtat de dicta cauſa, & ratione, conſequenter concluſio euaneſcit. At ſi conſtat, tunc ulteriùs eſt animaduertẽdum, an talis cauſa ſit impulſiua, & occaſionalis, ut iuriſtæ dicunt; & ſic concluſio prædicta limitatur; aut eſt finalis, & propria; & adhuc eſt animaduertẽdũ, an ſit unica, uel multiplex; Siquidẽ in primo caſu concluſio uidetur uerificanda, iuxta doctrinas ſupra relatas. At ſecundo reſpectu, ſi omnes verificentur, idem puto dicendum; ſecùs verò aliter, quia ſicut ad remotionem vnius cauſæ non remouetur lex, cum illa dicatur partialis, & non totalis, ut paſſim admittunt Doct. ita etiam hoc idem eſt dicendum de prędicta extenſione, ſeu cõprehẽſione. De reliquis autem cauſis non oportet aliquid aliud adnotare, cum prædicta identitas ex eis nec deſumi, nec conſiderari valeat. Ideò ſit ſatis iſta adnotaſſe pro ſolutione iſtius articuli. Si quis autẽ plura videre cupiat, videat Euerard. loci. & Doct. in d. c. tranſlato, vbi pręcipue Dec. & Feli. atque in l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iu. cum ſimil. &c.

An ceſſante cauſa reſcripti, debeat etiam illud ceſſare, & quomodo. *Art. 6.*

Reſcripta non ceſſare, quãuis ceſſet cauſa, probat text. in ca. 1. & 2. 25. q. 2. vbi legimus, priuilegia, & ſic reſcripta Eccleſię debere eſſe perpetua. ergo &c. Secundo idem confirmatur per regul. cancell. Apoſt. de iure acquiſ. nõ tollẽ. ex quo ſupra ſuo loco demonſtrauimus, per reſcriptum acquiri aliquod ius. Tertio author, & ſic cauſa compilationum vtriusq; iuris, iamdiu ceſſauit, & illa adhuc durat in robore ſuo, ergo idem quod ſupra. Hęc omnia cõfirmantur vera, quia ſi per reſcriptum acquiritur aliquod ius, (vt diximus) verificatur propterea illa vulg. regula, Id quod noſtrum. ff. de reg. iu. ergo &c. In contrarium facit illa

illa iuris concluſio, qua cauetur, ꝙ ceſſante cauſa ceſſat effectus. c. cum ceſſante, de appell. c. & ſi Chriſtus. de iureiur. l. generaliter. C. de epiſ. & cler. l. 1. C. de heret. et c. ſuggeſtũ, de decim. His accedit, ꝙ ſicut lex dependet à rõne, can. conſuetudo, diſt. 1. Et ibi Turrecrem. q. 4. c. ſi. de cõſuet. D. Tho. 1. 2. q. 90. cum ſimil. & propterea leges variantur iuxta varietatem cauſarum. c. non debet, & ibi Docto. de conſanguini. Ita ẽt hoc idem eſt dicendum de reſcripto. Quid igitur dicẽdum? Solutio ex diuerſo capite deſumi põt; Siquidem ſi ex parte cauſæ deſumenda eſſet, videndus eſt omnino Henricus Boic in d. c. et ſi Chriſtus, vbi diſtinguendo demonſtrat, qñ ceſſat effectus, ceſſante cauſa. Si verò illa eſſet deſumenda ab vſu reſcripti, videndus eſt Bart. in l. beneficiũ, nu. 6. ff. de conſti. & Henric. Boic. in c. cum acceſſiſſent, eod. At ſi deſumẽda eſſet à circumſtantijs, & accidẽtibus vltra ea, quæ habentur in d. c. non dẽt, adnotanda eſt glo. & Abb. in d. c. ſuggeſtum. Cæterùm, qm̃ articulus iſte eſt præcipuè ſoluendus reſpectu cauſæ, ideò puto animaduertendum, hmõi cauſam eſſe diſtinguendam, & conſiderandam, prout ſupra in præcedenti articulo eam conſiderauimus; Siquidem ſi illa fuerit expreſſa, dubitari poteſt, an dicatur ceſſare. Vnde admiſſo eã expreſſam eſſe, id intelligi debet de cauſa verè finali, & non de occaſionali. De alijs ẽt poſſet verificari, cũ reſcripta cõſiderentur vlterius ſm̃ propriam eorũ naturam, iuxta tradita ab Henric. Boic, in rubr. de priuileg. &c. Et ita intelligimus (ni fallor) ſolutionem articuli. Nũc reſpõdendo ad obiecta, dicimus ad primum, ꝙ ſicut leges promulgantur ea intentione, vt ſint perpetuæ, & nihilominus reuocantur ad varietatem cauſarum, & circumſtantiarum, d. c. non debet. & can. erit, d. 4. cũ ſimil. Ita etiam hoc idem eſt dicendum de reſcripto, quod eſt ius quoddam, ut ſuo loco diximus; & ſic obiectio non vř obſtate. Ad ſecũdum reſpondetur regulariter veriſſimum eſſe argumentum, ſed limitatiuè ſecus eſt dicendũ, ut docet Gabriel. in ſuis cõcluſ. in tit. de iure acquiſ. non toll. & ſic in caſu noſtro cauſa ceſſante, illud etiã ceſſare debet. Ad tertiũ dicimus, quòd cauſa iſtius argumenti eſt efficiens, quæ duplex reperitur; vna. n. eſt in producendo, ſed non in conſeruando, & talis eſt illa, de qua in argumento. Altera verò eſt in procedendo, & in conſeruando, vt Philoſophi nos docent, & de iſta argumentum limitatur, & ſucceſſiuè remanet ſolutum. Ad id autem, quod in confirmationem adducebatur, reſpondetur, illud eſſe verum regulariter, ſecùs limitatiuè, ob prædictam cauſam ceſſantem, meritò &c. Quomodo autem dicatur ceſsare huiuſmodi reſcriptum, videtur dubium; breuitati tamen ſtudendo puto ita eſse diſtinguendum, quod ſi tale reſcriptum eſſet ſubreptitium, ſucceſſiuè eſſet nullum, iuxta ea, quæ diximus ſupra ſuis locis. Si verò eſſet validum, aliquando dicitur ſimpliciter conceſſum, & tunc requiritur ſentẽtia ad illud reſcindẽdum, iuxta tex. & ibi Doct. in d. c. ſuggeſtum, ubi Pont. mandat cauſam componi; & ſic illud priuilegiũ non fuit ibi nullum ipſo iure, placet tamen diſtinctio Abb. in d. c. num. 4. ubi examinando hanc difficultatem cum diſtinctione eam ſoluit, & ſic reſcriptum aliquando redditur nullum, &

& aliquando annullatur; puto igitur ad Abb. eſſe recurrendum. Si uerò fuerit conceſſum ſub certa conditione, uidelicet, ſi chriſtianè uixeris, iuxta d.l.1.C.de hæreti. Vel ſi Eccleſiæ inſeruieris, iuxta d.l. generaliter. C. de Epiſc. & cler. tunc priuilegium dicitur amiſſum, & ipſo iure annullatum, ſi illa conditio non fuerit adimpleta. Et ad hoc facit illa notabilis quæſtio, an doctor debeat gaudere priuilegijs, ut doctor, uel quatenus profeſſioné exercet. De qua uidendus eſt Guido Pa. in ſua deciſ. 388. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudi. caſu 379. Rolan. à Vall. in conſ. 66. num. 40. 41. volum. 1. & Ioſeph. Ludo. in ſua deciſ. 6. in qua quæſt. placet, ut profeſſionem exerceat. &c.

QVAESTIO XVII.

De iuriſdictione Iudicis dati per reſcriptum ſubreptitiū. Artic. 6.

POſtquam in præcedentibus vidimus, quid erat obſeruandum de impetratione, ac reſpectiuè cóceſſione reſcriptorum, cū omnibus alijs, quæ erant neceſſariò videnda ad intelligentiam propoſitę materiæ, vt videlicet euitetur ſubreptio, eſſet nunc oportunū aliquid adnotare de executione eorundem, quæ cū dari nequeat, niſi prius uideamus, an executor, uel Iudex datus per huiuſmodi reſcriptum habeat iuriſdictioné, ideò meritò quidem preponitur in præſenti hæc quæſtio, in qua videndum eſt, uidelicet.

Primo, An Iudex iſte habeat aliquam iuriſdictionem.

Secundo, An illam habeat à Iure, vel aliunde.

Tertio, An poſſit iudicare in cauſa ſuæ iuriſdictionis.

Quarto, An quod deciditur in d. c. ſuper litteris, de iſta iuriſdictione, amplietur ad quemlibet alium caſum incompetentiæ.

Quinto, Qualis ſit iuriſdictio conceſſa in forma communi, & in forma ſpecifica.

Sexto, An definire articulum de incompetentia, poſſit differri vſque ad finem cauſæ.

An Iudex datus per reſcriptum ſubreptitium habeat aliquam iuriſdictionem. Artic. 1.

PRæſuppoſito, iudicem eſſe datum per reſcriptum ſubreptitium, inde uidetur inferendum, ipſum nullam habere iuriſdictioné, cum prædictum reſcriptum ſit nullum, vt ſupra diximus, atque non entis nullus debeat eſſe effectus. Secúdo, ſi iudex iſte aliquam haberet iuriſdictionem, partes litigantes tenerētur coram eo comparere, & litigare. Sed hoc non vř uerum, arg. c. ſi diligenti, cum ibi adnot. de for. cópet. & §. ſit tamen, Inſti. can. de in ius voc. meritò &c. Tertio, ſi talis Iudex haberet prædictam iuriſdictionem, iudicaret in cauſa propria, ut conſtat ob qualitatem facti, qđ cum eſſet contra l. 1. C. ut nem. in cauſ. pro. ergo &c. Quarto, ſi iudex iſte poſſet de prædicto reſcripto iudicare, conſequenter iudicaret de litteris Papæ, contra tex. in c. cum ueniſſent,

Digitized by Google

ſent, de iudic. Hæc omnia confirmãtur uera, quia iudicium, & acta iſtius iudicis uidentur ipſo iure nulla, arg. c. at ſi Clerici. de iud. in prin. & l. 1. ac per tot. tit. C. ſi à non compet. iudi. Atque ipſe efficeretur ſuſpectus. l. apertiſſimi, C. de iud. can. quod ſupereſt. 3. q. 5. In contrarium de iure eſt omnino reſpondendum; Primo per d. c. ſuper litteris, eod. de reſcrip. in illis uerbis videlicet. Poſt quam ſibi ſuper hoc facta fuerit fides &c. Quæ particula cum ſit vndique clara, merito &c. Secundo, hoc idem demonſtratur, ponderando naturam reſcripti; ſiquidem ſi Princeps mandet alicui, vt aliquid faciat, conſequenter vr̃ mandare, vt etiam de ſua iuriſdictione cognoſcat, cum oporteat ipſum inſpicere tenorem mandati; et propterea Maran. in ſuo ſpecul. p. 4. diſtinctione 8. docet, multos dari caſus, in quibus iudex incompetens poteſt, non obſtante tali incompetentia, cognoſcere, & definire, quid iuris de aliqua cõtrouerſia ſibi propoſita; ideò idem, quod ſupra, vr̃ de iure dicendum. Licèt enim iudex ſit aliquando incompetens circa merita cauſæ alicuius quęſtionis, reſpectu tamen alterius illius articuli cõpetens omnino reputatur, ut contingit in quæſtione de uſura, quæ licèt à laico cognoſci, et definiri nequeat, reſpectu tamen facti ab eodem cognoſcitur, & definitur. Couarr. lib. 3. uar. reſol. c. 3. in prin. Pro ſolutione præmittẽdũ eſt imprimis, ꝙ cum omnis moralis actus dependeat à rerum circumſtantijs, quæ longo diſcurſu declarantur à Nauarr. in ſuo manual. c. 6. D. Tho. 1. 2. q. 7. & Summiſt. in verbo, circumſtantiæ; ideò incompetẽtia iudicis deſumitur, & cognoſcitur à qualibet earum; Siquidem à circumſtantia, quis, intelligimus, iudicem habere aliquando aliquem defectum de adnot. in l. cum Prætor. ff. de iudi. & in c. infamis. 3. q. 7. ubi Io. de Tur. cre. Item inde deſumitur eadem incompetentia, conſiderando perſonã actoris, & rei, iuxta c. 1. de except. in 6. & c. cum perſonę, de priuileg. eodem. Secundo à circumſtantia, quid, idem eſt deſumendum, cum non quælibet materia poſſit cognoſci, & definiri à quolibet iudice, iuxta can. duo, diſt. 96. c. nouit, de iudic. c. omnis, de pœniten. cum vulg. Certa autem reg. dari nequit ad id cognoſcendum, niſi dicamus, & adnotemus, quod nos docẽt Doct. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. cum ibi adnot. Tertio à circumſtantia, cur, deſumitur, & cognoſcitur prædicta incompetentia, quia ſicut finis poteſtatis vnius iudicis eſt diuerſus à fine alterius; ita ẽt hoc idem eſt dicẽdum de prædicta competentia, & incõpetentia. Hoc autem limitari poſſet, quãdo huiuſmodi diuerſi iudices dati eſſent cumulatiuè, iuxta tradita per Doctores, & præcipuè Feli. in ca. paſtoralis, de offic. ordin. Quarto à circumſtantia, quando, idem eſt dicendum, cum iudex nequeat ius dicere quolibet tempore indifferenter. Docto. in l. more Romano. ff. de ferijs. c. 1. & fi. eod. Vnde ſi tali tempore vellet ius dicere, poſſet ſibi opponi exceptio de incompetentia, cum in tali caſu eius officium dicatur conquieſcere. Quinto à circumſtantia, vbi, ſeu loci, idem eſt tenendum, cũ clari ſit iuris, illum, in quo ius redditur, eſſe aliquando parti ſuſpectum, c. cum R. canonicus, de off. iud. dele. Oldra. in conſ. 43. nu. 1. & clem. 1. de for. compet. Hinc eſt, quod iudex extra territorium non habet iuriſdi-

riſdictionẽ, iuxta l. 1. & 2. cum ibi adnot. ff. de offi. procõſ. Sexto a circumſtantia, quomodo, ſimilis exceptio deſumitur, cum nemini ſit dubium, iudicem eſſe aliquando obligatum ſeruare certam iuris formã, & ſolemnitatem. §. iam vero. inſtit. cano. de in ius voc. Ad hoc faciunt notata, & præſertim per Felin. in c. cum dilecta, eod. de reſcr. in c. 1. de re iudi. & inſti. de offi. iudi. in princip. atque l. 4. cum ibi adnota. C. de ſent. & interlo. omn. iudi. Septimo a circumſtantijs, quibus medijs, idẽ cognoſcitur, cum aliquando plures ſint dati iudices, & propterea ſimul cognoſcere, & iudicare debeant. §. item mandari, inſti. cano. de iudi. et ibi gloſ. niſi tamẽ conſtituti fuerint cum clauſula, ꝙ ſi non omnes &c. iuxta c. prudentiã, cum duobus ſeq. & ibi Doct. eod. de offic. iudi. deleg. Hac pręmiſſa de incompetentia cognitione, dicimus ad quæſtionem propoſitã, iudicem, de quo agimus, habere iuriſdictionem, per ea, quæ ſupra ſunt deducta. Hæc concluſio doctè, & diſtinctè explicatur à doctoribus ſuper d. c. ſuper litteris, ubi præcipuè Abb. num. 9. & 10. eod. de reſcript. reducit oẽs caſus ad tria capita, videlicet, ꝙ in nonnullis abſolutè iudicare nequeat; in quibuſdã verò iuriſdictionẽ habeat; in alijs deniq; dubitatur; vnde ne ſim aliorum ſimplex relator, ad Abb. pręſertim me remitto, atque quantum facit ad rem propoſitam, puto ad mẽtem authoris dictæ decretalis ita dicendum, ꝙ reſcriptum aliquando notoriè eſt ſubreptitium, & tũc prædicta concluſio eſt limitanda, cum in notorijs nõ requiratur fides, nec ordo iudicij. c. euidẽtia, cum ibi adnot. de accuſa. Aliquando verò notoriè conſtat de oppoſito, & ſic nõ pertinet ad præſentem locum. Aliquando denique ſumus in dubio, & in tali caſu propriè requiritur fides, atque iudex iudicare poteſt per ea, quæ ſupra diximus. Vnde cum per hæc habeamus ſolutionẽ ad articulum, conuenit modo reſpondere ad obiecta; & propterea dicimus ad primum, ꝙ tunc non entis nullę ſunt partes, qñ videlicet nec naturaliter, nec moraliter eſſet non ens; ſecùs ſi moraliter tantũ; vnde in caſu propoſito, reſcriptum, de quo agimus, dr̃ nullum moraliter, non aũt naturaliter. Ad ſecundum verò reſpondetur; ꝙ partes tenentur comparerę coram tali iudice quoad cognitionem ſuę iuriſdictionis; & ſic argumẽtum limitatur; ſecùs quoad cognitionem meritorum cauſæ. Et ita intelligitur d. c. ſuper litteris. Ad tertium poſſet vtique negari, ꝙ iudicare de iuriſdictione, ſit iudicare de cauſa propria, cum iuriſdictio diſtinguatur à meritis cauſę, iuxta tradita à Doct. in d. c. ſuper litteris, in fi. eorum repeti. ideò argumentum non videtur concludere. Ad quartum poſſet ſimiliter negari, iudicẽ iſtum in tali caſu iudicare de litteris Papæ, cum verè tunc iudicaret de veritate precum, licèt poſtea per neceſſariam conſequentiam ſequatur, reſcriptum eſſe nullum, cũ preces veritate non nitantur. c. 2. eod. de reſcript. & nos ſupra diximus. Et propterea dicit text. in d. c. ſuper litteris, poſtquam fides ſuper hoc facta fuerit &c. Hinc eſt, quòd ſi talis iudex vlterius procedere vellet, acta huiuſmodi eſſent nulla, vt infra clariùs ſuo loco dicemus, & ipſe faceret ſe ſuſpectum &c.

An iudex iſte habeat iuriſdictioně à iure, vel aliunde. Art. 2.

PRo maiori cognitione ſolutionis iſtius articuli, cōuenit prius adnotare, qd alij nos doceant. Abb. igitur in ca. dilectus filius, il terzo, nu. 1. de pręben. docet, iudicem datum per litteras nullas poſſe pronunciare ſe eſſe incompetentem, cum in tali articulo ſit competens; poſſet ēt condemnare impetrantem huiuſmodi litteras in expenſis, iuxta clemen. 1. eod. de reſcript. Idq; facere iuriſdictione potius ordinaria, quā delegata. Quæ quidem Abb. doctrina videtur omnino vera ob deciſionem d. Clement. Poſſet vlteriùs cōfirmari, quia illa iuriſdictio dicitur ordinaria, quę prouenit à lege. l. more maiorum, cū lege ſeq. & ibi Bar. et alij, ff. de iuriſd. omn. iudi. At, qm̄ iuriſdictio, de qua agimus, cum hodie competat vigore d. clem. dr̄. prouenire à lege, meritò &c. In contrarium facit talis ratio, ꝙ in iure nullibi expreſsè cauetur, iudicem incōpetentem habere huiuſmodi iuriſdictionem; & propterea illa non videtur data à iure. Cōfirmatur, quia incompetētia oritur à diuerſis cauſis, quas declarauimus ſupra in præcedenti articulo, & probat text. in §. ſit tamē, inſti. cano. de in ius uoc. ergo nō videbatur poſſibile aliqua lege id definiri. Quid igitur dicendum? Conciliando hæc obiecta cū diſtinctione dicimus, quòd ſi iudex iſte fuerit aliàs ordinarius, & in q̄ſtione ſibi propoſita incompetens, in articulo incompetentiæ habebit iuriſdictionem à iure; Si verò fuerit delegatus in eodem articulo, habebit iuriſdictionem ab eodem reſcripto; & ratio eſt, quia dicit tex. in c. præterea, de offic. iudic. deleg. qui dat iuriſdictionem, dat etiam pertinentia ad eam. Vnde lex, ſeu reſcriptum dando iuriſdictionem ex natura rei, videntur etiam id dare, vt talis iudex cognoſcere valeat, an illam habeat in quolibet caſu. Nec debet obſtare d. Clem. 1. quia text. iſte videtur illud idē decidere, quod textus definit in d. c. ſuper litteris. Et ſic vtrumq; ius, atque capitulū vr̄ declarare, reſcriptum ſubreptitium dare prædictam iuriſdictionē de dicta incōpetentia. Hoc idē cōfirmari poteſt, quia repugnat iuri, & rationi, vt quis habeat iuriſdictionem ordinariam in vno articulo tantum. His accedit, quod ſi conſideretur exequutio dicti reſcripti oportet idem affirmare. Siquidem iudex datus debet litteras legere, pōderare, & ſucceſſiuè definire, an ſibi competat prædicta data poteſtas. Ideò vigore reſcripti videtur illam habere in dicto caſu de incompetentia. Rurſus, ſolutio iſtius quæſtionis poteſt adhuc cōſiderari ſub alio iuris, & facti articulo, videlicet reſpectu condemnationis expenſarum; & ſic imprimis nemini eſt dubium, talem iudicem poſſe partem condemnare in dictis expenſis. d. clem. 1. glo. not. ſuper ca. fin. in verbo, expenſis, eod. de reſcript. Maran. in ſuo ſpecul. d. par. 4. d. 8. Quæ quidem condemnatio cum veniat per neceſſariam conſequentiam à iudicio, & ſententia de incompetentia, in qua pars debebat abſolui, vel condemnari, videtur propterea idem quod ſupra de iure dicendū. Et ita puto concludendum, iudicē ordinarium in caſu incompetentiæ habere iuriſdictionem ordinariam, quamuis ſit incompetēs quoad merita cauſæ; iudicem verò datū

per

per dictum reſcriptum, habere iuriſdictionem delegatam, ſi non expreſsè, ſaltem tacitè, licèt quoad merita cauſæ præſupponatur incompetens.

An iudex incompetens poſſit iudicare in caſu ſuæ iuriſdictionis. Art. 3.

EX his, quæ diximus ſupra in primo articulo, habetur, quid affirmari poſſit pro ſolutione præſentis. Cæterùm, ut hic aliquid ulteriùs adnotemus, puto animaduertendum, quod diximus ſupra in eodem primo articulo, in ſolutione tertij argumēti, an uidelicet Iudex iudicando de ſua iuriſdictione, dicatur iudicare de cauſa propria; ibi enim dicebamus, partem negatiuā eſſe magis ueram, cum iudicium de incompetentia diſtinguatur à iudicio de meritis cauſæ. Quæ quidē ſolutio, ut hic repetatur, ꝓ reſpōſione ad quæſtionem propoſitā, dicimus, ꝙ ſi illa non fuiſſet congrua, appellatione cauſæ ueniret etiam iuriſdictio; ſed hoc nō uidetur uerum, cū definitio cauſæ ſine cōtrouerſia notoriè diſtinguatur à definitione iuriſdictionis; & propterea differunt pluſquam genere. Cauſa enim quid ſit, deſcribitur in c. forus, de uerbo. ſigni. Docto. in rubr. de iudic. inſti. cano. eo. in princ. ubi legimus, cauſam eſſe materiam, & id quod in iudicio proponitur. Iuriſdictio uerò deſcribitur à Bart. in l. 1. num. 3. ff. iuriſd. omn. iudi. quod ſit poteſtas de publico introducta, ad ius dicendum, & æquitatem ſtatuendam. Ex qua differentia deſumitur intelligētia ad d. l. 1. C. ne quis ī propria cauſa &c. quod uidelicet reſpiciat cauſam ideſt materiam, & id, quod in iudicio proponitur. Et conſequenter id quod diſtinguitur à iuriſdictione. Qua de re cum per d. l. non prohibeatur, ne iudicet de ſua iuriſdictione, ſucceſſiuè infertur, ut de ea iudicare ualeat. Poſſet id confirmari, quia ſi aliquando eſt licitum ſibi ius dicere, vt adnotant Docto. in d. l. & clariùs Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 2. nu. 14. ver. quarto ex principali. Videtur etiam licitum iudicare de ſua iuriſdictione. Nec debet obſtare textus in c. Paſtoralis. eod. de reſcript. vbi ſtatuitur eſſe deueniendum ad arbitros in caſu reuocationis litterarum, quia ad hoc reſpondetur, d. tex. verificari, quando dati eſſent diuerſi iudices per diuerſa reſcripta, & inter ſe contenderēt de ſua iuriſdictione, atque hæc videtur vera ſolutio ad d. text. ad mentem Doct. & præcipuè Abb. Addēdo tamen poſſumus ſecundo loco reſpondere, quòd obiectio habeat locum, quando contra iudicem eſſet oppoſita exceptio, nō ſolum ſubreptionis, ſed etiam ſuſpitionis; tūc enim ſummopere conuenit obſeruare deciſionem d. c. ex aduerſo adducti. Et ita per hæc habemus, ni fallor, claram ſolutionē ad iſtū articulū, vltra ea quæ ſupra diximus.

An deciſio cap. ſuper litteris ſupra ſępè citati, in illa parte eius, quòd iudex incompetens propter ſubreptionem extendatur ad alios iudices ob alias cauſas incompetentes. Artic. 4.

DIximus ſupra in eodem primo articulo, iudicis incompetentiam deſumi ex diuerſo capite ibidem explicato. In articulo verò ſecundo

cundo demonſtrauimus, vtrumque iudicem ideſt ordinarium, & delegatum eſſe aliquando incompetentem, & de ſua incompetentia poſſe cognoſcere iuriſdictione ordinaria, & delegata, iuxta tamen ea, quę ibi adnotauimus. Ex quibus infertur, vt puto, ſolutio ad præſentem articulum, ꝙ videlicet iſta deciſio extendatur, ut ſupra proponitur. Idq; confirmari poteſt per cõcluſionem in d. 2. articulo demonſtratam. Siquidem cum iudex ordinarius, ſed in caſu ſuo incompetens, poteſt de ſua iuriſdictione, & cõpetentia cognoſcere, & definire, quid iuris ad ſimilitudinem iudicis incompetentis delegati, vt ibidem deduximus, ſequitur inde, prædictam extenſionem eſſe oĩnò faciendam ob identitatem rationis. Nec debet obſtare, ſiquis ex aduerſo dicat, præſentem articulum videri ſuperfluum, per ſupradicta; quia ad hoc reſpondetur, quòd cum hic fuiſſet inſtitutus ſermo de effectu reſcripti ſubreptitij, reſpectu d. iuriſdictionis, atque in hoc ſit concluſum, quid iuris iuxta ea, quæ ſupra uidimus, & adnotauimus, ſucceſſiuè fuit dubitatum, an talis concluſio eſſet extendenda ad alios ſimiles iudices; & propterea fuit omninò conueniens proponere præſentem articulum, atque de eo ſpecificè definire, quid iuris ob identitatem rationis. Cuius vigore aut eſt admittenda prædicta extenſio per deducta; aut affirmari conuenit, ſolutionem huius articuli eſſe incluſam in prædictis concluſionibus ſupra relatis, iuxta doctrinã Zabarel. in d. clem. 1. num. 4. eod. de reſcript. & propterea non oportet vlteriùs procedere.

Qualis ſit forma communis; & forma ſpecifica alicuius reſcripti, de quibus in d. c. ſuper litteris, Artic. 5.

AD intelligentiam iſtius articuli, debemus præmittere, ꝙ reſcriptum tam ad lites, quàm ad gratiam, duplicem formam dicitur habere. Quoad lites enim forma iudicij alia dicitur ſolemnis, ordinaria, & communis; alia uerò eſt ſummaria, & ſpecifica. De qua diſtinctione pertractant Doct. in c. quoniam cõtra. de probatio. in c. in cauſis, de ſent. & re iudi. in clem. diſpẽdioſam, de iudi. in clem. ſępè, de verbor. ſignific. in §. pen. et fi. in ſti. can. eod. de iudi. & Maran. in ſuo Specul. p. 4. diſt. 9. Quoad gratiam uerò docet Berc. in d. c. ſuper litteris nu. 51. ad mentem tamen Abb. in c. poſtulaſti, eod. de reſcript. ꝙ huiuſmodi reſcriptum conceditur aliquando in forma communi, & dicitur reſcriptum iuſtitiæ; & aliquando in forma gratioſa, & dr̃ forma ſpecifica. Ratio autem illa vr̃ eſſe, quia reſcribens pro executione reſcripti poteſt dare illam formam, & modum exequendi, quę ſibi magis placeret, atque in dubio tenẽdum eſt, ipſum voluiſſe ſe conformare cũ diſpoſitione iuris, vt diximus ſupra ad mentẽ Menoch. lib. 2. de præſumpt. Et propterea vidimus in practica, in reſcripto aliquãdo datam eſſe certam formam, & aliquandò de ea dubitatur. In qua dubitatione ſequenda eſt doctrina relata ipſius Menoch. d. lib. præſumpt. 9. Præmittendum eſt etiam, quòd Doct. in c. 1. de confirmatione vtili, & c. & ibi præſertim Abb. adnot. aliquid à ſuperiore confirmari aliquando cõfirmatione cõ-

muni,

Digitized by Google

muni, aliquando verò cõnfirmatione ſpecifica, & ſic cum cognitione cauſæ. His præmiſſis articulus propoſitus ita vř de iure ſoluendus, ꝙ executor reſcripti dẽt obſeruare canonum ſtatuta. c. 1. & ibi Doct. communiter, de conſtitu. c. 1. de re iudi. cum vulga. Cæterum in contrariũ facit tex. in d. c. ſuper litteris, in ver. nam ſi talis expreſſa ſit falſitas. Cõfirmatur, quia ſi executor reſcripti eſſet ſemper obligatus ſeruare formam communem, reſcribens nunquam poſſet diſpenſando recedere à iure communi, quod non eſt dicẽdum. c. de multa, in 6. & ibi gl. Abb. & alij, de præben. §. niſi rigor. 1. q. 7. cum ſeq. meritò &c. Quãdo autem debeat potius vna, quàm altera forma obſeruari, deſumitur, & cognoſcitur ex diſtinctione tradita p Pỏt. in d. c. ſuper litteris, & præcipuè in d. ver. nam ſi talis expreſſa ſit falſitas. Ex quibus habemus, ni fallor, non ſolùm, quid teneri debeat pro ſolutione articuli, verùm ẽt, quomodo conciliari valeant, quæ ſupra ad vtramque partem ſunt adducta; & propterea non oportet vlterius procedere.

An definirè articulum de incompetentia poſsit differri vſque ad finem iudicij. Artic. 6. & vlt.

Ex his, quæ diximus ſupra in propria quæſtione, & articulo, habetur, ni fallor, ſolutio ad præſentem; ſiquidem dicebamus ibi, quando ſit pronunciãdum ſuper oppoſita exceptione de ſubreptione, & cum vulgaris ſit iuris cõcluſio, ꝙ perſonæ, ex quibus conſtat iudicium, à principio dẽant legitimari, vt cæteris omiſſis docet Vant. in ſuo tracta. de nulli. in prin. ideò regulariter articul⁹ iſte, de quo agimus, ſimiliter in princip. iudicij definiri debet. Gram. in ſua deciſ. 65. num. 82. cum plenè adduct. ab Afin. in ſua pract. ciuili. §. 18. c. 4. numero 1. vbi ad litterã examinat rem propoſitam. Vnde remanet dubiũ, an iſta ſolutio recipiat aliquam limitationem: competentia enim iudicis eſt adeò neceſſaria in iuditio, vt meritò quidem ſit dictum à Bal. in rubr. C. ſi à non compet. iudi. iudicem eſſe ducem, & imperatorem illius Hoc idem legimus relatum à Vant. in d. ſuo tract. rubr. de nullit. ex defectu iuriſdictionis; & propterea adnotatur ibidem nu. 9. à princ. eſſe iudicandum prius, quid iuris de hoc articulo; & cum ibi copioſè iſte Doctor declaret hoc totum, adeò ꝙ aliqđ vlteriùs deſiderari nequeat de hac competentia, quoad iudiciũ attinet, ideò de re propoſita non vř neceſſariũ aliud addere, ſed ad iſtũ Doctorem in caſu contingenti eſſe recurrẽdum. Non eſt tamen in præſenti omittendũ, quod per iudicem in propoſita materia debemus intelligere executorẽ reſcripti, quodcunque ſit illud. Qui quidem executor, cùm detur aliquando ad beneficia, et ad gratiam. §. illud quoq;, cum ſeq. & ibi gloſ. inſtit. cano. de collat. & aliquãdo ad lites, iuxta tot. tit. de offic. & poteſt. iudi. deleg. & iſte aliquando ſubdelegat, ideò ſæpè dubitatur, an habeat poteſtatem ſubdelegandi. Per c. ſuper quæſtionum, eod. tenenda eſt opinio affirmatiua: at per cap. fi. eòd. dicendum eſt oppoſitum. Hinc eſt, ꝙ regulariter tenenda eſt prædicta opinio affirmatiua, per d. c. ſuper quæſtionũ, & §. poſſunt autem. inſti. cano. de iudi. Quæ quidem iuris concluſ. aliqñ limi-

Digitized by Google

limitatur, iuxta tex. in d. c. ſi. & ibi gloſ. & Doct. Vnde à ſimili dicendum eſt, ꝙ quando eſſet quæſtio de iuriſdictione, tunc bonum eſt, articulum definire à princ. At ſi quęſtio eſſet de aliquo illius accidente, ſeu qualitate, poſſet id limitari. Quæ q̃dem iuriſdictionis q̃onis ſolutio eſt adeò neceſſaria in iudicio, vt docet Vãt. lo. ſupra cita, ꝙ Clemens VIII. per ſpecialem Bullã reſeruauit tantum nullitatem ob defectum iuriſdictionis, mandati, & citationis; reliquas verò omnes penitus ſuſtulit. Cæterùm cum ſæpè contingat, iudicem pronunciare ſe eſſe incompetentem, fuit propterea dubitatũ, an in aliquo caſu ſi non aliter, ſaltem de conſenſu partium, poſſet iuriſdictionem reaſſumere. Quæ quidem quæſtio, licèt regulariter ſoluatur, id nõ eſſe ſibi licitum, ut videri poteſt in c. ſignificãtibus, & ibi glo. in verbo, procedere. Abb. & alij, eod. de off. & poteſt. iudi. deleg. quoniam tamen id requirit altiorem indaginẽ, ideò ad ea, quæ copiosè nos docent Docto. ſuper d. c. me remitto. Illud tamen non eſt omittendum, conſiderandam eſſe qualitatem, & tenorem ſentẽtiæ talis iudicis; ſiquidem ob illius formam poſſet aliquando prædictam iuriſdictionem reaſſumere, & aliquando ſecùs, prout declarant ibidem Doct.

QVAESTIO XVIIII. & vltima.

De executione reſcripti. Artic. 20.

POſtquam in præcedẽti quæſtione vidimus, quid erat adnotãdum de iudice per reſcriptum dato; pro completa cognitione ꝓpoſitæ materiæ, conuenit modo, ut nonnulla obſeruemus de executione reſcriptorũ, quamuis alterum eorum ſit aliquãdo ſubreptitium; & propterea vltimo loco fuit propoſita quæſtio iſta, in cuius explicatione, ut ordinatè procedamus, infraſcripti articuli ſunt declarandi, uidelicet.

Primo, An reſcriptum ſit exequendum, ſiue ſit ſubreptitium, ſiue non.

Secundo, An ſit exequendum iuxta fines illius.

Tertio, An executor eius habeat authoritatem vltra contenta in eo.

Quarto, Quomodo talis authoritas cognoſcatur.

Quinto, An actus contra formam reſcripti geſtus, ſit nullus, & quomodo.

Sexto, An ſimplex reſcriptum contineat quæcunque negocia.

Septimo, An reſcriptum contineat quæcunque connexa.

Octauo, Quomodo huiuſmodi negocia, et connexa cognoſcantur.

Nono, Quid iuris ſi dubitetur de executione reſcripti.

Decimo, Quomodo nullitas reſcripti, eiuſque ſubreptio in iudicio proponi valeat.

Vnde-

Vndecimò, An exequutori reſcripti ſit credendum, ſi illud non oſtendat.

Duodecimo, An in executione reſcripti debeat attendi tempus datæ, vel tempus præſentationis.

Decimotertio, An omnia reſcripta habeãt executionem paratam.

Decimoquarto, An quilibet poſſit eſſe executor reſcripti.

Decimoquinto, An reſcriptum exequi poſſit etiam contra tertium.

Decimoſexto, Quomodo reſcripta ſint exequenda.

Decimoſeptimo, Quando, et vbi ſint exequenda.

Decimooctauo, An omnes quæſtiones & art. iam d. verificentur in Tribunali Sanctiofficij.

Decimonono, Quomodo omnes quæſtiones præd. ſint obſeruandæ in vtroque foro.

Vigeſimo, An per d. executionem ſit finita poteſtas prædicti executoris.

An reſcriptum ſit exequendum, ſiue ſit ſubreptitium, ſiue non.

Artic. 1.

QVoniam ſupra ſuo loco demonſtrauimus, reſcriptũ ſubreptitiũ eſſe nullum, ideò clari iuris eſſe uidetur, nullã habere executionem, ob vulgarem concluſionem, Non entis nullas eſſe qualitates, Doct. in l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. Accedit etiam, ꝙ legimus in d. c. ſuper litteris, eod. de reſcript. ꝙ videlicet iudex poſtquam de ſubreptione ſibi fides facta fuerit, nullatenus de cauſa cognoſcat. Vnde per oppoſitum ſi reſcriptum non fuerit ſubreptitium, executioni oĩno erit mandandum. Sed contra hanc illationem facit tex. in ca. ſi quando, eod. cum his, quę infra dicemus; ideò vtrumque habet difficultatẽ. Pro ſolutione oportet priùs diſtinguere, quia reſcriptum aut eſt vndique legitimum, & iſtud eſſet omnino exequendum, iuxta tamẽ ea, de quibus infra. Aut eſt illegitimũ, & falſum, & tunc regulariter nullam hẽt executionem, iuxta tot. tit. C. ſi ex falſ. inſtru. &c. & ibi Bald. Sali. & alij. Hinc eſt, quod ſi de facto huiuſmodi reſcriptum fuerit executum, talis executio poſſet retractari; imò ſm̃ vnam opinionem illa dr̃ nulla ipſo iure, vt videri poteſt apud Bald. in l. fi. num. 6. eod. Dixi autem regulariter, quia reſcriptum põt eſſe falſum, aliquando in totũ, & aliquando pro parte, ut docet idẽ Bald. in l. falſum. num. 4. 5. eod. & Doct. in c. fraternitatis, de hæret. & in l. ſi ex falſis. C. de trãſact. Idque contingit, quia aliquando reſcriptum tenet in forma cõmunĩ, & aliquando continet plura capita, vt diximus ſupra ſuis locis. Ex quibus omnibus cum habeamus ſolutionem ad præſentem articulum, ideò breuitati ſtudẽdo, non oportet illa hic repetere; & propterea ſatis erit vnũ addere, quod nos docet idem Bald. in d. l. fi. num. 5. C. eod. vbi quærit, an petita reſciſſio inſtrumẽti impediat executionem illius; vnde ibidem legimus, ꝙ ſi executio fuerit petita per viam actionis in factum, tunc executio impeditur; ſecùs ſi officio iudicis mercenario, Roman. in conſ. 76. in fi. reſolutiuè docet, litis pendentiam non impedire executionem, & de communi atteſtatur Aſin. in ſua practica iudi. §. 31. cap. 2. verſ. vndecimò ampliatur. Quam queſtionem cum plenè, & doctè examinet Grãmat. in ſuo conſ. 95. ideò ſi quis plura de

Digitized by Google

ea videre cupiat, recurrat ad eum, atque iſta ſint ſatis pro ſolutione iſtius articuli.

An reſcriptum ſit exequendum iuxta fines illius. Art. 2.

DOcet Iuriſconſultus in l. diligenter, ff. mandati, ꝙ fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi; idē legimus in §. is qui exequitur, inſtit.eod.lex, cum mādati. C.eod.& tex.in c.cū dilecta, eod. de reſcript. habet hæc verba; Formam mandati eſſe ſeruandam; & propterea cauetur in ca. cū de non ſacerdotali, de præben.in 6.& in §.ſunt autem. inſti.cano.de colla. quòd ſi Pontifex mandat præbendā conferri certi valoris, non poteſt conferri præbenda minoris valoris, etiam de cōſenſu impetrantis. Ad hæc accedit l.ſi procurator.C.eod.§.ſed ſiue, inſti.cano.de iudi.c.venerabilis, de offic.iudi. delega. c.p tuas, & ibi gloſ. de arbitr. Confirmatur ratione naturali, quia executor reſcripti ſolum illam habet authoritatem, quæ ſibi data fuit in mandato; ideo ſolum eam exercere poteſt.c.cum olim. el 1.eod. In contrarium facit tex. in c. ad apoſtolicam, de regul.& l.quod fauore. C.de ll. Pro ſolutione, ſi more iuriſtarum eſſet procedendum, id eſt per modum regulæ, nō oporteret hic aliud adnotare; Siquidem Socci.in ſuis regul.vtriuſq; iur. Regul.309.& Iaſ. in l.ſi procurator. C. de procurato. adnotant hanc concluſionem, quòd videlicet fines mādati diligenter ſint cuſtodiendi; & poſtea eam ampliant, & limitant; ideo ad eos eſſet recurrendum. Cæterum, ut nos aliqua methodo procedamus, puto animaduertēdum, imprimis intelligentiam iſtius articuli eſſe talem, vt videlicet cognoſcamus, quid contineatur nomine finium; Siquidem, ſi iſtius vocabuli ſignificatum eſſet attendendum, ſine dubio à cauſa finali danda eſſet ſolutio; & propterea ſicut finis alius dicitur rei, alius hominis, vt vltra Philoſophos, & Theologos docet Nauarr.in ſua relectione de fini.huma.act.poſt princ.ita etiam ab vtroque poſſet deſumi prędicta ſolutio. Qua de re, ſi executio, de qua agimus, ſit deſumenda à fine hominis mandantis, tunc oporteret examinare, an in reſcripto contineantur quædā alia vltra ea, quæ in eo ſunt expreſſa. Atque ſub tali reſpectu, q̄d ſit dicendum, infra in alijs articulis adnotabimus. Vnde in præſenti, reſpectu alterius finis, conuenit videre, quid ſit tenēdum. Et cum extra contenta in reſcripto, prædicta executio non extendatur, oportet, vt illud, quod in eo reperitur, & continetur, ſit certum; idque tunc erit tale, quando de eo conſtat, quid, quale, & quantum. l. certum. ff.ſi cert. per. l.ſtipulationum quædam. la terza, ff. de verbo.oblig. & ibi Docto. Hoc præmiſſo, ſoluendo nunc articulum, dicimus, ꝙ quando conſtat de prædictis tribus requiſitis circa res in reſcripto contentas, tunc ſine dubio fines mandati diligēter ſunt cuſtodiendi, & ſic videntur verificanda iura, vt ſupra adducta. Si verò de prædictis tribus non conſtet, tunc oportet vlterius adnotare, ad mentem tamen Ancharani in d.c. cui de non ſacerdotali, num. 2. verſ. quinto nota, an videlicet ſuper prædictis adſit aliqua iuris, vel hominis prouiſio, & declaratio. Tunc enim ſolutio eſt omnino clara. Si verò talis declaratio non reperiat, mo-

dus

dus loquendi eſſet conſiderandus, quia dicit iſte doctor loco cita.uerſ. quæro quando mandatur, reſcriptũ aliquando eſſe tale, vt tale quid fiat vſque ad talem ſummam. Vnde à modo loquendi infertur, executorem poſſe exequi reſcriptum aliquã do in minori ſumma, ſeu qualitate; & aliquando in ſumma, ſeu qualitate præciſa, iuxta textũ in d.c. cui de non ſacerdotali. Licèt regulariter in mandato minor ſumma contineatur in maiori, vt dicit text. in d.l. diligenter. Ad id autem totum cognoſcẽdum, meo iudicio, melior regula dari nequit, niſi illa, quæ habetur in d.l. diligenter, ferè in fine, qua cauetur, ꝙ talis executor reſcripti, & mãdati debet conditionem, & cauſam ipſius mandantis reddere meliorem, non autem deteriorẽ; & propterea ſi per executionem illa redderetur deterior, ſine dubio talis executor excederet fines mandati. Quæ quidem iuris concluſio eſt adeo vera, vt verificetur de quali bet perſona gerente negocia alterius, tam ſimpliciter, quàm etiam ad proprium commodum, iuxta text. cum ibi adnota. in c.2. de donatio. &c.

An executor reſcripti habeat aliquam authoritatem vltra contenta in eo. Art. 3.

Clari eſt iuris, executorem reſcripti habere authoritatem in multis caſibus, vltra contenta in eo, ca. eam te, eod. de reſcript. c. 1. c. de cauſis, c. præterea, & c. quærẽti, de offi. iud. deleg. His accedit c. ſtatuimus, il ſecundo, eod. in 6. c. 1. de alien. iudi. c. quia V. de iudi. Quæ iura, cum expreſsè probent concluſionẽ iſtã, ideò non indigent aliqua declaratione. Hæc omnia commodè confirmari poſſent per ea, quę diximus in præcedenti articulo, ponderando præſertim finem ipſius delegantis. A quo cognoſcitur, & deſumitur reſcriptum, eiusq; executionẽ aliquando extendi vltra contenta in eo. Ad hæc accedit quod docent Doctores, & præcipuè Abb. in c.p. & g. num. 12. & ſeq. de offic. iudi. de leg. quòd iuriſdictio delegata prorogatur diuerſimodè; & ſic occaſione prorogationis concluſio, ut ſupra poſita, cognoſcitur vera; Siquidem prorogatio iſta fit aliquando de tẽpore ad tempus, aliquando de loco ad locum, aliquando de re ad rem, aliquando de perſona ad perſonã, aliquando de caſu ad caſum, & aliquando de cauſa ad cauſam, vt plenè hæc omnia ibidem declarantur. Qua de re dubitari nequit de veritate iſtius concluſionis. Hinc eſt, ꝙ inſti. can. tit. de colla. à §. ſunt autẽ apoſtolici mandati, vſque ad §. fi. ſecundum rerum circumſtantias diſtinctè, & ordinatè docet, qualiter mandatum, & reſcriptum aliquando extenditur ad caſum in eo non contentum, idque totum eſt omnino notandum, cum faciat nõ ſolùm ad ſolutionem iſtius articuli, ſed etiam ad intelligentiam interpretationis reſcriptorum, de qua diximus ſupra in propria quæſtione, & articulo. Contra quam quidem concluſionem illud videtur negocium facere; ſiquidem ſi dictus executor haberet prædictam authoritatem poſſet dubitari, an illam habeat à iure, vel à reſcripto, & mandato. Primo enim aſpectu videtur illam habere à iure, & non à reſcribente, ac mandante. l. more maiorum, cum ibi adnotatis. ff. de iuriſd.

omn.iudi. Pro ſolutione puto animaduertendum, quòd dupliciter conſiderari poteſt, aliquid contineri in reſcripto, ſeu mandato; Primo expreſsè, atque ſub tali reſpectu diximus in præcedenti articulo illud eſſe omnino exequendum. Secundo tacitè, & virtualiter, idque contingit aut ex natura rei, iuxta textũ in d.c. præterea, & in l. 2. ff. eod. de iuriſd. omn. iudi. Aut iuxta intentionẽ reſcribentis, & mãdantis. Hinc eſt, quòd in præcedenti articulo adnotauimus, fines ipſius mandati, ac reſcripti conſiderari reſpectu illius, & reſpectu ipſius mandantis, ſeu reſcribentis. Et cum tota difficultas conſiſtat in cognitione prædictorum duorum ſcilicet mandati, & intentionis mandantis, ideò puto dicendum, id cognoſci aliquãdo ab interpretatione iuris, prout conſtat per iura ſupra adducta; & propterea illa debẽt reputari interpretatiua, & non conſtitutiua, iuxta doctrinam præſertim Abb. in c. fi. de conſti. ex quo in caſu propoſito præſupponitur reſcriptum, illud que eſſe obſcurum, & ſic per dicta iura fuit interpretatum. Qua quidem conſideratione ſic habita, videtur ceſſare obiectio, vt ſupra facta. Hinc eſt, quòd authoritas executoris alicuius reſcripti, licèt videatur aliquando depẽdere à diſpoſitione iuris, id tamẽ eſt verum nõ conſtitutiuè; quia ſub hoc reſpectu dependet tantum à voluntate mandantis, & reſcribentis, ſed ſolùm interpretatiuè. Aliquando verò idem quod ſupra cognoſcitur à grauitate materię, & negocij commiſſi, & aliquando denique ab alijs cauſis, atque circumſtãtijs, de quibus, quæ & infra ſumus dicturi, ideò non oportet hic vlteriùs procedere, &c.

Quo modo authoritas executoris reſcriptorum extra contenta in eis cognoſcatur. Art. 4.

REgimus in c. præterea, in fi. de offi. & poteſt. iudi. deleg. quòd quando cauſa alicui committitur, dicuntur etiam commiſſa omnia illa, ſine quibus talis commiſſio ſtare nullo modo poſſet. Hoc idem docet iuriſc. in l. 2. ff. de iuriſd. om. iudi. Confirmatur per l. ad rem mobilem, & l. legatũ, ff. de procura. Quę quidem iuris deciſio etiam ratione naturali cognoſcitur vera; ſiquidẽ ſi poteſtas iſta non extenderetur, ſine dubio delegatio, vt præſupponitur facta, redderetur fruſtratoria, quia remoto vno, ſine quo illa ſtare non poſſet, etiam prædicta delegatio remoueretur, iuxta tradita per Docto. in ca. translato, de conſtitu. quod non vr̃ aliquo modo admittẽdum. Cæterùm in contrarium facit tex. in c. lator, qui fil. ſint legit. in c. tuam, de ord. cognit. & in l. ea, quæ. §. magiſtratus. ff. ad municip. Licèt enim ſit alicui conceſſa iuriſdictio, illa tamen non eſt exequenda in caſibus dictorum iurium; & propterea prædicta extenſio non videtur admittenda. Quid igitur dicendũ? Bald. omnino videndus in d. l. 2. ad notat quatuor regulas, atque illas explicat ad id cognoſcendum. Quarum prima eſt, cum aliquid conceditur, id etiam videtur conceſſum, ſine quo id primum explicari non poteſt. Secunda, quoties aliquid cõceditur, conceſſum etiam vr̃ quicquid ad illud ſequitur. Tertia, cum aliquid prohibetur, etiam id videtur prohibitum, quo ad illud perueniri poſſet. Quarta, cũ aliquid prohibetur, etiam id dicitur prohibitum,

tum,quod illud ſequitur. Quæ quidem regulæ, quãtum faciunt ad articulum propoſitum,non omnes uidentur neceſſariæ, ſed prima, ac ẽt ſecunda; Primam autem declarant Caſtren.Alex.& alij in d.l.2.ex qua infertur intelligentia ad diuerſas queſtiones.Hoc idem faciunt Abb. & alij in d.c.præterea.Iaſ.in d.eadẽ l.2.nu.11.ponit deciſionem eiuſdẽ legis pro regula,& eam poſtea more ſuo ampliat,& limitat,atque infert ſolutionem ad diuerſas quæſtiones ad imitationẽ aliorum Doctorum. Vnde omnibus conſideratis, placet doctrina Bart. in ead.l.nu.3. & Henrici Boic, ſuper c. ex parte, verſ. ſuper eo,de accuſa.qui diſtinguendo demonſtrant, quando, & quomodo prædicta deciſio verificetur.Bart.enim docet, ꝙ iuriſdictio aliquando cõceditur alicui ordinaria,aliquando verò delegata. Hæc autem aliquando à Principe, & aliquando ab aliquo inferiore.Illa verò,circa quæ iuriſdictio dicitur conceſſa, etiam ab aliquo inferiori,aut ſunt maiora,aut minora,aut ſunt talia,quod ſine eis huiuſmodi conceſſio ſtare nõ poſſet. Rurſus,ſi illa ab ordinario cõceſſa eſſent, aut de quibus dubitatur, an ſint alterius ſpeciei, & iuriſdictionis. Ex quibus quidem omnibus cognoſcitur, ni fallor,quid ſit dicendum ad articulum, & quomodo ſit reſpondendũ ad obiecta. Henric.Boic,loc.cit.aliter diſtinguendo dicit,quòd illa, de quibus dubitatur,an concedens iuriſdictionem, ſpecialiter conceſſerit,vel non, non uidentur eſſe præſentis cõſiderationis,quia de eis infra ſuo loco dicemus.Si autem ſpecialiter conceſſiſſet, aut ſequuntur ad conceſſum, vel ex conceſſo. Et de iſtis ſimiliter infra ſumus dicturi. Si verò prædicta ſint talia, ſine quibus res conceſſa explicari nequeat, de eis verificanda eſt deciſio ſupra ſuo loco adnotata. Hinc eſt, quòd conceſſa iuriſdictione, dicitur etiam conceſſa poteſtas coercẽdi,& puniendi. c.1.de offi.& poteſta.iu.deleg.l. fi. ff. de off.eius,cum ibi adnot.Ad hæc autem omnia cognoſcenda melior ratio,atque regula dari nequit, niſi ſupra relata, videlicet,ne conceſſa poteſtas reddatur deluſoria,& fruſtratoria.His accedit, quòd ſicut authoritas executoris in producẽdo dependet à ſuis cauſis,& circumſtantijs, ut conſtat ex his, quæ ſupra diximus ſuis locis, ita etiam ab eiſdem cauſis, & medijs dependet in cognoſcendo. Quia docet Philoſophus, quòd res ſicut ſe habent ad eſſe,ita ad cognoſci. Hanc deciſionem inferunt Doct. in dictis iuribus ad diuerſas quæſtiones.Sed quoniam non conuenit propoſito inſtituto illa ſic obſeruare, atq; per deducta habemus ſolutionem, & intelligentiam eius præſentis articuli,ideò non oportet vlterius procedere &c.

An actus contra formam reſcripti geſtus,ſit nullus,& quomodo. Artic. 5.

Licèt multa ſint adnotata in præcedentibus quæſtionibus,quæ faciũt ad intelligẽtiam, & ſolutionem iſtius articuli, & propterea poſſet reputari ſuperfluus,qm̃ tamẽ illius explicatio in præſenti quæſtione erat obſeruanda, cum in ea agamus de executione reſcripti,ideò altiùs,breuiter tamen, rem propoſitã repetendo,dicimus, in materia morali eſſe attendendam opinionem,

Digitized by Google

& non veritatem. l. Barbarius. ff. de offi. præt. l. is qui putat. ff. de acquir. hęred. c. conſultationibus, de iur. pa tron. c. querelam, de elect. ca. iuuenis. de ſponſal. Hinc eſt, ꝙ eccleſia non iudicat ſm veritatem; ſed ſm id, quod coram ſe deducitur. c. à nobis. il ſecondo, de ſenten. excommu. c. tua nos. eod. de ſponſal. c. ſicut, cũ c. ſeq. de ſimon. Et cum in propoſita quæſtione conſtet, ut præſupponitur, de reſcripto, & de proceſſu illius virtute fabricato, ideò vr de iure dicendum, talem proceſſum, & acta tenere, & valere. In contrariũ faciunt multa; Primo tex. in §. ſi qs rem ſuam, Inſtit. de lega. titulus. C. plus vale. quod agitur & c. per tot. c. veritate, diſtinct. 8. ca. per tuas, qui fil. ſint legi. His accedit, ꝙ cum forma det eſſe rei, l. Iulianus. ff. ad exhibendum, ſequitur inde, ꝙ forma nõ ſeruata, actus ſit nullus. c. at ſi cleri. de iudi. & ibi glo. in uerbo, non tenet, ac etiam Doctores, Abb. in cap. cum olim. num. 6. de arbitr. & ratio eſt, quia ſicut qui aliquid facit contra legem, nulliter agit. l. nõ dubiũ, & ibi Doctores, C. de ll. ita etiã hoc idem eſt dicendum de eo, qui aliqd facit contra reſcriptum, c. cum dilecta, eod. de reſcript. & ibi Doct. & præcipuẽ Feli. meritò & c. Pro ſolutione iſtius quæſtionis eſt imprimis animaduertendum, ꝙ Abb. in c. cæterùm. num. 10. eod. de reſcrip. quærit, nũquid proceſſus valeat, qui fuerit fabricatus vigore primi reſcripti reuocati per ſecundum. Refert enim duas opiniones, quarum vna tenet, Primum reſcriptum eſſe reuocatum per ſecũdum ipſo iure, & ſucceſſiuè proceſſum inde ſequutũ, eſſe nullum. Præſuppoſito tamẽ, iudicem primi reſcripti habuiſſe notitiam de reuocatione illius. arg. ca. ex litteris, de offi. iudi. deleg. & c. Si duobus, de appell. atque d. c. cæterũ. Altera verò tenet oppoſitum, niſi à principio de huiuſmodi reuocatione excipiatur, quia cum Secundum reſcriptum ſit conceſſum ad inſtantiam partis, potuit propterea renunciare, arg. c. ad apoſtolicam, de regular. & c. gratum, eod. de offi. iudi. de leg. Hanc eandem quæſtionem examinat Inno. in ca. quia cunctis, nu. 7. verſ. & idem videtur in litteris, de conceſſ. præben. in 6. & Io. Andr. in c. cum contingat. nu. 21. & ſeq. eod. de reſcript. Quamuis autem Doct. diuerſimodè diſtinguant pro ſolutione iſtius quæſtionis vt loc. cit. videri poteſt, in præſenti tamen placet illa diſtinctio, ꝙ primum reſcriptum, aut fuit reuocatum à Principe motu proprio, & tunc proceſſus erit nullus. Aut ad inſtãtiã partis, et ſic requiritur prædicta exceptio. Et rõ eſt, quia poteſt probabiliter dubitari de volũtate Principis in iſto ſecundo caſu, cum ſubreptio committatur non in conceſſione, ſed in impetratione illius, vt diximus ſupra ſuo loco. Vlteriùs idem Abb. in cap. cauſam quæ, nu. 2. 3. eod. de reſcrip. docet, ꝙ proceſſus fabricatus ui gore reſcripti male intellecti, non ſubſtinetur. Et propterea ſi reperiatur contra ius, poteſt pronunciari nullus, etiam parte abſente. At in c. ſuper litteris. eod. num. 10. adnotat priùs, Iudicem non habentem iuriſdictionem regulariter non poſſe de cauſa cognoſcere, & ſic proceſſus eſſet nullus. Poſtea reducẽdo totam hanc difficultatem ad tria capita, Primo adnotat caſus omnes, in quibus communiter tenetur, iudicẽ non poſſe cognoſcere de cauſa coram ſe propoſita. Secundo refert caſus, in quibus habet iuriſdictionẽ.

Tertio deniq; declarat caſus, in quibus de prædicta iuriſdictione dubitatur. Et cum intentio noſtra nõ ſit ſolùm referre aliorum dicta,& præſertim,quando illa ſunt clara;vt cõtingit in caſibus ab Abb. lo. cit. adnot. qui vlteriùs declarantur etiam ab alijs; hinc eſt, ꝙ vlteriùs procedẽdo Abb. in explicatione aliarum Decretalium docet, aliud eſſe conſiderare nullitatem proceſſus ob defectũ formę ipſius reſcripti;& aliud ob ſubreptionem eiuſdem, vt uideri poteſt ſuper capitulo, cũ dilecta, num.5.eodem. Quibus oĩbus ita ad mentem aliorum adnotatis,conuenit modo, vt breuiter uideamus,q̃d meo iudicio ſit tenendum. Puto igitur imprimis præmittendum eſſe, ꝙ definite, an actus, vel proceſſus factus ab aliquo iudice ualeat,uel ſit nullus,contingit dupliciter; Primo in vniuerſali, id eſt reſpectu cuiuſcunque iudicis, & ſic non intendimus de tali nullitate hic pertractare. Non omittam tamen,prout alibi quoque diximus, hãc nullitatem poſſe conſiderari,& cognoſci aliq̃n ex parte perſonarum in iudicio, vel aliàs in negocio interuenientium: aliquando uerò ex parte materiæ;aliquando ex parte cauſæ; aliquando ex parte modi procedendi; aliquando ex parte temporis; aliquando ex parte loci;& aliquando ex parte medij. Secundo conſiderari poteſt in ſpecie, & ſic reſpectu reſcripti,atq; ſub tali rõne placet doctrina Abb. in d.c.cum dilecta, nu. 5.In hac tamen parte,ꝙ hæc nullitas conſiderari debeat aut ratione formæ, aut ratione ſubreptionis, Primo modo doctrina adeò vr̃ communis, ꝙ videlicet proceſſus ſit nullus ob formam nõ ſeruatam, vt difficultatem non habeat per ea, quæ ſupra ſunt deducta. At ſecundo modo ſolutio iſtius quęſiti ex eo dependet meo iudicio, an videlicet executor reſcripti ſubreptitij habeat iuriſdictionẽ. De qua re, quoniam diximus ſupra ſuo loco,ideò in præcedenti non recedendo à iam dictis, & adnotatis, puto concludendum,ꝙ talis executoris poteſtas, aut conſideratur apparenter,& naturaliter,et ſic geſta, & proceſſus tenerẽt;cum ſubreptio non præſumatur, ex quo eſt delictũ,vel quaſi, atque delicta non prę ſumuntur, ob vulgarem iuris regulam ſupra ſuo loco adnotatam. Aut conſideratur moraliter,& ſm ueritatem,& ſic actus, vel proceſſus eſt nullus,cum per ſubreptionẽ, illiuſque reſcriptum nulla conferatur poteſtas,vt ſupra demõſtrauimus. Ex quibus omnibus, cũ etiam obiecta hinc inde ſupra facta, remaneant, ni fallor, ſoluta, ideò nõ oportet vlteriùs procedere &c.

An ſimplex reſcriptum contineat quæcunque negocia. Artic. 6.

SImplex reſcriptũ idẽ uidetur ſignificare, q̃d generale mandatum; vnde intelligẽtia iſtius articuli illa vr̃ eſſe, ut cognoſcamus, quid contineat ſub ſe generale mandatum,iuxta deciſionem tex.in c. 1. in fi.de iureiur. in 6. Granet.in cõſ. 168.num. 9.Tale enim mandatum vr̃ continere omnia,præter illicita. Bart.in l.3.§.ſi procurator, num. 3. ff.de mãda. excludit à tali reſcripto etiam ea,quę poſſent cauſare,dominum incurrere in aliquam pęnam. Melius autem hoc vr̃ declaratum à iure conſulto in l.procurator,cui generaliter; & in l.procurator totorũ. ff.de procurat. Vbi legimus,quod ta

lis

lis procurator poteſt exigere, nouare, & permutare, nō tamen res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſed cæteras alienare, prout ibidem declarat Bart. His addi poteſt, qd ad cognoſcendam hanc generalitatem videtur uerificanda illa iuris concluſio, qua cauetur, quòd reſcriptum generaliter loquēs, generaliter ſit intelligendum. l. de precio, & ibi glo. & Bart. ff. de publiciana actio. meritò &c. Quæ omnia licèt ſint omninò notanda, tamen non uidentur vndiq; ſatisfacere; ob diuerſam formam, qua huiuſmodi reſcripta & mandata conceſſa uidemus. Cæterùm in præſenti tria principaliter poſſent de huiuſmodi reſcriptis adnotari, videlicet Primo, quando reſcriptū eſſet ſimpliciter conceſſum, atque ad hunc caſum poſſet applicari tex. in d. l. procurator totorum, cum ibi adnot. Secundo, quando reſcriptū eſſet generaliter cōceſſum, atque cum libera adminiſtrandi facultate, & ad hunc caſum eſt adnotanda d. l. procurator, cui generaliter, & ibi glo. & Bart. omnino vidēdus. Tertio denique conceditur reſcriptum ad negocia, quæ requirunt ſpeciale mandatum, atque inſuper adhibetur clauſula generalis, iuxta tex. in c. qui ad agendum, & ibi glo. & Doct. de procurato. in 6. & tunc vigore talis clauſulæ extēderetur ēt ad alia ſimilia, ſpeciale mandatum requirentia, ut in d. tex. legimus deciſum. Et ita ex hac diſtinctione habemus, ni fallor, ad quæ negocia extendatur huiuſmodi reſcriptum, & mandatum. Vnde autem hæc extēſio ſit deſumenda, poſſet reuocari in dubium. Et quamuis ego ſim ſolitus ad huiuſmodi dubitationes diſſoluendas recurrere ad rerū circumſtantias, in præſenti tamen ſatis eſſe iudicaui obſeruare deciſionem cū ibi adnotatis, quę habetur in ca. ſedes. de reſcript. & clem. 2. de procurat. &c.

An reſcriptum contineat quęcunque connexa. Artic. 7.

OB maximam vtilitatem iſtius articuli conuenit altius illum repetere, & cum difficultas eius videtur principaliter conſiſtere in cognitione iſtius termini, hinc eſt, q Bart. in l. eum autem, num. 4. ff. de nego. geſt. adnotat, connexa dari aliqñ ob diuerſitatem contractuum, aliquando verò ob ſeparationem rationis, aliquando denique ob qualitatem condemnationis. Quę doctrina licèt ſit notandá, non vr tamen vndique ſatisfacere; & propterea diſputatione omiſſa, puto animaduertendum ad mentē Doctorum, connexionem aliam eſſe naturalem, aliam artificialem, aliam denique accidentalem. Naturalis enim cū fiat à natura, diuerſimodè contingit, ſicutí natura diuerſimodè operatur; ideò non poteſt dari certa regula ad illius cognitionem. Artificialis uerò fit aliquando à lege, l. 1. ff. de lega. 1. l. 2. C. communi. deleg. & ibi Doct. & aliquando fit ab homine particulati, iuxta l. re coniuncti, & ibi Doctο. ff. de lega. 3. §. ſi eadem res, Inſtitu. eod. Accidentalis denique fit caſu, iuxta §. ſi duorum, cum ſeq. Inſtit. de rer. diuiſ. Hinc inferri pōt, quod ſicut cōnexio una dicitur ſubſtantialis, alia uerò accidentalis, ita etiam diſtinctio eodem modo reperitur; & propterea una dicitur realis, altera rationis, iuxta c. ſi. de inſtitu. l. 1. C. quor. bon. & §. ſi tutor. Inſtit. de inoff. teſta. cum ſimil. & prope-

pterea in practica quotidie agitur de legitimatione perſonarum in iudicio litigantium. Vlterius eſt adnotandum, ꝙ hæc connexio aliquádo fit ſimpliciter, vt in d.l. 1.& 2.de lega. Aliquando verò res una accedit ad aliam, iuxta regulam, Acceſſorium, de reg.iu.in 6. Aliquando iterum una dependet ab alia. c.nā con cupiſcentiam, de conſtitu.facit tex. in c.translato, cum ibi adnot. eod. Hinc datur, & cognoſcitur, quid iuris de antecedenti, & conſequenti, quæ aliquando ſunt probabilia, & aliquando neceſſaria, ut clariùs etiā logici nos docent. Aliquādo rurſus res una intrat in locū alteriùs, Bart. in l.ſi & rem, num. 1.ff.de peti.hæred. Hinc datur regula de ſubrogato in locum alterius, de qua plenè pertractat Gabriel. in ſuis concluſ. tit.de reg.iu.concluſ. 2.per tot. Quæ connexiones adhuc ita diuiduntur, vt una ſit ſeparabilis, altera uerò inſeparabilis, iuxta tradita per Doct. in d.ca.translato, in cap.quanto, de iudi. & facit totus titulus. ff. & C. famil.erciſc.& cōmuni diuid. Quibus præmiſſis, ad articulum propoſitum ita videtur eſſe de iure reſpōdendum, quòd reſcriptum continens vnum de connexis, contineat etiam aliud, ob illam rationē à Doctoribus communiter approbatā in d.c.translato, quòd in connexis idem ſit iudicium, vt præſertim ibidem videri poteſt apud Dec. & Felin. Quæ quidem iuris concluſio ſine controuerſia aliqñ limitatur, vt ibi adnotat Dec. num. 3.& 4. Et ratio eſt, quia vna connexio reperitur aliquando expreſſa, altera uerò virtualis. Hinc intelligimus, quid iuris de ſtatuto, de propoſita materia loquente, vt ibidem adnotant Docto. Hinc cognoſcitur etiam, quòd ſi detur executio in vno de connexis, dari etiam debeat in alio, atque in acceſſorijs. An autem hęc illatio verificetur de intereſſe, qđ eſt quoddam connexum cum principali, atque in practica quotidie occurrit, Docto. inter ſe non conueniunt, vt præſertim videri poteſt apud Dec. ſuper d.c. translato. num. 4. & cum decidere huiuſmodi qnęſtiones nō ſit iuxta inſtitutum propoſitū, ideo me remitto ad ea, quæ de ſimili materia nos docent Doctores, & præſertim Dec.& Feli.in d.c. Vnde vlterius procedendo ex prædicta concluſione infertur ultra ſupra adducta, ꝙ ratione connexionis ſæpè cōmittitur ſimonia. c. ſi quis obiecerit. 1.q.3. Item ſi duæ hæreditates fuerint connexæ, una ſine altera repudiari non poteſt. Grauet. in conſil. 275. num. 5. Item in iudicio ob eandem cauſſam non admittitur diuiſio quæſtionis in eo propoſitæ. l. nulli, C. de iudic. c. 1. de cauſ.poſſ. eadem ratione acquiritur etiam aliquando iuriſdictio. c.quanto, eodē, de iudic. Doct.in c.cum contingat, de iureiur. c.de prudētia, de donat. inter uir.& ux. Ex qua articuli ſolutione multæ aliæ poſſent adnotari utilitates, ut eſt illa de teſtibus, iuxta c.in noſtra, & ibi Doct. de teſti. Et in d.c. translato, cum ſimil. ſed quoniam extra propoſitam materiam eſſet tranſcēdere, ſi uellem ſingulas illationes recēſere, ideò puto ſatis eſſe iſtas adnotaſſe. Quòd autem hæc articuli ſolutio aliquando limitationem recipiat, vnicuiq; in iure perito vr̄ clarum, cum omnis definitio ſit periculoſa. l.omnis definitio.ff.de reg.iur. Cæterùm recenſere huiuſmodi limitationes, licèt videatur admodum vtile, ne tamen videar aliorum ſimplex relator,

tor, me remitto ad ea, quæ copioſè nos docent Docto. in l. 1. ff. de lega. 1. & in d. c. translato. Tamen non eſt omittendum, quòd videlicet prędicta concluſio, & ſolutio ſit limitanda in connexis ſeparabilibus; item in accidentalibus, & non neceſſarijs, atque in virtualibus. Et propterea in quæſtione ſupra adnotata de intereſſe, quotidie videmus in practica, aliquem condemnari ad ſortem principalem, & non ad fructus, & intereſſe, licèt ſit maxima quæſtio inter iuriſtas, an liberatus in iudicio ab obligatione ſortis principalis, dicatur etiam liberatus ab intereſſe, vt videri poteſt apud ſcribentes in l. vinum. ff. ſi cert. pet. & in l. fin. ff. de eo quod certo loco. Rot. Ianuenſ. in ſua deciſione 61. per tot. Atque iſta ſint ſatis pro ſolutione iſtius articuli &c.

Quomodo negocia, & connexa cognoſcantur in reſcriptis contineri. Artic. 8.

LIcèt in fine præcedentis articuli ſit adnot. regula deſumpta ex clem. 2. de procurat. ubi legimus, grauiora non comprehendi in generali mandato, ſed ſolùm inferiora, & ęqualia. Et hoc idem habetur in c. ſedes, & ibi glo. in verbo, maiores, de reſcript. vbi præcipuè Abb. num. 7. & alij cõiter. Quæ quidẽ doctrina, quamuis ſit admodum notanda, eoque magis, quo Bal. in l. aliquando. q. 15. ff. de offic. proconſ. & leg. docet, quod ad cognoſcenda contẽta in aliquo mãdato, oportet aliquid in eo exprimere, & poſtea addere clauſulam generalem, cum facultate reliqua faciendi, gerẽdi &c. iux. c. qui ad agendum, de procurat. in 6. Tũc.n. dicit iſte Doctor, extẽdere tur ad caſum eiuſdem qualitatis, & ſic cognoſcerentur prædicta contenta. Cæterùm eſt animaduertendum, id habere aliquam difficultatẽ. Primo, quia de iure ſemper grauiora dicuntur ſuperiori, & domino reſeruata. c. quod translationẽ, de offi. lega. & ibi glo. & docto. Secundo, quoniam adhuc videtur dubium, cognoſcere, & definire, an tale negocium etiã comparatiuè ſit maius, uel minus, ſeu connexum, atque hac fortaſſe de cauſa idẽ Abb. in d. c. ſedes. num. 8. docet, negocia differre inter ſe, aliquandò ſpecie, aliquando qualitate, & aliquando quantitate. Quid igitur dicendum? Primo reſponderi poteſt, id eſſe in arbitrio iudicãtis, qui omnibus cuiuſlibet facti circumſtantijs conſideratis, iudicabit, negociũ eſſe uel non eſſe graue, æquale, aut connexum cum negocio in reſcripto contento. Idque ea ratione demonſtratur, quia negocium graue, æquale, ſeu connexum, cum habeat latitudinem, non potuit à lege definiri, & ſucceſſiuè argumẽto l. 1. ff. de iur. deliber. dicitur eſſe in arbitrio iudicis. Hoc idem eſt tenendum de cõnexis, cum illa diuerſa reperiantur, ut ſupra diximus. Atque hac fortaſſe de cauſa Menoch. lib. 1. de arbitr. iudi. q. 95. docet, iudicare plus, & minus eſſe in arbitrio iudicis. Et cum negocia articuli noſtri inter prædictos termines reperiantur, & aliquando habeant inter ſe connexionem, ideò idem uidetur de iure dicendũ. Docet ulteriùs iſte doctor in eodem libro q. 45. quid ſignificẽt iſti termini, emergens, incidens, & connexa, & poſtea adnotat Doctores inter ſe non conuenire circa illorum definitionem, cum alij aliter ſen-

ſentiant. Vnde ſibi magis placet illa opinio, id eſſe ſimiliter in arbitrio iudicis. Et propterea hoc idem videtur dicendum pro ſolutione articuli noſtri. Hæc autem ſolutio ſi non placet, poſſet aſſignari alia, videlicet, quòd reſcriptum, de quo agimus, aut continet negocia publica, vel quaſi, aut priuata, vel quaſi. Primo modo cum negocia grauiora ſint declarata partim in iure, partim verò à Doctoribus, vt videri poteſt in glo. notabili ſuper d.c. quòd translationem, & ibi Doct. Iohan. de Turrecrem. in canone, huic ſedi. diſt. 17. Ideò ad eos, eorumq; declarationes eſſet omnino recurrendum, pro deciſione alicuius caſus contingentis. At ſecundo modo illud idem puto dicẽdum; quoad grauiora enim eſſet recurrendũ ad gloſam, & Docto. ſuper d.c. qui ad agẽdum. Ioſeph. Ludo. in ſua communi concluſ. 30. Gabalin. ſuper lib. 6. conſtitu. Marchi. c. 11. glo. 4. & Angel. ſuper tit. inſtitu. per quos nobis agere liceat. &c. Quæ quidem ſolutio, licèt ſatisfaciat, ſi tamen volumus aliquid vlterius addere, quòd ſicut negocium tam in ſuo eſſe, quã etiam ratione connexionis, dependet ab omnibus ſuis cauſis, & circũſtantijs; ita etiam ab eiſdem medijs depẽdere debet illius cognitio, iuxta doctrinam Philoſophi. Et cum modus iſte ſoluendi non videatur differre à primo, & propterea vterque reducatur ad arbitriũ iudicis, ideò non oportet vlteriùs procedere, cum ipſe omnibus conſideratis in contingentia facti definiat, quid ſit de iure tenendum. &c.

Quid iuris, ſi dubitètur de executione alicuius reſcripti. Art. 9.

PEgimus ſtatutum in ca. ſi quando. de reſcript. quòd ſi in rẹſcriptis contineatur tale negocium, quod animum executoris exaſperare videatur, aut illud eſſet reuerenter adimplendum, aut per litteras reſcribenti ſignificandum rationabilem cauſam, qua adimpleri nequeat. Ratio autem iſtius deciſionis aſſignatur in eodem tex. quia videlicet aliquando reſcripta conceduntur praua impetrantis ſuggeſtione. Exemplum autem deſumi poteſt ex c. 2. de offi. iudi. deleg. Hęc iuris deciſio non videtur vndique vera, ob can. ſententia. 11. quæſt. 3. Vbi legimus, ſententiam Paſtoris eſſe timendã, ſiue illa fuerit iuſta, ſiue iniuſta. Cõfirmatur per can. qui reſiſtit, eadem quęſtione. His accedit ratio naturalis, quia ſi executor talis reſcripti iudicaret eſſe ſuperſedẽdum, vt dicit textus in iuribus adductis, cõſequẽter iudicaret de reſcripto contra c. cum veniſſent, de iudi. Iaſ. in l. ex facto. num. 4. ff. de vulga. ſubſti. Hoc non eſt dicendum; meritò. Ad hæc addi poteſt, quòd ab executione nõ datur appellatio. l. ab executore. ff. de appellatio. l. ab executione. C. quor. appell. non recipiantur. cum ibi adnot. Abb. in c. quoad conſultationem, num. 24. de re iudi. Pro ſolutione animaduertendum eſt imprimis ad mentem Doctorum, & præſertim Abb. tam in d.c. ſi qñ, q̃ etiam in d.c. 2. ꝙ oportet ita diſtinguere; aut enim notoriè conſtat de intentione, & voluntate reſcribentis; aut non conſtat, & ſic ſumus in dubio. Si primũ, conuenit obſeruare id qđ mãdat Sũ. Põt. in d.c. ſi qñ. An videlicet reſcriptum contineat

aliquid, quod animum executoris exaſperare valeat. Atque in tali caſu, ſine controuerſia verificatur deciſio d.c. vt ſupra relata. De duobus tamen poſſet dubitari; Primo, qua via id cognoſcatur. Secundo qualis debeat eſſe ratio, quã executor prædictus allegare debeat, propter quã valeat ſuſpendere executionem reſcripti. Solutio vtriusq; capitis dependet, meo iudicio, à ſolutione alterius quæſtionis, an videlicet ſuperiori ſemper ſit obediendũ. De qua pertractant iam Canoniſtæ, quàm Theologi. Licèt enim textus in l. proſpexit. ff. qui, & à quibus, dicat, legem eſſe omnino ſeruãdam, quãuis dura ſit, legimus tamen in can. non ſemper, cum can. ſeq. 11. quęſt. 3. non ſemper ſuperiori eſſe obediẽdum. Quando autem vtraque deciſio ſit ſequenda, vltra Doct. in iſtis locis, videndus eſt etiam Iohan. de Turrecrema. in ſuo tracta. de Eccleſia, lib. 2. c. 48. 49. Omphal. lib. 3. ſuę polit. ciuil. c. 1. num. 9. & ſeq. & D. Thom. 2. 2. quæſt. 104. artic. 5. Vnde vt vltra Doct. iſtos aliquid breuiter obſeruemus, ad maiorem intelligentiam iſtius articuli poſſet, meo iudicio, ita diſtingui, quòd reſcriptum aut continet aliquid falſi, & tunc eſſet recurrendum ad deciſionem textus in can. in memoriam, & ibi Doct. & præſertim Iohan. de Turrecrem. diſt. 9. Aut non: & tunc aut reperitur conceſſum contra aliquod ius, ſeu bonum, publicum, uel priuatum, & in tali caſu eſſet recurrendum ad ea, quæ diximus ſupra in propria quæſtione, & articulis. Ex his enim quæ ibi adnotauimus, inferri poteſt, quòd reſcriptum quãdo cõtinet aliquod abſurdum, quid de eo ſit dicendum, & quomodo ſit cognoſcendum; & propterea ex his habemus (ni fallor) quomodo ad prædicta duo capita ſit reſpondẽdum. Ex quibus inferri etiam poteſt tale corollarium, quòd videlicet de qualibet quæſtione ſit reddenda ratio, & cauſa. Quæ quidem illatio quamuis regulariter ſit vera, & ad hoc facit tex. in c. cum cauſam, de teſti. & in c. ſi cautio, de fid. inſtru. atque cõmuniter approbetur à Doct. ſuper d.c. ſi quando, nihilominus ob diuerſitatem factorum ſine controuerſia aliquando limitatur, vt ibidem nos docet Felin. & ante eum Abb. facit etiam text. in l. non omnium, ff. de ll. Ex quibus habemus etiam cognitionem de modo conciliandi iura, vt ſupra ad vtramque partem adducta; vnde non videtur neceſſarium deſcendere ad ſpeciales ſolutiones. Hæc oĩa ſunt adnotata quoad reſcriptum, quod contineat aliquid abſurdi, licèt conſtet de intentione reſcribentis. At ſecundo loco ſi non conſtat de intentione prædicta, & ſic ſumus in dubio, tunc congruentius videtur de iure dicendum recurrere ad ipſum reſcribẽtem, iuxta deciſionem tex. in d. c. 2. de offi. iudi. delega. Cęterùm contra prædicta unum uidetur obſtare, ꝙ videlicet in uno caſu, atque capite de prædictis aliquãdo non ſit obediendum; in altero verò ad reſcribentem ſit recurrendum. Primum enim caput videtur expreſsè contra d. c. ſi quando, vt ſupra relatum. Cui obiectioni puto reſpondendum, ꝙ ſi prædicta diligenter fuerint obſeruata, duo ſunt concluſa in dicto primo capite. Primum quod non ſit obediẽdum; Secundum quod ſit reſcribẽdum iuxta deciſionem dicti capituli. Hinc nota declarationem ad d. can. non ſemper, cum ſeq. quod licet ſuperiori non

ri non ſemper ſit obediendum, aſſignari tamen debet rationabilis cauſa, propter quam ille obedire non intendit; alioquin præcepta ſuperiorum negligerentur, & contemnerentur, contra præceptum D. Pauli, & text. in c. 2. & 3. de maiori. cũ vulg. Hinc videmus in practica, quòd in litteris monitorialibus, & præceptiuis ſemper ſolet adhiberi clauſula, compareas &c. ſi ſenſeris te grauatum &c. iuſtificatum tamen &c. & ſimiles. Et ita cum per hæc habeamus ſolutionem iſtius articuli, & & quid reſponderi valeat ad oppoſita, ideò non oportet ulteriùs procedere iuxta inſtitutum propoſitũ. Si quis autem plura uidere cupiat, videat Doctores ſuper d. c. ſi quando, & c. 2. ſupra ſæpè citatis. &c.

Quomodo nullitas reſcripti, eiuſque ſubreptio in iudicio proponi ualeat. Artic. 10.

SIcut ſpoliationis quæſtio proponitur in iudicio aliquando per viam actionis ad reſtitutionem conſequendã, aliquando verò per viam exceptionis, ad intentionem aduerſarij excludendam, vt dicit tex. omnino adnotandus, & videndus in c. 2. de ord. cognitio. & ibi glo. & doct. Ita etiam hoc idem vr̃ dicendũ de nullitate reſcripti, eiuſque ſubreptione. Vnde ſolutio iſtius articuli ex hac diſtinctione adeò vr̃ clara, vt difficultatem non habeat. Cæterùm eſt animaduertendum, ꝙ circa reſcriptum ſubreptitium duo poſſunt conſiderari, videlicet nullitas, & ſubreptio illius. Quoad nullitatẽ ſine controuerſia vr̃ verificanda deciſio prædicti capituli; ſiquidem docet nos Vant. in ſuo tract. de nullitate, rubr. quot, & quib. mo. nullitas in iudicio ꝓponatur, per tot. ad mẽtem præſertim Bart. ꝙ nullitas proponitur in iudicio aliquando principaliter, & ſic per viam agendi, idque contingit in practica coniunctim cũ appellatione; & ita, ut plurimũ obſeruatur, vt legimus in practica Veſtri lib. 8. ca. 1. nu. 18. & 19. Et aliquando ſeparatim, & ſic rarò. Aliquando verò incidenter; idque accidit, quando pars diceret, ꝙ prima ſententia habita pro nulla, procedatur ſuper negocio principali, vt ibidem copioſè hæc etiam uia declaratur. Et cum de modis iſtis, quo ad nullitatem attinet, plenè pertractat iſte Doctor, ideò ne ſim aliorũ relator, ad ſubreptionem, & ſic ſecundum caput ſupra propoſitũ deſcendendo, puto adnotandum, ꝙ cum ſubreptio ſit delictum, vel quaſi, iuxta ea, quæ diximus ſupra, ideò de illa vr̃ verificanda alia iuris deciſio, qua cauetur, ꝙ delicta, vel quaſi, proponuntur in iudicio, aliquando ciuiliter, & aliquando criminaliter, c. Tuæ fraternitatis, de procurato. glo. ſuper ca. veniens, in verſ. criminali, de accuſa. §. in ſumma, & ibi Doct. Inſti. de iniur. Hinc eſt, ꝙ cauſa ciuilis præiudicat aliquando criminali, l. 1. C. quando ciui. cau. præiud. crimi. Rurſus, proponuntur aliquando per uiam actionis, & aliquando per uiam exceptionis, d. ca. 2. de ord. cogni. Item aliquando per viam notorij. c. euidentia, de accuſa. Aliquãdo per uiam accuſationis; aliquãdo per uiam denunciationis, c. ſuper his, eod. & aliqñ per viã inquiſitionis. c. qualiter, il primo, & ſecondo, eod. de accuſa. Vnde præſuppoſita hac varietate modi proponẽdi delicta, vel quaſi in iudicio, quæreret aliquis, ob quam cauſam intro

ductæ ſint tot uiæ illa cognoſcẽdi. Cui quæſito puto reſpõdendum, id aliunde non ſucceſſiſſe, niſi à fine, cuius eſt propriũ, ſm Philoſophos, diſponere media ad ſe ipſum conſequendum. Hinc eſt, ꝙ via actionis eſt ordinata ad reſtitutionem obtinendam, & cõſequendam, d.c.2. Et ad hoc facit diffinitio actionis tradita ab imperatore in princ.tit.inſtit. de actio. Via autem exceptionis eſt inſtituta ad defenſionem, & ad excludendum aduerſarium, eod.c.2.l.1.& 2.ff.de except.& d.c.ſuper his. At uia denunciationis eſt introducta, ad emẽdationem d.c.ſuper his, & copioſè de ea pertractant Doct. in c.nouit, de iudi. Via uerò accuſationis eſt permiſſa ad uindictam, et ad puniendum.d.c.ſuper his, & facit totus titulus in utroque iure de accuſatio. Viæ denique inquiſitionis, & notorij uidentur mixtæ, & ſapere naturam mediam inter accuſationem, & denunciationẽ. Et propterea aliqñ imponitur pœna ad vindictam, aliquando verò pęnitentia ad correctionem, arg.c.inquiſitionis, & ibi glo.& Doct.eod.de accuſa. Ex quibus quidẽ omnibus qm̃ habemus ſolutionem ad propoſitũ articulũ ſatis claram, ideò nil aliud vr̃ addẽdum, niſi adnotare, qua via prędicta nullitas probari ualeat. De qua quidem probatione, cum hodie plenè pertractet Maſcar.in ſuo tractu.de probat.concluſ.1110.per tot. ideò non cõuenit illius doctrinam hic repetere. Siquis autem de prædictis plura uidere cupiat, uideat Doct.in locis ſupra cita.& noſtrum tractatum de præmiſſis ad proceſſum iudicialem eiuſque cuſtodiã in propria quæſtione, & articulis &c.

An executori Reſcriptorum ſit credendum, ſi illa non exhibeat. Artic. 11.

QVoniam in iure hẽmus vulgarẽ propoſitionẽ, ꝙ quilibet præſumatur bonus, & non delinquere, ut diximꝰ ſupra, & nouiſſimè docet Menoch. in ſuo tracta. de præſumpt.lib.5. præſumpt. 1.& 2. Ideò tali executori vr̃ eſſe omnino credẽdum; alioquin præſumeretur delinquere; qđ non eſt dicendum. In contrarium eſt tex. expreſſus in c.1.de elect.in extrauag.communibus, & in l.1. C.de mandat.Princ.Abb.in c.qualiter.num.1.eod.de elect.Specul.in ſuo ſpecul.p.1.tit. de deleg.§. ſupereſt videre.num.14.poſt princ. cum ſeq. Hinc eſt, ꝙ Iudex delegatus citando aliquem, ut coram ſe cõpareat, debet in citatione inſerere tenorem ſuæ cõmiſſionis.§.iam verò.in ſti.cano.de in ius uoc.c.prætera, & ibi Doct.de dilatio. Et cum de hoc uerè dubitari nequeat, ex quo in practica quotidie hæc deciſio obſeruatur, ideò vlterius oportet uidere, quomodo de tali authoritate ſit fides facienda; & an in aliquo caſu prædicta deciſiõ ſit limitanda. Quoad primum Abb.in d.c.prætera, num.4.docet, delegatum fidem facere de ſua poteſtate, oſtendendo copiam ſui reſcripti, ſiue illud ſit ad gratiam, ſiue ad iuſtitiã. An autem hæc ſufficiat, Doct.inter ſe nõ conueniunt, vt videri poteſt apud eos ſuper d.c.& præſertim apud Abb. num.5.qui in uerſ. ego concordando, putat opiniones ſuper iſta quæſtione poſſe ita conciliari; qđ ſi negocium fuerit grauiſſimum, copia non ſufficiat. Si uerò fuerit graue, ſidem faciat; at ſi fuerit leue, nec etiã illa

Digitized by Google

illa requiratur; ſi tñ perſona non fuerit vilis. Hæc quæſtio copioſè examinatur etiam ab Ant. de Butr. ſuper eod. c. ad fi. Ita uidelicet, ut cognoſcamus, an, & quãdo citatio afficiat, & cogat ipſum citatum ad cõparendum; ex quo oportet illã emanare de mãdato Iudicis. Et cum definire hmõi controuerſiam, uideatur eſſe prçter inſtitutum noſtrum, ideò ſit ſatis id adnotaſſe ad mentẽ aliorum: ut modo breuiter aliquid obſeruemus proprio iudicio, dicimus, prædictum reſcripti executorem poſſe probare ſuam authoritatem dupliciter. Primo, oſtendendo mandatum originale, quo talis conſtitutus fuit. Et in tali caſu ceſſaret omnis controuerſia. Secundo, exhibẽdo copiam illius, quæ cum diuerſimodè poſſit reperiri extracta de prædicto originali ad hoc, ut concludẽter fidem faciat, requiritur, ut legitimè, & canonicè conſtet extractam eſſe, iuxta textum, & ibi Abb. & alij in c. fi. de fid. inſtr. Couar. lib. practi. quæſt. c. 21. per tot. Ex qua doctrina habemus, ni fallor, nõ ſolum tali executori non eſſe credendum, ſed etiam quomodo eius authoritas ſit probanda. Nec obſtant, quæ in cõtrarium ſupra ſunt adducta, quia illa uerificantur de perſona iſtius executoris, ut eſt priuata; ſecùs autẽ ratione iſtius qualitatis eidem annexæ, cum illa ueniat ab extrinſeco. Quæ quidẽ ſolutio cum ſit ad mentem Abb. & aliorum in c. fi. de præſumpt. ideò de ea dubitari non põt. Vnde vlteriùs nunc procedendo, quoad ſecũdum caput, ut ſupra propoſitum, dicimus, iſtam concluſionem, & ſolutionem poſſe limitari ob dignitatem perſonæ, quæ ſi exẽpli gratia, fuerit cardinalis, abſque litterarum oſtenſione, ſibi fides uidetur adhibenda, ut adnotat Specul. in d. §. nu. 16. & poſt eum Vant. in d. ſuo tract. de nullit. tit. quib. mo. ſent. & proc. à nulli. defen. &c. nu. 43. Poſſet ſecundo loco eadem concluſio limitari ad mentem eiuſdem Doct. in eod. tit. num. 46. iuxta l. Barbarius. de offi. Præto. cum ibi adnot. Quando uidelicet talis executor publicè, & palam reputetur, & habeatur pro tali, qualem ſe facit; tunc. n. prædicta litterarum oſtẽſio non eſt neceſſaria. Et cum ſæpè poſſit contingere, illas eſſe amiſſas, & propterea dubitatur, & quæritur, quid iuris; hinc eſt, ꝙ Speculator in d. §. numero 17. reſpondendo ad huiuſmodi quæſitum, dicit, eſſe recurrẽdum ad teſtes, iuxta deciſionem tex. in l. teſtium, in fi. C. de teſti. & in c. cum olim, omnino uidendum, de priuileg. Ad hoc facit etiam c. cum dilecta, cum ibi adnot. de confirma. Ex quo infertur, ꝙ contractus quoque poſſent aliquando renouari, & confirmari, iuxta doctrinã Bart. in l. ſi quos, C. de decur. lib. 10. Hæc omnia ſunt omnino obſeruanda, cum talis executor non obſeruans fines mandati, faciat actum nullum, ut ſupra demonſtrauimus ſuo loco, & paſſim hoc idẽ nos docẽt Doct. varijs in locis, præcipuè verò ſuper c. cum dilecta, de reſcript. ubi Feli. eſt omnino adnotandus, nu. 20. uerſ. de formæ obſeruantia, cum plur. ſeq. et ita per hæc habemus claram, ni fallor, iſtius articuli ſolutionem &c.

An in executione reſcripti debeat attendi tempus datæ, vel tempus præſentationis. Art. 12.

INter oẽs articulos iſtius propoſitæ materiæ, iſte nunc propoſitus, nõ infimum tenet locum; & pro-

propterea copioſè de eo varijs in locis pertractant Doct. vt videri pôt apud gloſ.& ibi ſcribentes in c.dilectus filius,in uerbo,receperunt,il ſecondo, de præben. Staphil. in ſua pract.in tit. de diſparitate Datæ,cōſiderat hanc materiam ſub eo reſpectu, quo duo impetrauerint diuerſa reſcripta; vnde cum non concurrant, ideò dubitatur de iſta diſparitate. Gabr.in ſuis concluſ.tit.de exe cut.ſent.concluſ.3.demonſtrat, an, & qñ executor poſſit vti authoritate ſibi data ante præſentationem litterarum; Licèt autem Bellemer. in ſua deciſ.570.doceat, datā anteriorem litterarū regulariter præferri, ex his tamen, quæ in dictis locis habentur,poteſt inferri, iſtum articulum recipere diuerſam intelligentiā, ſicut prædicta Data,& præſentatio poſſent diuerſimodè conſiderari. Qua de re,vt primo uideamus, quid in iure de re propoſita habeatur,legimus in d.c.dilectus filius,ꝙ attenditur tpˢ præſentationis;at in ca.eam te, & in c. capitulū Sanctæ Crucis,eod.de reſcript.deciditur oppoſitum,ꝙ uidelicet attendatur tpˢ Datæ. Hoc idem habetur in c.ſi eo tempore,eod.in 6.Nunc,quoad doctrinas attinet, Abb.in d.c.eam te, nu.5.docet, tempus Datæ eſſe conſiderandum quoad uim reſcripti,illiuſque ſubreptionē cognoſcendā; ſiquidem ea,quę poſtea occurrunt, nō alterant eius naturam, idē Abb. in d.c.cap. Sanctæ Crucis, num.3. adnotat,Primo canones in hoc eſſe contrarios inter ſe, & poſtea refert tres ſolutiones; quarum prima eſt, ꝙ primæ litteræ,quādo fuerint pręſentatæ,nō ualent ſecundæ, niſi de primis fecerint mentionem. Hæc ſolutio nō placet per c. tibi qui,eod. de reſcrip.in 6.Vnde ſequitur ſecunda ſolutio,quę tenet,ꝙ in litteris ad beneficia attendatur tempus Datæ, & non præſentationis; niſi primus fuerit negligens in petēdo; & cum altera ſolutio non multum differat ab iſta ſecunda, hinc eſt, ꝙ Abb.in iſta varietate diſtinguendo dicit, ꝙ primus & ſecundus impetrans, aut impetrauerunt reſcripta ad idē corpus beneficij, aut ad diuerſum, in eadem tamen eccleſia; ita ꝙ capitulū debeat illa admittere. Primo modo ſecundus impetrans non poſſet aliquid obtinere, cum eius reſcriptū fuerit ſubreptitiū, ex quo in eo non eſt facta mentio de primo, ut præſupponitur: At ſecundo modo, ſi primus impetrans non fuerit negligens,ipſe obtinebit,quamuis ſecundus primo præſentauerit. &c. Dubium modo eſt, qua uia cognoſcatur talis negligentia.Docto.non conueniunt inter ſe, cum varij uaria ſentiant, ut uideri poteſt apud eundem Abb. ibidem nu. 5. & ſeq. & cum non conueniat in præſenti ſingulas Doct. opiniones recenſere,ideò placet doctrina eiuſdē Abb. aſſerētis, id eſſe in arbitrio iudicis; idque non ſine cauſa, ſiquidem ob diuerſitatem caſuum, & circūſtantiarum nō poterat in iure de tali re aliquid certi definiri; & propterea ad hoc facit tex.in l.1.ff.de iur.deliber. Vnde vlteriùs procedendo Feli. in eod.cap.eam te, nu.63.cum ſeq. vſque ad fin.more ſuo dat regulam, ꝙ uidelicet debeat attendi tempus datę,quam poſtea declarat,& limitat ſex modis.Cuius doctrina eſt ad modum vtilis in practica, cum ſit clara,et diſtincta;et propterea in ea ſu occurrenti ad cū puto eſſe recurrendum. Bal.in c.conſtitutus,num. 19.& ſeq. eod.de reſcript.vř approbare prædictam regulam; ideò quærit

tit vlteriùs, quid iuris de notabili quæſtione, uidelicet, ſi tempore Datæ non requirebatur iuramentum in illa eccleſia, ad quam conſequendam directũ fuit reſcriptum; ſecùs tempore præſentationis. In qua difficultate vr̃ illud ſentire, ꝙ nihilominus attendi debeat tempus Datæ. Hoc uolui adnotare, quia, quod ipſe docet de iuramento prædicto, illud idẽ poſſet affirmari de aliqua alia qualitate in d. eccleſia addita. Ratio autem iſtius doctrinæ illa vr̃ eſſe, quia hmõi accidentales qualitates ſicut non uidentur mutare naturam rei; ita etiam non debent alterare huiuſmodi reſcripta. Quibus omnibus ad mentem Doct. ita adnotatis, conuenit modo, ut breuiter uideamus, quid, meo iudicio, ſit tenendum. Vnde placet imprimis obſeruare doctrinam Ant. de Butr. & Abb. in d. c. Dilectus, qui conſiderãdo finem, inde inferunt, quodnam tempus attẽdi debeat. Quã de re reſcriptum, de cuius data dubitatur, aut eſt ad beneficia, aut ad lites. Primo modo oportet diſtinguere comprehendendo ea, quæ nos docent Doct. lo. cita. Aut enim reſcriptum ad beneficia, & ad gratiam tribuit ius in re, aut ad rem; atque ſub vtroque reſpectu cõſideratur illud, quoad ualiditatem eius, aliquãdo ratione rei; & ſic attenditur tempus Datæ. Aliquando uerò ratione capacitatis perſonæ, & ſic attenditur tempus præſentationis; niſi conceſſum fuerit Motu proprio. Aliquando uerò ratione ſubreptionis, & tunc ſimiliter attẽditur tẽpus Datæ. At aliquando cõſideratur reſpectu negligentiæ, uel perpetuationis, & tunc ſimiliter idem tempus attendi dẽt. Et propterea quandocunq; præſentari poteſt, niſi ex alio capite aliud obſtet. At ſi reſcriptum fuerit ad lites, tunc ſimiliter regulariter attenditur tempus datæ. Et propterea nõ extenditur ad alias lites, iuxta ca. ſi. eod. de reſcript. idque ampliatur ratione negligentiæ, & perpetuationis, ut cõſtat per deducta ſupra ſuis locis. Limitatur uerò, ſi in eo appoſitum fuiſſet tempus à reſcribẽte deſinitum, iuxta tex. in c. de cauſis, de offi. & poteſt. iudi. deleg. quod tempus diuerſimodè definitur, iuxta ad notata in c. ſuper eo, il ſecondo, §. ſi. de appell. vbi Abba. num. 7. Hanc doctrinam nos docent Doct. in d. c. dilectus, ubi præcipuè Abb. num. 7. vſque ad num. 11. Ex quibus omnibus habemus, ut puto, ſolutionem ad articulum &c.

An omnia Reſcripta habeant executionem paratam. Art. 13.

SOlutio iſtius articuli, cum dependeat ab eius intelligentia, ideò puto imprimis animaduertendum, quòd executio reſcripti poteſt dupliciter cõſiderari, primo formaliter, ſecundo ratione contentorum in eo. Primo reſpectu ſolutio videtur facilis, cũ quodlibet reſcriptum ſit exequendum ad imitationem iuris. Sicut enim lex, licèt dura, eſt nihilominus obſeruanda, & exequenda, vt dicit iuriſc. in l. proſpexit, ff. qui, & à quibus. Ita etiam hoc idem videtur dicendum de quolibet reſcripto, ex quo illud facit ius in caſu ſuo, ut ſupra ſuo loco demonſtrauimus. In contrarium tamen facit illa communis doctrina, qua cauetur, legẽ non ſemper eſſe ſeruandã. D. Tho. communiter receptus 1. 2. quæſt. 96. art. 4. Idque contingit, quando eſſet iniuſta; unde hoc idẽ uidetur affir-

Digitized by Google

affirmandum de reſcripto, cum illud ſit aliquando falſum, & aliquando ſubreptitium, ut ſupra deduximus. Secundo hoc idem confirmari poſſe per illam vulgarem, & communem iuris cõcluſionem, qua definitur, inſtrumẽtum quodlibet de iure communi regulariter non habere executionem paratam, vt nouiſſimè docet Matheus Colleri. in ſuo tract. de execut. oblig. ciuil. p. 3. cap. 2. in princ. Pro ſolutione puto non eſſe recedendum à ſimilitudine inter legem, & reſcriptũ; & propterea ſicut lex regulariter eſt obſeruanda, & exequenda, vt diximus, & vlterius probat tex. in l. 2. §. parũ eſt enim. ff. de orig. iu. Ita etiã hoc idem videtur dicendum de reſcripto. Rurſus, ſicut lex aliquando limitatur, iuxta adnotata in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. & propterea non habet executionem, multoque minus ſi eſſet iniuſta, iuxta doctrinam, ut ſupra relatam; ita etiã hoc idem eſt dicendum de ipſo reſcripto. Atque hac de cauſa adnotauimus ſupra, quæ, & quales exceptiones contra illud opponi valeant. Hinc eſt, quòd iudex delegatus dicitur etiam reſcripti executor, arg. tex. in c. tibi, qui, cũ ſeq. de reſcript. in 6. Et ratio eſt, quia regulariter iudex delegatus, atque collator beneficij uigore reſcripti, tenentur mandare executioni voluntatem reſcribentis in vtroque caſu, & ſic habemus ſolutionem iſtius articuli ratione primæ intelligentiæ. At ratione contentorum in eo, aliter eſt reſpondendum. Siquidem aliquando quædam ſunt omnino exequenda, iuxta c. nouit, & ibi gl. & Doct. de appella. Et propterea in tali caſu reſcriptum dat nudum miniſteriũ facti, iuxta tradita per Roman. in conſ. 228. num. 12. cum ibi adnot. Quædam verò talem executionem minimè habent; vnde iudex vnus dicitur commiſſarius, & executor, ſecùs alter; & conſequenter reſcriptum unum eſt tantum executiuũ; ſecùs aliud. Hinc dantur diſtinctiones de reſcriptis, vt quedã ſint executorialia, quædam monitoria, quędam præceptiua, & ſimilia. c. ex inſinuatione. c. litteris, & in iſtis locis gloſa, & Doct. eod. de reſcript. cum ſimil. Hinc etiam nota, quòd cum executio parata, ſit talis naturæ, & qualitatis, ut nõ admittat exceptiones, nec etiam libellũ, & litis cõteſtationẽ, & ſic formã iudicij, ut cõtingit in multis locis vigore iuris municipalis, prout hinc Peruſiæ vol. 2. ſtatutorũ. rub. 29. in caſu quæſtionis propoſitę, ſupra dicta diſtinctio ex eo etiam videtur vera, quia princeps reſcribendo aliquãdo tollit omnes exceptiones, aliquando verò eas admittit, dummodo ſint rationabiles. c. ex parte, il ſecondo. & ibi glo. & Doct. de offi. iudi. deleg. De qua quidem executionis natura copioſè multa nos docet Mathe. Colleri. in ſuo tract. de execut. oblig. ciui. p. 3. ca. 2. Tollere autem exceptiones, & ſummariè procedere, nil aliud ſignificat, niſi executionem concedere, vt etiam docet Seraphinus de Seraphinis, in tract. de priuileg. iuramenti, priuileg. 77. nu. 2. & 3. facit text. cum ibi adnot. in c. debitores, de iureiur. Nec debet obſtare, nullum inſtrumẽtum, quamuis publicum, habere executionem paratam de iure communi, Aſini. in ſuo tract. de execut. inſtrum. §. 1. c. 2. per tot. Quia reſpondetur, id eſſe verum regulariter; limitatiuè autẽ in multis caſibus oppoſitum eſt omnino tenendum, vt

copio-

Digitized by Google

copioſè docet iſte doctor lo.citato, per plura capita, & Colleri. in toto cap.ſupra adducto. Et cum per hęc habeamus, ni fallor, non ſolum ſolutionem ad articulum, ſed ẽt qũo reſponderi valeat ad obiecta, ideo nõ oportet vlterius procedere. &c.

An quilibet poßit eſſe executor Reſcripti. Artic. 14.

QVoniam contrariorũ eadem eſt diſciplina, l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. cum ſimil. ideò, quis poſſit eſſe executor reſcripti, cognoſcitur ex l. cum Prætor. ff. de iudi. vbi cauetur, quoſdam eſſe inhabiles ad hoc, vt ſint iudices lege, aut natura, vel moribus. Vnde per oppoſitum, qui prædictis de cauſis non eſt impeditus, poterit eſſe iudex, & ſic executor. Hoc non obſtã te Pont. in c. ſtatutum. de reſcript. in 6. definit, cauſam eccleſiaſticam non poſſe alicui committi, niſi ei, qui in aliquo gradu dignitatis Eccleſiaſticæ cõſiſtat. Hoc idẽ confirmauit Concilium Tridentinũ ſeſſ. 25. cap. 10. de reformatione. Quam deciſionem declarat etiam Abb. in conſ. 93. Limitatur verò in nonnullis locis à conſuetudine, ut hic Peruſiæ, tex. in c. 2. de iudi. definit, laicũ non poſſe cognoſcere, & decidere cauſas Eccleſiaſticas. Hinc eſt, ꝙ Lancell. in ſua inſti. cano. eod. in prima diuiſione, adnotat hanc diſtinctionem, quòd omnis controuerſia, in iudicio proponenda, conſideratur aut ratione rei, aut rõne perſonæ. Primo mõ, aut eſt ciuilis, aut eccleſiaſtica, aut dubitatur; ſub primo reſpectu pertinet ad iudicẽ ſæcularem; ſub ſecundo verò, & tertio ad iudicem eccleſiaſticum. At ſecundo modo illa reperitur aliquando inter laicum, & laicum, & pertinet ad iudicem ſæcularem, aliquãdo inter Clericum, & Clericũ, & ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ. Aut inter Clericum, & Laicum, & attenditur forum rei. c. ſi clericus, cum ibi adnot. de for. compet. At ſi dubitetur, ad iudicem eccleſiaſticum eſſet recurrendum. c. ſi iudex. de ſent. excommunicat. in 6. Hoſtienſ. in ſua ſumma in tit. de offic. iud. deleg. §. cui poſſet, adnotat hos verſus, videlicet.

Liber, mas, gnarus, cui ſit mens integra, fama;
Aetas, qui ſubſit, committitur huic bene, cauſa.

Quos poſtea diſtinctè declarat. Ex quibus omnibus inferri poteſt, quis poſſit eſſe executor ipſius reſcripti. In qua quidem Doctorum varietate non erit inutile, illud vlterius adnotare, quòd ſicut reſcriptum conceditur aliquando ad lites, & aliquando ad gratiam, ſeu beneficiũ; ita etiam executor eius debet eſſe diuerſus. Siquidem ſi illud fuerit ad gratiam, ſeu beneficium, adhuc non vidi in iure, vt ingenuè fatear, aliquam ſpecialem deciſionẽ, qua prouideatur, vt potius vna, quàm alia perſona ad id requiratur, niſi tex. in c. 1. & fi. de offi. iudi. deleg. in 6. in quibus legimus deciſum, quòd ad conſeruandam iuſtitiam datur aliquando certus prælatus, qui ibidem nominatur conſeruator iuſtitiæ. In reliquis verò caſibus id videtur poſitum in arbitrio conſtituentis talem executorem; & propterea non occurrit hic aliud animaduertere. At ſi tale reſcriptum fuerit ad lites, iudex tunc conſtituendus, ita debet conſiderare, vltra ea, quæ ſupra ſunt adnotata, quod fuit ali-

quando in iure dubitatũ, an laicus poſſit conſtitui iudex delegatus in cã eccleſiaſtica; & è contra, an Clericus in cauſa ſæculari. Quoad primum eſt glo. notabilis in d. c. 2. de iudi. in verbo, non præſumunt. Vbi legimus, laicum iure proprio non poſſe cognoſcere cauſas eccleſiaſticas, & illas definire; ſecùs iure delegationis. Bero. in ſua quæſt. 7. inter quæſtiones familiares. Prędicta autem poteſtas de iure proprio limitatur per Calder. in d. tit. de iudic. conſil. 15. & Senat. Pedemont. in ſua noua deciſ. 82. per tot. At in ſecundo caſu debet adnotari textus in §. Laicus ergo, & ibi gloſ. in uerbo, & inanes, in tit. cano. de iudic. Atque iſta ſint ſatis pro ſolutione iſtius articuli. &c.

An reſcriptum exequi debeat etiam contra tertium. Art. 15.

SÆpè occurrit in practica; ut petatur executio contra tertium, uel illũ aliquo modo afficiat; ideò admodum utile erit ſcire, quid iuris de propoſito articulo. Id autẽ uidetur negocium facere, quia iſte tertius ſiue compareat non citatus, ſiue ad iudicium ueniat uocatus, non uidetur amplius tertius, ſed principalis. Et ſi contra eum daretur executio non uocatum, nec alio modo comparentem, ſententia, vel illius executio eſſet omnino nulla. l. de vno quoque, cum ibi adnot. ff. de re iudi. c. At ſi clerici, de iudi. l. 3. §. condẽnatum, & ibi Doct. ff. eod. de re iudi. Ad hoc facit doctrina Cõtardi in l. 1. C. de momẽt. poſſ. nu. 59. poſt princ. cũ ibi adduct. Et cũ hæc materia de executione contra tertiũ copioſè explicetur à Couarr. lib. practi. quæſt. c. 13. vſque ad cap. 17. & Ioſeph. Ludo. in ſua deciſ. peruſ. 26. p tot. ideò poſſet reputari ſuperfluum, velle de ea hic aliquid adnotare. Cæterùm ne articulus iſte remaneat intactus, propterea, vt aliquid obſeruemus, oportet imprimis animaduertere, quisnam dicatur tertius iſte, de quo agimus. Et cum ſit perſona certa extra principales in iudicio interuenientes, in cauſa, de qua agitur, habens intereſſe, neceſſariò erit, aut author, & defenſor, aut fideiuſſor, aut ſucceſſor, aut quidã alius penitus extraneus. Si author, & defenſor, de eo videndus eſt Marant. in ſuo ſpecul. p. 6. tit. de laudatione & nomine autho. per tot. Vbi in ſumma docet, quoad laudationem attinet, nu. 15. attendẽdam eſſe conuentionem: quoad authorem vero nu. 3. non nocere. Quæ doctrina in eo videtur negocium facere, ſi dominus, vel author ſciat factum, & ſibi non prouideat; ſcientia enim ſine dubio in tali caſu nocet. Natta in conſ. 457. num. 2. Ioſeph. Lodoui. in ſua deciſ. peruſ. 26. num. 18. probat text. in l. ſæpè. ff. de re iudi. cum ſimil. Cõcludamus ergo, quòd prædicta executio reſcripti nocet prædictis perſonis, ſi ſcirent factum, & non prouiderent; ſecùs ſi ignorarent. At ſi ille tertius fuerit fideiuſſor, ſine dubio contra eũ daretur prædicta executio, quia dicit Aſin. in d. ſua pract. de execut. inſtrum. d. §. 1. cap. 72. num. 2. quòd de eo ſit mentio in inſtrumẽto. Caput iſtud difficultatem habet ea ratione, quia ſi reſcriptum ſit exequẽdum contra aliquem debitorem, dubitari poteſt, an fideiuſſor ſit debitor. Aſini. in d. ſua practi. c. 2. per tot. vltra Doct. in l. 1. vbi præſertim Bart. ff. ſi cert. pet. examinãt hãc eãdem quæſtionem. Vnde ne ego tranſcen-

ſcendā limites propoſiti inſtituti, puto ſatis id adnotaſſe. At ſi ille tertius fuerit ſucceſſor, tūc oportet adhuc diſtinguere, cum alius ſit, & dicatur particularis, de quo diximus ſupra, dū loquuti fuimus de authore; Alius dicitur uniuerſalis, qui cū ſit eadem perſona cum defuncto, authen. de iuram. à morien. præſti. ſine difficultate afficeretur ob prædictam executionem, vt vltra Doctores in c. quia V. de iudi. docet idē Aſini. in d. ſua pract. d. §. 1. c. 29. nu. 15. & c. 49. num. 3. dummodo tamen conſtet, talem eſſe hæredem, ne unus pro alio grauetur. Alius uerò ſucceſſor dicitur ratione officij; tunc idem puto dicendum, per c. 1. de ſolut. & ibi Doct. communiter, iuxta tamen declarationē ibidem per eos factam. Si denique ille tertius fuerit penitus extraneus, tunc debet conſiderari, an cauſa ſit communis, uel indiuidua; nam ratione talis mixturę iſte tertius afficeretur ob prædictam executionem per limitationes, quæ à Doctoribus dantur ad illam vulg. iuris regulam, res inter alios acta alijs non nocet. ca. pen. de re iudi. & ibi glo. notabilis, & Doctores, C. res inter al. act. per tot. & ibi pręſertim Tiraq. d. l. ſæpè, & Couar. lo. ſupra cita. videlicet. c. 13. num. 6. & 7. & c. 15. num. 7. & ſequen. Ex quibus omnibus cum habeamus, ni fallor, quid ſit dicendum ad articulum propoſitū, ideò nō oportet vlterius procedere. &c.

Quomodo reſcripta ſint exequenda. Artic. 16.

AD intelligentiam iſtius articuli debemus præmittere, executionē duplicem eſſe; Vna enim dicitur executio iuris; altera uerò executio facti. Bart. in l. ab executore, in princ. ff. de appell. Hoc præmiſſo, ſi articulus iſte eſſet intelligēdus de executione iuris, ſine dubio debet priùs cognoſci, & definiri, an petita executio ſit concedenda vel denegāda. Hinc eſt, ꝙ inter ſpecies ipſius iudicij datur illa, quæ dicitur iudicium executiuum, de quo eſt adnotandus Bart. in d. l. Marāt. in ſuo ſpecul. p. 6. tit. de execut. ſenten. per tot. Papienſ. in ſuo libel. de execut. ſent. cum ſimil. & cū reſcriptum dependeat à voluntate reſcribentis, vt ſupra ſuo loco diximus, & propterea illius forma ſæpè reperitur diuerſa; ideò non videtur poſſibile dari certam regulam ad huiuſmodi exequendi modum cognoſcēdum. Hinc legimus apud Doct. in c. ex parte, il ſecondo, de offic. iudi. deleg. quòd exceptiones aliquando admittuntur, & aliquando tolluntur; vnde hoc idem à ſimili poſſet affirmari in caſu noſtro; ob diuerſas circumſtantias, cum omnia dependeant à voluntate reſcribentis; & propterea ad formam reſcripti eſſet recurrendum, cum illa omnino obſeruari debeat, vt ſupra ſæpè diximus, & nos docent Docto. præſertim in d. c. cum dilecta, eod. de reſcript. & ibi præcipuè Feli. Quantum verò attinet ad aliam executionem facti, oportet vlterius diſtinguere, cum reſcriptum aliud ſit ad lites, aliud uerò ad beneficia, & gratias. Primum enim cum ſit ordinatum ad hoc, vt unuſquiſque conſequatur quod ſibi debetur, iuxta definitionem actionis, de qua lib. inſti. de actio. in princ. ideò regulariter poſſet adnotari text. & ibi Bart. & alij in l. a Diuo Pio. ff. de re iudi. Dixi autem regulariter, quia talis

executio eſt aliquando poſſeſſoria. Cæterùm quomodocunque res ſe habeat, ſemper illud eſt obſeruandum, ne uidelicet executor excedat fines mandati, cum illi diligenter ſint cuſtodiendi. c. cum dilecta, & ibi Doct. de reſcript. l. diligenter. ff. mandati, cum ſimil. Quia in eo caſu, in quo prædictos fines exceſſiſſet, eſſet recurrendum ad ipſum ſuperiorem, iuxta doctrinam eiuſdem Barto. in d. l. ab executore, ubi declaratur, qualis debeat eſſe iſte recurſus. At ſi prædictum reſcriptum fuerit ad beneficium, & ad gratiã, tunc à ſimili procedẽdo, eodem ſe rè modo illud uidetur exequẽdum. Dixi autem, ferè, quia cum ſoleat dari aliquando certa forma in ipſomet reſcripto ad exequẽdum, à qua executoriale nominatur; ideò ad illam eſſet recurrendum, cum forma det eſſe rei. l. Iulianus. ff. ad exhiben. Hinc eſt, quòd per huiuſmodi executionem aliquando traditur etiam poſſeſſio, uel quaſi, uerè, uel fictè, iuxta textum omnino uidendum, cum inſuper adnotatis in c. 2. de conſuetud. cum clari ſit iuris, illam dari etiam per ſigna, ut ibidem deciditur, & declaratur. Aliquando uerò in poſſeſſione quis manutenetur; & propterea uidemus in practica concedi monitoria, aliquando ad poſſeſſionem conſequendam; Mandoſ. in ſuo tract. de monito. quæſt. 52. & 60. Aliquando ad euacuandum, idem author in eod. tractatu. quæſt. 53. Aliquando deniq; de manutenendo, idem author in tract. de inhibito. quæſt. 118. Vnde cum per hæc omnia, cum habeamus (ni fallor) ſolutionem ad propoſitum articulum, ideò non puto neceſſarium ulterius procedere. &c.

Quando, & vbi reſcripta ſint exequenda. Artic. 17.

DVo habẽtur iura, quibus articulus iſte ſolui pôt. Vnum eſt in ca. de cauſis, de offi. iudi. delega. Quo cauetur, cauſam eſſe cognoſcẽdam, & definiẽdam intra tempus, intra quod illa commiſſa fuit. Alterum eſt in c. cum R. eodem, quo deciditur, ꝙ ſi reſcriptum non poteſt exequi in vno loco, exequi debeat in alio. Quę deciſiones, vt clariùs intelligantur, & præſertim quoad pręſentẽ articulum attinet, quoad tempus, vt de eo prius uideamus, quid iuris. Eſt animaduertendum, illud in propoſita qõne dupliciter conſiderari, & ĩtelligi poſſe; Primo prout in d. c. legitur, atq; ſub tali reſpectu, ſi reſcriptum fuerit executum extra huiuſmodi tempus, talis executio erit ipſo iure nulla, cum fuerit facta à non habẽte poteſtatem, iuxta ibidem adnotata per Doct. niſi tamen illud fuerit prorogatũ, prout ibidem declaratur, & in practica quotidie obſeruatur. De qua prorogatione pertractant Doct. etiam in c. P. G. eod. Secundo conſideratur tempus prędictum ratione, qua eſt, vel non eſt feriatum, iuxta ea, quæ nos docent Docto. in l. more Romano, ff. de ferijs, & in ca. ſi. eod. tẽpus enim vnum dr̃ tale, ut officium iudicis omnino conquieſcat; & propterea nullus actus iudicialis celebrari poteſt. Aliud uerò dr̃ tale, ut in eo iudex ius dicere dẽat; & ideò nominatur vtile, ut nos docent Docto. lo. cita. Hoc autẽ præmiſſo, quæritur modo, an indifferenter quolibet tpe prædictum reſcriptum exequi ualeat. Vnde pro ſolutione dicimus, ꝙ ſi reſcriptum fuerit ad lites,

non

Digitized by Google

non poteſt,nec dēt exequi,niſi prędicto tempore utili,iuxta ea,quæ ſupra diximus.Quæ quidem executio ſi fuerit facti,conceditur etiam tempore feriato , dummodo tamē illud non ſit tale in honorem Dei.In quo quidem tempore ſi de facto executio facta fuerit,talis executor dr̄ peccaſſe; nō poſſet tamen ex hoc capite reſcindi , ut nos docent Doct. in c.fi.de iudic. ubi præcipuè Abb.nu. 22.At ſi reſcriptum fuerit ad gratiā, tunc in quolibet tempore poſſet illud exequi per deducta;ſi tamē executio fuerit quid facti . Cæterùm ſi fuerit quid iuris, in tali caſu,cum requiratur cognitio cauſæ, tūc ſolùm tempore vtili illud eſſet exequēdū , per ea,quæ ſupra deduximus. Et cū de executione reſpectu tēporis multa nos doceant Doct. in d. c.fi.ideò ad eos eſſet recurrendum pro maiori cognitione iſtius qōnis. Nūcquo ad locum attinet , in quo prædicta executio ſit facienda, puto animaduertendū, vltra prædictam deciſionem,quæ habetur etiam in §.ſimili ratione,inſti.cano.de iudi.& reſpicit executionem reſcripti,quoad cognitionem cauſæ,ꝙ huiuſmodi locus diuerſimodè cōſiderari poſſet ; & propterea vltra Doct. ſuper d. c. videndus eſt etiam Menoch. lib.2. de arbitr.iudic. caſ.468.vbi reducit ad arbitrium iudicis, iudicare,quid iuris de huiuſmodi loco ; ſiquidem ſi executione facti eſſet aliquid alicui tradendum, exempli gratia,poſſeſſio alicuius rei, non poſſet id fieri in alio loco,quàm in eo, in quo illa reperitur, niſi traderetur per ſigna, iuxta d. ca. 2. cum ibi adnot.eod.de conſuetud.Quo quidem arbitrio ſic ſuadente , non oportet in præſenti aliud animaduertere &c.

An quæſtiones,& articuli in iſta materia ſubreptionis, ut ſupra explicati, habeant locum etiam in Tribunali Sancti officij. Art. 18.

ET ſi in præfatione iſtius operis demōſtrauerim, hanc materiam reſcriptorum , eorumque ſubreptionis , eſſe admodum vtilem, & vſu frequentem in quolibet tribunali,non erit tamen inutile aliquid ſpecialiter adnotare quoad prædictum Sanctum officium . Ad cuius cognitionem puto eſſe præmittendum , ꝙ inter diſtinctiones,& ſpecies ipſius iudicij,detur vna,ꝙ illud ſit aliquando contentioſum,de quo eſt tex.in c.1.& in c.at ſi Clerici, de iudi. Et ad hoc facit cap.Quoniam contra, cum ibi adnot.de probatio. Aliud dr̄ pœnitentiale. c.omnis vtriuſque ſexus, de pœni.c. 1.de pœnit.diſt. 5.& aliud dr̄ mixtum.Quia per illud imponitur aliquando pœnitentia.c. 1.eod.& c.in capite,diſt. 50, cum ibi adnot. Aliquando uerò imponitur pęna.c.2.de pęn.in 6.cū ſimil. Ex qua diſtinctione infertur, ni fallor,officium, & iudicium prædictæ Sanctæ inquiſitionis eſſe mixtum , cum aliquando imponat pœnitentiam,aliquando pœnā,& aliquando utramque . Hoc præmiſſo, puto ad articulum ita eſſe reſpōdendum , ꝙ quæ ſupra ſunt deducta de reſcriptis,& eorum ſubreptione,habeant etiam locum in iſto tribunali; ſiquidē ſupplicationes,quæ fiunt aliquando in iudicio , & de quibus diximus ſupra,non eſt maior ratio, vt fiant magis in uno,quàm in alio; & propterea ob identitatem rationis eadem deciſio vr̄ in oībus obſeruanda,iuribus vulg.adnotatis præſertim per gloſam fi. ſuper c.3.de cō

ſti.

Digitized by Google

ſti. Quę cõcluſio vr̃ modo ita declaranda, ut ſubreptio commiſſa in reſcriptis pertinẽtibus ad prædictum officium, uideatur grauior qualibet alia, cuiuſuis alterius tribunalis, cũ Tribunal, de quo agimus, reſpiciat vtrumque forum, id eſt eccleſiæ, & conſcientiæ; reliqua uerò tribunalia alterum tantũ, ut ſatis clarè conſtat ex præmiſſis. Ex qua declaratione ſequitur, ꝙ committens ſubreptionẽ in prædicto Tribunali, non ſolũ debeat puniri pęna nullitatis, ſed etiam grauiori vltra illam. De quarum quidem pœnarum impoſitione, quoniam diximus ſupra in propria quæſtione & articulis, ideò non oportet illa hic repetere, & vlteriùs aliquid adnotare.

Quomodo ſolutiones datæ ad quæſtiones, & articulos, de quibus ſupra, ſint ſeruandæ in utroque foro. Artic. 19.

QVoniam ſupra q. 3. art. 11. demonſtrauimus, an reſcripta ſint ſeruanda in utroque foro, ideò ſuperfluum reputari poſſet, hic talem declarationem repetere. Qua de re ad notare debemus, ea rõne articulum iſtũ non eſſe inutilem reputãdum, quia ſupra demonſtrauimus, an reſcripta ſint ſeruanda; hic uerò quæritur, quomodo illa ſeruari ualeant. Hoc præmiſſo dicimus pro ſolutione, ꝙ cum ea, quæ hactenus adnotauimus in iſta ꝓpoſita materia, ſint omnino exequenda, ſingula ſingulis referendo, & applicando, dubiũ remanet, ꝙ ſi homines, ad quos ſpectat huiuſmodi executio, nollẽt prędicta reſcripta, & pertinentia ad ea debitæ executioni demandari, tunc ſine dubio in caſu ſuo peccarẽt, iuxta ea, quæ diximus ſupra in d. artic. vndecimo. Id autem cõfirmari poſſet, quia omnia prædicta aut conſiderantur rõne, qua faciunt, & conſtituunt ius, & tunc omnino ſeruari debent in prædicto utroq; foro, per ea, quæ diximus ſupra. Aut conſiderantur ratione, qua ſunt conuentiones ad ſimilitudinem pactorum, & in tali caſu idem vr̃ dicendum, iuxta nouiſſimè tradita à Lodouico Lopez in ſuo introductorio conſcientiæ, part. 2. ca. 30. Lodouicus Carbo in ſuo tracta. de reſtitu. q. 44. 45. & Medina in ſuo Cod. de reſtitu. q. 23. 24. Hoc præmiſſo quoad conſcientiam attinet, pro prædictorum executione, eiuſque modo, eſſet recurrendum ad remedium denunciationis euangelicæ, de quo pertractant Docto. communiter in ca. nouit, de iudi. Siquidem, quando quis, nõ ob ſeruando id, ad qđ de iure tenetur, cõſtituitur in ſtatu peccati, ita ꝙ ab illo non uelit recedere adimplendo præmiſſa, & ſic prædicta reſcripta, ſi aliud remedium non reperiretur, nec daretur ſ̃m communem doctrinam, de qua in d. c. ad prædictum eſſet recurrendum. Et cum non cõueniat hic lõgo diſcurſu explicare, quid iuris de prædicta denunciatione, & ſic de prædicto modo quoad forum conſcientiæ, atque quoad forum fori, ex deductis ſupra in alijs articulis ſatis clarè conſtat, quid obſeruari poterat pro ſolutione iſtius articuli; ideò non videtur neceſſarium, aliud vlteriùs obſeruare &c.

An per dictam executionem reſcriptorum finiatur authoritas executoris. Artic. 20.

LEgimus in §. ſoluitur, inſtitu. cano. de iudi. iudicium delegatum ſolui, & terminari executione

ne ſententiæ, idem hſ in §. idem iuris, eod. & in c. in litteris, de offi. iudi. delega. Hoc idem confirmari poteſt per l. iudex. ff. de re iudi. Abb. autem in dicto c. num. 3. dum quærit, quid iuris de offi. iudicis poſt latam ſententiam, dicit ad mentem Inno. quòd ſi illa teneat, prædictum officium ſit finitum; ſecùs autem ſi nõ ualeat. Bart. in l. ab executione, nu. 3. ff. de appell. docet, quòd ſi executor, puta nuncius, excedat mandatum in exequendo, ſit recurrendum ad eundem iudicem, à ſimili procedendo: hoc idem videtur dicẽdum de executore reſcripti ad gratiam. Vnde cum articulus iſte habeat aliquam difficultatem, oportet proptea diſtinguere, ita videlicet, quòd iſta executio aut eſt quid facti, aut quid iuris; Primo modo dubitatur, an iudicis officium ſit finitum, pronunciando ſententiam, uel aliquid ſimile eſſe exequendum. Et de tali dubitatione vltra Abb. lo. cita. uidẽdus eſt etiam Bart. in d. l. iudex, ubi legimus, iudicem, ſiue bene, ſiue male pronunciauerit, functum eſſe ſuo officio. Quæ quidem deciſio regulariter uidetur ſequenda: Limitatur tamen diuerſimodè, ut per Doct. in d. l. ubi præcipuè Bart. &c. Alex. in conſil. 90. uol. 1. & Henric. Boic omnino uidendus in d. ca. in litteris. Ad quos quidem Doct. puto eſſe omnino recurrendum. At ſecundo ſi prædicta executio eſſet q d facti, tunc doctrina Bart. ſupra relata, induceret limitationem ad prædictas deciſiones. Cæterùm puto animaduertendum, quòd quæ hactenus ſunt deducta, uidentur reſpicere reſcriptum ad lites; & propterea dubitari poſſet vlteriùs, an hoc idẽ ſit dicendum de reſcripto ad gratiam. Cui dubitationi puto reſpondendum ad mentem Doctorum, & præcipuè Bal. in l. beneficium. ff. de conſti. quòd executio huiuſmodi reſcripti aliquando expeditur unico actu, puta exempli gratia, contingit in eo, qui petit à Principe, ex gratia pœnam ſibi remitti; tunc enim executio gratiæ conceſſæ unico perficitur actu, iuxta tradita per Doct. in l. ſi. C. de ſentent. paſſ. Aliquando uerò habet tractum ſucceſſiuum, vt contingit in reſcriptis perpetuis, de quibus in eadem l. beneficium, & nos diximus ſupra in propria quæſtione; tunc enim tale reſcriptum unico actu non exequitur, nec finitur, cum illud præſupponatur perpetuum. Ex quibus habemus, ſolutionem articuli eſſe talem, quòd aliquando reſcriptum unico actu finiatur, & aliquando ſecùs. Licèt autem adhuc multa adnotari poſſent circa rem propoſitam, puto tamen, iſta ſatis eſſe, iuxta inſtitutum mihi propoſitum. Et ita hæc ſunt, quæ meo iudicio, erant animaduertenda circa propoſitam materiam, de ſubreptione reſcriptorum, ad laudẽ Dei, & vtilitatem proximi. In quo tractatu ſi quid boni dixi, Deo danda eſt laus, & gloria: Si uerò aliquid imperfecti, imbecillitati ingenij, & doctrinæ meæ tribuatur. In omnibus tamen me remitto iudicio uerè ſapientium, & præcipuè Sanctæ Matri Eccleſiæ &c.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google